

SYMPHOREM. SVPPLE. TOM. III.

CONTINENS

DVBIORVM  
SEV QVÆSTIONVM  
IN CAMERA IMPERIALI PRA-  
CTICARVM ET IN IVRE CONTROVER-

farum, tam circa processum, quam merita ipsa cau-  
farum occurrentium,

Decisiones seu Præiudicia

MAGNI AVDITORII CAMERÆ

IMPERIALIS, PER QVENDAM ASSESSOREM

EIVSDEM ORDINE ALPHABETICO CON-  
gesta & nunc publici iuris facta:

*Editio postrema priori correctior cum Indice rerum &  
verborum prodit.*



FRANCOFVRTI,

Ex Officina Typographica Egenolphi Emmelij, sumptibus  
Hæredum Iacobi Fischeri.

ANNO M. DC. XXII.



STMPHOREM SUPPL TOM III  
CONTINENS

DVBIVM  
SEV QVESTIONVM  
IN CAMERAI IMPERIALI PRA-  
CITICARVM ET IN IVRE CONTROVER-

SIUM, CVM QVIBZ PROCELLIS, QVAM IN HAC PRAE-  
CITICIS OCCVRENT

Decisiones seu Praejudicia

MAGNI AVDITORI CAMERAE  
IMPERIALIS, PER QVENDAM ASSSOREM  
ALVDEI ORDINI APOSTOLICO CON-

GRATIA POSTVITA PRAE CORRECTIONE JUDICIS IVRIS  
CONSULTI PRAE



FRANCOPOLITANA

Ex Officina Typographica Leopoldi Krammij, scriptoris  
Hieronymi Jacobi Fischeni

Anno MDCXXII



DECISIONE  
DICIONVM  
Secundum

Abbas  
Abbas  
Abbas

Actio cum  
nes que cum

Actio in unum

Actor

Advocatus

Adversus

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio

Allegatio





DECISIONVM SIVE PRÆ-  
 IUDICIORVM CAMERÆ IMPERIALIS  
 secundum seriem alphabeti congestorum.

A.

**A**blösung.  
 Absolutio à citatione  
 Acta.  
 Actio-

Actionum cumulatio, actio-  
 nes quæ cumulentur.

Actio iniuriarum.

Actor.

Aduocatus.

Adfessor, Adfessores.

Alienatio.

Alimenta.

Allegatio.

Als dann / vocis huius quis ef-  
 fectus sit.

Annui redditus contractus re-  
 quisita : item prouentus seu  
 præstationes.

Appellans & appellatus.

Appellatio in genere.

App. in scriptis & viua voce.

App. iudicialis.

App. extraiudicialis.

App. à sententia definitiua.

App. ab interlocutoria simpli-  
 ci, vel vim definitiuæ habete.

App. ob denegatam iustitiam.

App. à sententia nulla, duabus

diuersis, conditionali, con-  
 firmatoria, & de exequendo.  
 Appellationis instrumentum  
 & schedula.

App. materialia & formalia.

App. fatalia seu interponendæ  
 & introducendæ, vel prose-  
 quendæ appellationis tēpus.

Appellare quibus, à quibus per-  
 sonis, ad quas, & ex quibus  
 regionibus, & quorum li-  
 ceat vel non.

App. à quibus causis vel actio-  
 nibus, & à quibus actibus  
 liceat vel non.

Appellationis desertio, renun-  
 ciatio & interitus.

App. deuolutio.

de iuramento circa App.

App. processus.

differentia app. & nullitatis.

Arbiter, arbitrium, eiusque re-  
 ductio.

Arrestum.

Articuli.

Attentata.

Attestationes.

Audientia,



ELENCHVS CAPITVM.

Aufträge.	Clericuss.
Auftrag Fürstl. Personen/2c.	Collectarum exactio, solutio & receptio.
Aufträge/gegen Prælaten/2c.	Comitatus.
Aufträge der Bürger wider die Graffen.	Cominationes.
Aufträge der Vnderthanen wi- der Fürstl. Personen.	Commissarii.
B.	cōtra Commissarios exceptio.
Bannus.	Commissio.
Banni declaratio.	Commissio in cōmuni forma
Banni executio.	Commissio in optima forma.
Banniti.	Commissio ad perpetuam rei memoriam.
Banni absolutio.	Communio & Communitas.
Beleuthung.	Comparitio citatorum.
Berichtschreiben.	Compromissum.
Bona.	Compulsoriales.
Bona fides.	Conclusio in causa.
Brachium seculare.	Conclusio in puncto.
C.	Confirmatio.
Cæsaris cum Cam. concursus.	Cōsilia seu informationes iur.
Cæsari reseruata.	Constitutio imperii.
Calculatio.	Consuetudo.
Calendarium.	Consultationes.
Camera & perf. Camerales.	Continencia causæ.
Capitulum.	Contumacia.
Captiuus, Captura, Carceres & incarcerati.	Copia, copiar.
Causæ criminales.	Creditor.
Causæ simplicis querelę in Ca- mera imperiali receptæ.	Curator.
Causales.	Curat. ad litē & Curatorium.
Cautelæ.	D.
Cautio.	Declaratio pœnæ.
Cessio bonorum.	Decretum.
Chirographum.	Defensionales.
Circumductio termini.	Denegata iustitia.
Citatio.	Deputati.
Citatio per edictum.	Desertio.
Citatio super nullitate.	Dilatio probandi.
Citatio ad videndum.	Doch also/cuius effectus.
Ciuitas imperialis.	Doctores.
Clausulæ.	Documentum, Documenta.
	Dominium.
	Dominus.

Dona-



ELENCHVS CAPITVM.

donatio.	L.
DOS, Dotalitium.	Immediatus.
duplicæ.	Immissio.
E.	Imperium Romanum.
Editio.	Imperium merum & mixtum
Ehehafften.	inhibitio.
Emphyteuta.	iniuria.
Error.	insinuatio.
Euentualhandlung.	instantia.
Exceptiones.	instrumenta.
Exceptionum cumulatio.	instrumentorum reprobatio.
Executio.	interdicta.
Executoriales & mandata Exe-	interesse.
cutorialia.	interuentio.
Exemptio.	inuentarium.
Exemplatio instrumentorum.	iudæus.
Exhibitio.	iudex.
Expensæ.	iuramentum.
Extraiudicialia.	De iuramentis quædam mis-
F.	cellanea.
Famosus.	iuramentum calumniæ, vt &
Fatalia.	malitię non committendę.
Feriæ.	iuramentum in litem.
Feudum.	iuramentum paupertatis.
Fideiussores & Fideiussiones.	iurisdictio.
Filiusfamilias.	iurisdictio Cæsaris.
Filiafamilias.	iurisdictio Camerae.
Fiscus & causæ fiscales.	ius molendinorū & furnorum
Fœmina.	ius prothomiseos seu congrui.
Forum.	iustus domini.
Frey-und Reichsstatt.	iustitia denegata.
Fuga, Fugiens, Profugus.	L.
G.	Sandtgericht.
Goldgülden.	Sandtsfürstliche Obrigkeit.
Grauamen continuum.	Legatus.
Guarentigia.	Lex diffamari.
H.	Libellus.
Hagenavvense priuilegium.	Libertas.
heres. heredes.	Libri.
heredis institutio.	Liquidatio.
hereditas.	Literæ.
hypotheca.	Literæ mutui compassus.
	* 3 Litis



ELENCHVS CAPITVM.

- Litis contestatio.  
 Litis pendentia.  
 Lothringen Austrasia.  
 M.  
 Maior.  
 Mandata iurisdictionalia, seu  
 iudicialia.  
 Mandata cum clausula.  
 Mandata sine clausula.  
 Mandata de non alienando.  
 Mandata de arresto relaxādo.  
 Mandata auocatoria.  
 Mandata de captiuis relaxādis.  
 Mandata de cassando.  
 Mandata de demoliendo.  
 Mandata super constitutione  
 fractæ pacis.  
 Mandata immissorialia.  
 Mandata inhibitoria.  
 Mandata de migrando.  
 Mandata de non offendendo.  
 Mandata pignorantium.  
 Casus speciales, super quibus  
 mandata pignorationum  
 decernuntur.  
 Casus speciales, super quibus  
 mandata pignorationum  
 denegantur.  
 Mandata pœnalia, *Türcken-  
 steuer/Contribution vnd an-  
 dere Reichs Anlagen betref-  
 fendt.*  
 Mandata procuratoria.  
 Mandata super constitutione  
 religionis.  
 Mandata de restituendo.  
 Mandata de soluendo.  
 Mandata de non turbando.  
 Mandata de non vastando.  
 Maritus.  
 Matricula.  
 Matrimonium & causæ ma-  
 trimoniales.  
 Mensura & pondera.  
 Merus.  
 Missio in possessionem ex va-  
 riis causis.  
 Monachus, monialis, monaste-  
 rium.  
 monetæ eiusque valor.  
 monitoria.  
 morgantica.  
 Mors.  
 mulier, mulieres.  
 mutuum & mutuans.  
 N.  
 Negatiua.  
 Nobilitas.  
 Nomen.  
 Notarius.  
 Noui operis nunciatio,  
 Nullitas.  
 Nuncius Camerae.  
 O.  
 Obligatio.  
 Obstagium, *Manung in die  
 Leistung.*  
 Opilio.  
 Ordo nouarum.  
 Ordo præfixarum.  
 Oesterreich.  
 P.  
 Pacta.  
 Partio.  
 Partus.  
 Pater, paternum officium po-  
 testas, & de patria.  
 Pauperes & Paupertas.  
 Pax publica, *Landtsfriedt.*  
 Pecunia.  
 Pensio, Pensiones.  
 Peritus, Periti.  
 Periu-



ELENCHVS CAPITVM.

Periurium & Periurus.	Referens eiusque officium.
Petitorium.	Relaxatio iuramenti ad effectū agendi.
<b>Pfandschilling.</b>	Religionfriedt.
Pignorationes, Pfändungen.	Relutio.
Pignorationum requisitū pri- mum, secundum, tertium, quartum.	Remissiones & Remissoriales.
Repignoratio.	Renunciatio.
Pignorationum processus, ex- ceptiones & decreta.	Replicæ.
Pœna.	Rescriptum.
Possessio & remedia possessio- ria.	Responsiones.
Possessio litigiosa.	Restitutio in integrum.
Possessio momentanea.	Retentio.
Possessorium.	Retrouenditio.
Practicanten vnd Partheyen.	Reuisio.
Prægnans.	Rotulus, attestaciones.
Præiudicium.	Royde, operæ, seruitia.
Præstationes annuæ.	Rotvveil. Kottw. Gericht.
Præuentio.	S.
Priuilegium.	Saluus conductus.
Probationes.	Sanguis.
Processus.	Satisfaciones.
Processuum reproductio.	Schedula appellationis.
Proclama, Ruffen.	Scriptura priuata vel publica.
Procuratores.	Sententia.
Producta.	Sententia absolutoria.
Promotoriales.	Sententia competentia.
Prorogatio.	Sententia definitiua, vel vim definitiua habens.
Protestatio.	Sententia interlocutoria, sim- plex & vim definitiua ha- bens.
Protocollum.	Sententiarum interpretatio, & intellectus comminationū ac clausularum, quæ inter- locutoriis, vt plurimum an- necti solent.
Punctus.	Remedia aduersus sententiam iniustam.
Pupillus.	Sequestratio.
R.	Sigilla, & eorum recognitio.
Ratificatio.	Solutio.
Rationum redditio tutorum.	Spolium & Spoliator.
Receptatores.	
Recessus procuratorum.	
Reconuentio.	
Recusatio iudicis.	
Reductio.	

Status



ELENCHVS CAPITVM.

Status Imperii.	Türckenhülff.
Stylus Curiaë.	Tutela, Tutores.
Statutum.	V.
Subditus, Subditi.	Vasallus.
Submissiones,	Vectigal, Zoll.
Successio.	Venatio, & ius venandi, Wildbrät / Wildtschützen / Wildtbahn / & Wildterey.
Supplicatio, Supplicationes,	Veneficæ, Sagæ, Vnholden.
T.	Vnio prolis.
Taxatio.	Vogtheyliche Obrigkeit.
Terminus.	Vrpheda.
Territorium.	Vsuræ, & Vsurarii.
Testamentum, Testamenta.	Vxor, maritus: & vxoris obligatio,
Testis, Testes.	Z.
Testimonium.	Zutrincken.
Teutonici fratres.	
Transumptio, Transumptum	
Triplicatio.	

QVÆ



21112

VESTI  
VOT IN  
ERSARTM.  
dicia Cal  
alphabetum  
uauit  
A  
N  
Libello in pr  
ex officio tamen a c  
in cuius appo  
des, nem acta p  
libi pena absolutio  
1797. 8. 4. additur  
lagunischen rit  
Actore in cem  
tribus efficitur, em  
(vide contumacia p  
nem, nisi p  
In casu appo  
litis contestatione  
hatis narrationem  
90. vide d. 3. Summ  
Contrappellat





QVÆSTIONVM ALI-  
QVOT IN IVRE CONTRO-  
VERSARVM, DECISIONES SEV PRÆIV-  
DICIA CAMERÆ IMPERIALIS IVXTA ORDINEM  
alphanumericum, per quendam eius assessorem pri-  
uati vsus causa concinnata, nunc pu-  
blici iuris facta.

*Ablösung.*

**V**ALOR monetæ in der *Ablösung* / tempore solutionis, non tempore contractus inspiciendus: ita decisum in causa Heckelin contra O. *Reingraffen* Anno 84. 16. Septembris.

Vide præiudicia in causa Reb contra Hanavv, & pastor contra Gulich, & alia, & in consil. in causa *Stiffes* *Strasburg* contra *Jorn* in vtramque partem. Vide consilia Ingolstadiana nondum impressa.

*Absolutio à Citatione.*

**I**N causis simplicis querelæ nisi actor in primo termino libellum produxerit, citatus à citatione, refusis ( si præsens sit ) expensis soluendus. *B. 85. 23. August.*

Libello in primo termino non producto, reus, etsi absens, nec petens, ex officio tamen à citatione absoluendus. *C. 90.*

In causis appellationum procuratores in primo termino compulsoriales, item acta prioris instantiæ, vel documentum sollicitatorum actorum, sub pœna absolutionis à citatione producere tenentur. *B. 85. 7. Iulii, Ord. part. 3. tit. 31. S. 4. additur in d. B. oder so fern compulsoriales noch nit außgangen / außsölungst in solchem ersten termin dieselben außbringen.*

Actore in termino citationis non comparente, & sex post proclamata iuridicis effluxis, citatus à citatione, si petat absoluitur. *Ord. part. 3. tit. 42 §. 1.* (vide contumaciæ processum contra actorem) Hoc tamen casu absolutionem, nisi præsens & petens, non obtinet. *C. 90.*

In causis appellationum omnibus, & L. diffamari, aliisq; similibus, quæ litis contestationem, ordinariumq; processum non requirunt, repetitio verbalis narratorum actorumve loco libelli, à pœna non libellantis liberat. *C. 90. vide d. 3. S. num. 19.*

Contra appellantem contumacem, & si terminus non circumducatur,

A tur,



tur, tamen etiam pendentibus fatalibus ad proclama & absolutionem procedere, appellato integrum est. vide verb. *comminationes*.

Si in termino citationis appellatus compareat, non autem appellans, tunc potest comparens petere sibi decerni proclama in contumaciam, & hoc ei decerni debet. Eo autem facto, & lapsis deinde tribus iuridicis, potest appellatus, appellante adhuc non cōparente, petere se absolui à Citatione.

An libello non porrecto in primo termino Reus à citatione absolendus? Id quod expresse decisum stylus obtinuit, quod vltior terminus detur sub comminatione absolutionis. Ita factum in causa Wertheim contra Echter. 22. Februar. Anno 92. & antea in causa Rehe contra Nassau. Anno 92. Idque vigore resolutorum dubiorum.

### Acta.

**A**CTA si non producantur in primo termino, tunc absoluitur appellatus in causa appellationis. Aut si documentum requisitionis non exhibeat: quæritur an idem quoque in causis nullitatum procedat? R. quod non. Ita factum in causa Moltzan contra Mechelburg. Anno 87. & in causa Flehingen contra Leibfriden & consortes. 13. Martii Ann. 89. si scilicet nullitas principaliter deducatur. Acta tamen, si non reproducantur, & pars altera si non petat absolui, tamen iudex ex officio id facere non debet, sed in causa procedet. Ita factum in causa Herman contra Clausen 10. Junii Anno 89. Sic etiam quando appellatus est contumax, licet in primo termino acta non producantur, non tamen decernitur absolutio. Sic factum in causa Müllerin contra Perckgin. 28. Septembris Anno 85.

Id autem non fit officio Iudicis, vt scilicet absoluat citatus, sed ad implorationem saltem partis hoc facere debet. ibidem. Id factum in causa Herman contra Clausen. 10. Junii Anno 89. vbi appellans in termino comparuit, acta non produxit, neque instrumentum requisitionis. Quia tamen appellatus fuit contumax, & sic non excepit, acta postea post terminum producta fuerunt publicata, & tempus ad libellandum præfixum, idque in contumaciam.

An appellans præcise in primo termino reproductionis processum cum executis compulsorialibus, simul vel acta, vel documentum requisitionis actorum producere debeat, quamuis ea audientia appellati nomine nemo compareat, an vero sufficiat, si ad proximam fiat? R. D. de Anno 92. 4. S. D. 2. R. quod sic etiam si appellatus sit contumax. ibid. G. B. Anno 93.

Acta an sint completa, assessores in Sabbatinis videre debent. Id vt celerius fieri possit, semper Notarii in margine adscribere debent verbum *completum*, vel *complirt*, vnâ cum anno & die. R. D. Anno 85.

Acta in continenti moderanda à iudicio Camerae, irrequisito iudice inferiore, & si iudex inferior detrectet, contra eum monitorium decernendum. R. D. Anno 83.

Si appellans in primo termino nec acta priora, nec requisitionis documentum produxerit, an ex eo appellatus absens, ex officio à citatione absolui debeat, idque statim, an vero ad instantiam appellati, contra ipsum prius decreto & facto proclamate, & an hoc casu appellans sit condemnandus in expensas, vide R. D. 4. S. Anno 92. & 3. S. D. 6.

An relatio nuncii Camerae pro documento requisitionis habenda, si executioni cōpulsorialium inserit, quod iudex acta edere velit, vel nō? item an iuf.



an iussus procuratoris specialis ad hoc sit necessarius, & an talem iussum alleganti sit credendum, vide 4. S. R. D. 4. & 3. S. D. An. 92:

An appellans de non producto documento requisitionis actorum semper, & quodocunque sit audiendus, cum alias in vno termino omnes peremptoriales proponere teneatur. *Ord. p. 3. tit. 27. §. 2.* Si procedit ad vltiora aut ad alia, quid faciendum, vide 3. S. D. 7. An. 92.

Licet regulariter editio Actorum à Reo Actori non fiat, nec ad edendum reus compelli possit *l. qui accusare, Vbi DD. C. de edendo.* Tamen si constet illa acta vel instrumenta esse communia, tenetur illa reus edere, *l. si qua & famil. erisc. l. 3. §. pen. ad exh. b. l. Procurator. Vbi Bart. C. eod.* Et ita pronunciatum in causa **Reitenheim** contra **Landtschaden** / 16. Septembris Anno 74. **Wo fern Reitenheim glaubwürdig darthun würde/ daß die angezogene Acta Brieff/ze communia, daß solches gehöret/ze.** Vide Socinum *regul. 112. fall. 7. & vlt.* De actorum editione *Ord. p. 2. tit. 31.* de æstimatione & publicatione actorum *Ord. p. 3. tit. 31.*

Acta in causis spoliatorum appellatione **vonden Aufträgen** interposita, inter sex menses, sumptibus spoliatoris edi, vel eo nomine compulsoriales decerni debent, *ord. p. 2. tit. 8.*

Appellatus si actis ab appellante redemptis vti velit, ea pro dimidio redimere tenetur. R. 66.

Copiæ grauaminum Camerae in reuisionum causis non dandæ. M. 83.

Causæ fiscales per notarios non nisi mandato iudicis expresso diuidi debent. R. 66.

Obtentu salarii debiti procuratorum, heredes acta litigantium detinere non debent, sed ea competenti solutione taxatarum in Camera expensarum restituere, 71.

De completionē actorum. *ord. p. 1. tit. 29. 30. & 75.*

Acta noua non diu absentibus aut ægrotantibus, sed inter præsentis distribuuntur. R. D. Anno 85.

Semper prioribus ad expediendum tradantur, *ibi. in antiq.* singulis diebus sabbati citra moram referentibus distribuuntur, *ibid.*

Acta in causis appellationum vel instrumentum requisitionis actorum in primo termino proferendum, sub comminatione absolutionis à citatione, si compulsoriales emanatæ, *bid. in antiq.* nec audiantur partes quam illo ante omnia præstito: D. S. 3. S. An. 92. B. 7. Iulij. An. 85. Si autem compulsoriales non emanatæ, solent in hoc termino compulsoriales extrahi, *ibi. vide G. B. 7. Iul. An. 85.*

De editione Actorum à Iudice inferiore: Iudex prioris Instantiæ si emanatis contra ipsum arctioribus compulsorialibus negat, se alia quam exhibuerit, acta edere posse, non statim excusatus est, sed nihilominus tempus ad docendum de partitione, cum cōminatione finali declarationis pœnæ, illi præfigitur, intra quod si se ad iurandū offert, quod scilicet alia acta non habeat, admittitur. Sin minus, non quidem in pœnam declaratur, verum ex officio ad iurandum admittitur, vt vel hoc modo condemnationem euitet. Ita in euentum votatum est in causa Brom contra Flemings **Witub.** Et alias Episcopus Monasteriens. prædictum iuramentum præstitit.

An documento sit opus, vbi notorie constat, acta iudicem edere nolle, vt qui in puncto compulsorialium exceptiones opponit, vide 3. S. D. B. An. 92.

Documentum requisitionis an non in primo termino producendum, licet compulsoriales impetratæ nondum sint. *Ord. part. 3. tit. 31. §. wo aber der Appellat.* Quod sic, vide 3. S. D. 10. Anno 92.



An statim in primo termino post insinuationem compulsorialium de requisitione actorum præcise docendum, an vero sufficiat paulo post, vel intra tantum temporis, quantum iudici ad communicandum acta in compulsorialibus fuit præfixum, vel saltem tot dies, quibus alias termini circumductio suspenditur, *ord. part. 3. tit. 12. in fine.* vel etiam intra fatalia (quæ utilia sunt appellanti ad reproducendum processum sine omni periculo circumductionis, desertionis aut absolutionis à citatione) documentum requisitionis, aut saltem acta produxisse.

Acta primæ instantiæ quando dantur sine compulsorialibus vltro appellanti habentur pro apostolis reuerentialibus datis: apparet ex actis Felicitatis Hiltnerin contra **Jacob Wenzinger.**

Actorum sigilla pro recognitis habentur, etiam in contumaciam non comparentis, licet in reliquis probatoriis ad probandum admittantur. Ita factum 20. August. Anno. 67. D.N. Ref. & in causa Hall. contra Kisedorn, 10. Martii Anno 1557.

An executio nuncii sit sufficiens loco documenti requisitorum actorum? R. Si pars ea de re mandauit nuncio, vt requirat iudicem pro edendis actis, & nuncius hoc in sua executione testetur, tum talem executionem esse sufficientem loco documenti requisitionis, secus si pars nihil mandauit. Sunt enim actus diuersi: processus insinuare & acta sollicitare: illud proprie ad nuncium, hoc ad partem spectat.

Allegationes iuris non sunt pars actorum. quod adeo verum est, quod etiam Cadoni denegatum sit, in causa exemptionis Salfeldensis in causa H. contra **Sachsen** 9. Maii. Anno 58. qui illas ad acta poni petiit.

Regulariter pauperibus supplicantibus pro citatione, acta non restituntur, si denegatur citatio. Fallit hoc si ex iis planum sit, quod non simus iudices in causa, & non fundati in iurisdictione, sed causa apud alium iudicem prosequenda: Ita factum in causa Warberg, contra Horsten.

Acta & attestationes ad perpetuam rei memoriam parti quando restituantur? Vide infra, Commissio ad perpetuam rei memoriam.

Appellatus si producat acta, & pretium eorundem appellans ei refundere nolit, per iudicem ad illud compellitur: Ita factum in causa **Bariseio** contra **Leande.** 12. Aprilis Anno 70. Et in alia causa **Bariseio** contra **Deirot:** his verbis: Lt. S. solutionem taxæ actorum iniungimus.

Acta non sigillata & manca si producantur, Procuratori producenti ea reddenda sunt, vt per iudicem priorem sigillari curet, quo postea ratione Iuramenti præstandi fieri possit, quid Iuris est.

Actorum Camere custodia ad Archiepiscopum Moguntinum tanquam Imper. Roman. Archicancellarium, vel eius regentem Cancellariæ pertinere videtur, argum. eorum quæ scribit Bald. *consil. 80. vol. 3.* & ita postea constitutum Anno 70. Spiræ in comitiis.

Actis in Camera ad primum terminum in causis appellationum non productis aut documêto requisitionis actorum exhibito, tunc appellati absoluntur à citatione, ita factum in causa **Schmidt** contra **Schuelin Erden** 10. Ianuarii Anno 8c. 92. Huius plurima alia extant præiudicia.

Amplia vt hoc etiam procedat quando appellans patitur tempus ad productionem labi, etiam si ante absolutionem causas iustas alleget, quare producere acta non potuerit, sed post terminum productionis. Quia nihilominus appellatus absoluitur: ita factum in causa, &c. 7. Aprilis, &c. Ann. 89.

Fallit hoc in causis nullitatum, quia est lex odiosa & non extendenda, & quando



& quando nullitas principaliter deducitur, tum est diuersum remedium ab appellatione. Ideo domini cum in causa *Mo'shan* contra *Rechelburg* Procurator peteret absolutionem à Citatione propter non petitas compulsoriales, aut non reproductum documentum requisitionis actorum, *haben ihme sein begeren abgeschlagen / & petitas compulsoriales erkandt* / 25. Augusti Anno 87. Idem obseruatum in causa *Stehingen* contra *Leibferingen & Consorten* / 13. Martii Anno 89. vbi etiam nullitas principaliter fuit deducta.

Fallit in causis appellationum, quando pars altera se non petit absolui, quia tunc iudex ex officio id facere non debet, sed in causa procedere. Ita factum in causa *Herman* contra *Clausen* / 10. Iun. An. 89. per resoluta dubia.

Fallit, quando appellatus esset contumax, licet in primo termino acta non producantur, tunc non decernitur absolutio à citatione, ex ratione in praecedenti limitatione allegata. Ita factum in causa *Müllerin* contra *Röchin* 28. Sept. An. 89. quae postmodum publicata 3. Ian. An. 91.

Actorum expensas pro dimidia parte appellatus refundere prius debet, quam ad prosecutionem appellationis suae admittatur. Ita pronunciatum in causa *Fürstenberg* contra *Hempis Thumb Probst zu Costens* / 7. Iulii, Anno 89.

Acta manca si edantur, an iudex puniri debeat? *In Sachen Berolt & consorten* contra *Zöppelin* in fine sententiae fuit adiecta sequens clausula: *und lestlich gegen den Richter voriger instans vmb des willen sie die gerichtes Acta, wie sich vermög der Ordnung gebührt / nicht eigentlich beschrieben / die Straff zweyer Marc lötiges Golts hiermit vorbehalten.* Atque ita punitus iudex inferior fuit, ob non legitime descripta acta, in duas marcas auri. per text. *in c. quoniam contra in fine de probat. Gail. 1. obs. 134. num. 14. Myns. cent. 1. obs. 11.* vide sententiam 18. Ianuarii Anno 74. inter *Tuttenhouen Appellanten* contra hos nostros appellatos. Alii tamen Domini non puniendum iudicem censuerunt, sed integram potius actorum editionem iniungendam. Sed maioribus placuit, eum mulctandum esse.

*Actorum ex Cancellaria redemptio.*

**Q**UAMVIS in Iudicio haecenus fuit consuetum, vt appellantis partis Procuratori acta prioris instantiae per eum producta in iudicio de consensu partis appellatae ad exscribendum fuerit communicata, in certo termino cum libello reproducenda: tamen quando pars appellata non potest de consensu appellantis actorum habere copiam, tenetur tunc suis expensis ex ea Cancellaria redimere. Ita fuit Iudicatum in causa vxoris *Berchtoldi Halle*, banniti appellantis contra *die Radingerin*. 13. Martii Anno 41.

*Actio.*

**D**A N D A est actori ea actio, quae vtilissima, *las. in tit. de action. numer. 149. Panormit. in c. cum dilectus. num. 52. de ord. cog.*

Non potest ferri sententia, vbi nulla actio competit. *Gloss. inst. de oblig. §. 1. in addit. in verb. secundum. Man int. par 6. vt de sentent. & appellat. num. 66. & si q.* Imo iudex ex officio debet repellere agentem sine actione, & cum expensis, reseruato sibi iure agendi ex causa apta, si qua foret. *Glo. & Dd. in l. vbi pactum*



*Cod. de transact. Vant. tit. de nullit. ex defect. process. à numer. 18. vsque ad num. 26. in-  
Eluliuè, præsertim num. 22.*

Ad hoc vt cursus actionis pereat, requiruntur de Iure anni 40. *l. fin. C. de prescript. 30. vel. 40. Annot.* In Consistorio autem Imperialis Camerae, cum in causa **Passaw** contra **Passaw** primæ simplicis querelæ 15. Octobris Anno 74. disputaretur; putarunt domini instantiam durare perpetuo, etiam si partes non procedant, prout de iure etiam Canonico. *Mynsing. cent. 2. obser. 48. & 52. idem respons. 18. num. 16.* Huc pertinet quod per litis contestationem actio perpetuetur per vulgata. Et quod nunquam pereat instantia in Consistorio summi principis, tenet Maranta *part. 5. de iudic. num. 15. & 32. ias. in l. postquam liti. c. 04. de pact. num. 6.* Porro existimabat in illa causa Dominus Referens D. V. instantiam non esse peremptam, etsi esset perempta, quia vellet illi insufflare spiritum & vitam, vt reuiuifcat, ne partes superuacaneis sumptibus vexentur. *clém. dispendiosum, de iudiciis.* Dn. B. Correferens dicebat, nisi esset in Consistorio Principis, cogeretur citatos ab obseruatione Iudicii cum expensis absoluere, non obstante litis contestatione: quia per eam quidem interruptitur præscriptio, & perpetuatur actio, sed aliud dicendum quo ad instantiam, quæ non currit, nisi à litis contestatione: & ab hac currit triennium, quo finito, lapsa est instantia, verum actio nihilominus durat, vt supra *in dict. l. fin. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. in pr. ibi DD.* Sed hæc solemnitas iuris positiui non attenditur in Consistorio principis. Itaque communi DD. calculo responsiones in euentum datæ ad examinandum admittæ.

In realibus actionibus, quod quis à pluribus simul conueniri possit.

Quando quis velit conuenire pupilli alicuius tutorem, ad fundandam iurisdictionem, ante omnia inspicitur persona pupilli. Sic denegati sunt processus Henrico à Nassau contra **Staffels Kinder Vormünder** 3. vel 4. Septembris eo, quod D. à Nassau diceret, se mediate imperio subiectum.

Reus conuentus actione Reali à Titio, etiam si litem cum eo sit contestatus, nihilominus tamen Mæuiò postmodum ad eam rem agenti respondere cogitur, præstita tamen cautione *l. penult. de petit. hered. l. is à quo. vbi Bart. de Rei vind. vbi Angel.* Nota, inquit, casum, quod si quis pro eadem re à mille inquietaretur, omnibus respondere tenetur, nisi quæstio aliqua incideret præiudicialis. Atque ita litis contestatio iniuncta in causa **Hamburg** contra **Schaumburg**.

### *Actionum Cumulatio.*

#### *Actiones quæ cumulentur.*

**E**T I A M possessorium, si in Camera ventilatur in causis appellationis, tunc etiam petitotium ibi tractari potest, præiudicium in causa **Schlem** contra **Rheinbergerin**. Item in cap. reconventionis: vbi enim tractatur conuentio, ibi reconuentio etiam tractanda.

*Das aber N. das Präiudicium abzuleiten vñnd widerfechten zuserhi / ist wider alle rechtmessige Ordnung vñnd gerichtliche Proceß / Dann es se öffentlichen Rechts / wo zwo Sachen mit einander vortragen / vñnd in t einander gehäuffet werden / da eine der andern präiudicium giebt oder bringet / vñnd fürnehmlich wo dieselbige Sachen dieser Art vñnd Natur / daß so das Urtheil in einer Sach geschicet /*

*ncel*



net / in der andern gebehret exceptionem rei iudicatae, oder sonst in andern beyden Sachen ratione continentiae vrrwandt seyn / das alsdann die Sach daran am meisten gelegen / vnd daran die ander hanget / zum ersten aufgetragen sol werden / das auch die ander mitler Zeit ruhen / vnd darinnen nicht fort geschritten werde / so viel mehr praeiudicium zuverhüten / l. fundum. & l. fundi. ff. de except. vbi Dd. Ioann. Fab. in §. praeiudicialis. Inst. de action.

Examinatur haec materia ab Oldendorp. in explicatione noua antinomiarum iuris. ad l. nemo ex his. §. quotiens concurrunt. ff. de reg. iur.

Quid sit cumulatio actionum: quod sit de iure permessa: in quibus casibus non admittatur: item de exceptione cumulationis, in qua parte iudicii ea obicienda non obiecta exceptione, an valeat cumulatio, notat Ang. in §. si minus. Inst. de action. num. 22. & seqq. vide etiam gloss. in l. si idem cum cod. ff. de iurisdic. om. iud. & Dd. in l. edita. C. de edendo.

Quibus in casibus cumulatio actionum prohibita sit, sex regulis communiter includuntur, quarum duas gloss. in §. si minus. verb. iudic. o. Inst. de act. tertiam Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. & alias tres Bart. in l. 3. num. 14. C. de edendo, constituit.

Nota: Cumulatio actionis personalis & hypothecariae in Camera recepta est docet & probat Mynsing. cent. 1. obser. 58. maxime si fiat alternatiue: non attentis limitationibus. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 4. §. 23. num. 17. fol. 199. vide Mynf. d. loco. Forma talis: Peto pronunciari, reum mihi ad 10. ex causa huius vel alterius contractus teneri, fundumque eius ob tale debitum loco pignoris obligatum esse, ideoque condemnari eum ad soluenda mihi 10. & interim ad tradendam pignorati fundi possessionem, vide acta Grauen contra Schonberg.

Quando possessorium & petitorium cumulari possit, vide allegatos à D. Gail. lib. 1. obser. 63. num. 10. & late Menoch. de recup. possess. Dd. in l. ordinarij. C. de res vindic.

Exceptio ineptae cumulationis ante litis contestationem opponi debet, exceptis casibus, quibus totum iudicium redderetur ipso iure, propter actionum inconuenientiam, inualidum, quod tractari solet in l. edita actio. C. de edendo.

Nota: Toties plures actiones in eodem libello cumulari posse (etiam si non compatiantur se inuicem) quotiens actor probabiliter dubitat de genere actionis, siue illud dubium ex facto proprio, siue ex alieno proueniat. notat Gail. lib. 1. obser. 63. num. 3. cum ibi allegat.

An restitutio in integrum & rescissoria actio cumulari possint in eodem libello: Quod sic, contra communem tenet Sfortia Oddi tract. de restit. in integr. part. 1. quest. 31. art. 5. per tot. vbi plures distinctiones.

Cumulatio nullitatis & restitutionis in integrum in Camera recepta est, ex Guid. Pap. decis. 143. not. Mynf. cent. 2. obser. 25. vbi praeiudicium in causa Falckenberg contra Falckenberg de Anno 1553.

Ex his intelliges etiam, quando exceptio ineptae cumulationis locum habeat.

1. Actiones ex eadem causa ad diuersas res non possunt coniungi. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. l. 1. §. hoc edicto. ff. de vi bonor. r. pror. l. interdum. ff. de publ. iudic.

2. Actiones, quae electione tolluntur (id est, quando vna electa tollitur altera, vide Hotom. quaest. 29. vbi distinguit inter personalem & realem actionem) non admittunt cumulationem. l. quod in herede, §. eligere. ff. de tribut. action



Etion. l. 1. C. si seru. ex ter se emi mandau. l. fin. C. de codicill. l. commissoria. C. de pact. int. emptor. l. cum filius §. variis ff. de legat. 2.

3. Actio maioris rei non patitur coniunctionem minoris l. ult. C. de ord. in ic Hinc Paul. in l. 54 de iudic. per minorem, inquit, causam, maiori præiudicium fieri non potest.

4. Actiones contrariæ non possunt coaceruari, l. eum qui inofficiosi. 14. & l. contra maiores. 16. C. de inoffic. testam.

5. Actiones quæ ordinem habent à lege præscriptum, vt vna post aliam tentetur, non admittunt cumulationem, l. ordinarij, C. de rei vendicat. l. incerti iuris, C. de interd. l. qui de inofficioso. ff. de inoff. testam tot. tit. C. de ord. cogn.

6. In actionibus, quando vnius executio parit exceptionem rei iudicatæ aduersus aliam, non est locus cumulationi, l. si mater, §. eadem causam. l. cum queritur. & l. seq. ff. de except. rei indic. l. fundum l. fundi. ff. de except. Speciale tamen est in actione personali ex contractu & actione hypothecaria, quæ simul intendi possunt, & quidem hac forma: peto Titium condemnari ad traditionem rei obligatæ, vel ad soluendum debitum (melius connectuntur sub conditione, si nimirum conditio, quæ his de actionibus iudicandi ordinem inducit, adiiciatur, vt si petas pronunciari, hoc vel illud tibi deberi, & si de debito constiterit, rem pignori obligatam tibi adiudicari) not. Gail. lib. 1. obs. 62. n. 7. Myns. cent. 1. obs. 58.

7. Actiones, quarum vna, ad executionem perducta, liberat prorsus debitorem, non possunt simul intendi l. 1. in fin. ff. si famul. furt. fecis. dicat.

8. Plures ex vna eademque causa actiones, non licet ad eandem rem cumulari, l. nemo ex iis, §. quoties ff. de reg. iur. iuncta l. bona fides. eod. tit. l. de eadem re. ff. de except. rei indic. l. plura de icta. ff. de act. & oblig.

9. Actiones ex diuersis causis lucratiuis, ad eandem tamen rem non coaceruantur, l. Manius fundum, §. duorum. ff. de leg. 2. l. omnes debitores. ff. de action. & oblig.

10. Actio ciuilis & actio criminalis ab eodem aduersus eundem non possunt simul principaliter in iudicium deduci, l. 1. C. quando ciuil. act. præiud. crimi.

1. Nisi altera incidat, cæpta iam altera, l. 1. & 3. C. de ord. iud. Alex. C. ad l. lul. de adult. 2. Nisi post accusationem criminalem restitutio rei per officium iudicis petatur l. interdum, §. qui furem. ff. de furt. l. 3. ff. finium regundor. Huc videtur respexisse Carolus Quintus de pace tenenda tit. 10. Anno 48. volens, aduersus fractorem pacis agi ad pœnam tam ad esse, quam ad restitutionem damnorum.

De cumulatione ciuilis & criminalis actionis, vide Marant. in specul. part. 4 in 1. distinct. iudic. num. 20. vbi eandem sententiam tuetur.

Nota: quod cumulatio actionum ante litis contestationem fieri debeat, tradunt communiter Dd. in l. edita, C. de edend. & probat text. in l. non potest ff. de iudic. Idem duabus rationibus confirmat Decian. in cons. 13. nu. 14. & 15. vol. 2.

Nota: Alciat. in l. edita. num. 102. & 3 seqq. quatuor casus excipit à regulis cumulationum prohibitiuis: primus casus, cum conditionaliter alia actio proposita est, vt si quis querelam inofficiosi testamenti intentat, & quatenus in ea obtinere poterit, attestetur se quoq; petitionem hereditatis experiri. plura exempla ibi num. 102. 2. Casus est in summariis, quoties scilicet sine figura iudicii, vel sola facti veritate inspecta procederetur, ibid. Declarat sententiam Baldi contradicentis, quod scil. loquatur de tali cumulatione, quæ differat litē. 3. Casus quando in libello narrata simpliciter est facti series, & generali clausula petitū, sibi ius dici, iustitiamq; super prædictis omnibus

&



& singulis administrari, idque ex vigore istius clausulæ. 4. Casus, quando reus ante litem super actione cumulata contestatam, nihil obiigeret, vt Bald. ait. Videtur enim consentire & exceptionem remittere. *l. penult. C. de except.* modo tamen actio adiuncta non sit nulla.

Nota: in Camera Imperiali receptum est, vt si plures actiones in vno libello proponantur, secundum cuiusque actionis naturam sigillatim pronuncietur: ita factum in causa **Molecken** contra **Mechelburg** / vbi in libello plures actiones intentatæ fuerunt, & partim interlocutorie, partim definitiue pronunciatum, not. *Gail. lib. 1. obs. 63. num. 8.* vbi plura.

Nota: Cumulando petitorium & possessorium probas in petitorio de titulo & possessione iuniori, præfertur probanti de possessione antiquiori sine titulo: secus in mere possessorio, vt notat *Alex. de Imola in cons. 130. vol. 5.*

Actio iniuriarum ad reclamationem cumulari potest cum Actione iniuriarum ad æstimationem, idque de stylo Camerae, vbi actio ad recantationem pro criminali non habetur. docet *Gail. lib. 1. obs. 65. num. 3. & seq.*

Sors cum vsuris in eodem iudicio peti & cumulari possunt: ita tamen vt vnum principaliter, alterum accessorie petatur, debentque vna sententia terminari: ita in Camera conclusum notat *Myns. cent. 1. obs. 57. per tot.* per ea quæ in vtramque partem late disputat *Chaff. in consuetud. Burg. rubr. 4. tit. 23. n. 12. & seqq.*

Nota: quod cumulato petitorio & possessorio victori in possessorio fructus percepti debeantur, etiam si in eadem sententia in petitorio succumbat. late *Alex. in consil. 159. num. 2. vol. 5. not. Gail. lib. 1. obs. 63. num. 11.* vbi plures allegat.

Causam testati & intestati cumulari non posse per heredes, valide defendit *Boer. decis. 33. p. 1. per l. ult. ff. de Codicil. & ibi Dd.* Siue ex eodem testamento eodem vel diuersis temporibus, siue ex diuersis scripturis quis agat, nisi probabilem & iustam causam habeat codicillorum postea factorum, vel alterius vltimæ voluntatis. Et ita obseruatur in Camera. Tradit hæc *Myns. cent. 3. obs. 25. per tot.*

Actio ex pacto de retrouendendo, & actio ex fideicommissio cumulari non possunt, quia origine contrariæ sunt. Nam illa ex pacto præsupponit actum validum, hæc inualidum not. *Decian. in cons. 13. num. 8. vol. 2.*

Querela inofficiosi testamenti, & querela de falso, cumulari non possunt, quia contrariæ origine: illa præsupponit testamentum validum, *l. 2. ff. de inoffic. testam.* hæc nullum. *l. Paulus. 121. ff. de verbor. signif.* *Decian. in dict. consil. 13. num. 9.*

Quando vxor petit in libello dotem sibi restitui propter adulterium mariti, & quod vergat ad inopiam, non admittitur cumulatio, quia prima causa tendit ad plenam restitutionem dotis: secunda non ite. not. *Castrenf. in cons. 65. incip. viso quodam libello. num. 1. & 2.* approbat *Decian. in dict. cons. 13. vol. 2. idque nec cumulatiue, nec alternatiue, per ibid. not.*

Nota: aut res & actiones sunt diuersæ: at causa petendi eadem, & in his cumulatio nõ procedit: aut actiones & causa petendi sunt diuersæ; at res eadem, & regulariter admittitur cumulatio. Sin vero actiones illæ ita se haberent, vt res ex altera præstita amplius peti non posset, non recte coniungerentur. Aut actiones sunt diuersæ; at res & causa petendi eadem, & cõmuniter cumulatio locũ non habet. Quando tamẽ hæ actiones se inuicẽ non excludunt, non male cõiunguntur, puta actio personalis & hypothecaria. Aut res, causæ petendi & actiones sunt diuersæ, etiã cõmuniter fieri potest actio-



num coniunctio: modo tamen ita sint comparatae, vt simul tractari possint, nec pugnent ratione, vel sint contrariae. Obrecht disput. de cumul. action. thesi 188. & multis seqq. vbi singulorum rationes & exempla ponit.

Actio mutui & actio de constituta pecunia cumulari non possunt, quia se inuicem excludunt, dum solutione ex vna facta, altera perimitur. l. 18. §. *vetus. ff. de const. pecun. Obrecht thes. 211.*

Petitio hereditatis & interdictum, quod legatorum, non possunt cumulari, quia inuicem pugnant. Ibi non conceditur aduersario hereditatem, vel rem hereditariam pro herede vel possessore possidere. Hic affirmatur, aduersarium rem pro legato possidere. l. 1. ff. *quod legat. Obrecht thes. 221.*

Cumulari possunt actiones. 1. vi bonorum raptorum, 2. ex tertio capite legis Aquil. 3. iniuriarum verbalium & realium, quarum prima datur ad restitutionem ablatorum: secunda ad damnum datum: tertia ad estimationem iniuriae. Ita haec actiones cumulatae in causa Bernhardt Sibert contra Bm. vnd **Rath der Statt Hammel** An. 44. vt colligitur ex voto Neuheuseri.

Iniuriarum & L. Aquiliae: Iniuriarum, & l. diffamari: Iniuriarum & spoli, vt in causa **Jmlin** contra **Hailbrunn**. Rei vindicatio & petitio hereditatis, vt in causa **Zuern jecho Oldenburg** contra **Rniphausen** An. 92.

Confessoria & interdictum retinenda. vide Ferrar. *in form. libelli in act. confessor. in verb. ad nos turbandum & molestandum Zaf. & Myns. in §. aequae. Instit. de actio.* Rei vindicatio & Publiciana, subalternatiue tamen seu subordinate. vide votum in causa **Jeuer** contra **Rniphausen** Anno 92.

### Actio iniuriarum.

**Q**VAMVIS remotio à statu & dignitate, **Als wann einer seiner Ehren enesetzt** non spectat ad 3. Caput actionis iniuriarum, ex l. Cornel. quae 30. annos durat, tamen si agitur actione spoli, tunc adhuc 30. an. durat, & potest iniuriarum Actio cumulari, modo intra annum intentetur. Ita processus spoli post 8. Ann. decreti à tempore spoli in causa N. contra **Nordhausen** & intra terminum anni vterque processus decretus ratione spoli & iniuriarum. Ita in causa **Hermerling** contra **Hailbrunn** 21. Apr. An. 91. In causis iniuriarum etiam mandata sine clausula decreta de restituendo in honores pristinos, vt in causa **Joachimi Georgii** contra **dem Erststift Magdenburg**, credo tamen ratione continentiae ad obtinendos processus in causis iniuriarum in Camera non sufficere in genere allegari sibi illatas iniurias, sed debent iniuriae in specie deduci, & sic processus denegati 13. vel 23. Decembr. An. 91. tali decreto: **Wosern der Supplicand die angezogene Iniurien in specie fürbringen wird/ soll ferner Larauß ergehen/was recht ist.**

### Actor.

**I**NCIDENS punctus; cum obiiceretur, actricem non habere personam standi in iudicio, quod esset professa monialis, idque negasset; est remissus ad ecclesiasticum in causa **Wellerstat** contra **Wellerstat** 8. Ianuar. An. 52.

An teneatur actor praestare cautionem de iudicio sisti, & iudicatum solui, cum Dd. dicant, se non vidisse actores, qui cautionem praestiterunt, **Angel. in §. sed hodie. Institut. de satisfat. Bart. & Dd. in l. sciendum. ff. qui satisfat. cog. dicunt**



eunt non ita seruari in practica. Conclufum, praestandam ab actore, Reo, *Teutschmeistern & Hansen Weittern* principalem contra Vieten Lui, est pronunciatum, *male iudicatum, bene appellatum*, 26. Iunii Anno 50.

Actor si non compareat in termino, quid reo faciendum, Vide §. *ult. tit. 12. p. 3. ordin. Camera. Cai. lib. 1. obs. 59.*

*Aduocatus.*

CAMERA fundatur, & deceruit citationem, vel monitorium ratione deseruiti salarii Aduocatorum, Procuratorum vel Commissariorum Camerae, propter connexitatem & continentiam causarum, & quia partes ratione salarii in Camera q. contraxisse videntur. *Gail l. b. 1. obs. 1. num. 37.*

Nota: Aduocatus confusionem variorum vitabit, *dann es gibt grosse Unrichtigkeit im Referiren / auch in Handlungen vnd Rechten / sintemal etwan in einem Punct wird procedirt, der ander bleibt stehen.*

*Adfessor.*

ADSESSOR non potest interesse principum aut aliorum statuum transactionibus, sed debet suo inuigilare officio, non propriis commodis. Ita cum 24. Nouemb. Anno 91. *Wurtemberg vnd die Statt Straßburg* peterent Assessorem quendam D. D. B. vt interesset compromisso als ein *Obman* in causa quadam *der Wälffischer* contra *Mumpelgart* / ibique duae causae essent allegatae. 1. quod renunciaturae sint partes omnibus iuris beneficiis, & in specie reductioni & appellationi. 2. quia iam instarent feriae Natalitiae, *da nichts* in Camera *zuversäumen*. Eo tamen non attento Domini putarunt hoc non permittendum. *Diueil solches* in Camera *nicht herkommen / auch einen seltsamen Eingang machen würd / dann man die Etelsten im Collegio also durch das mittel abfordern vnd ad causas transactionum ziehen würd.* 2. Non obstat, quia appellationi & reductioni renunciauerint: cum allegata laesione enormissima, etiamsi iuramentum interuenerit, reductioni sit locus, & sic non obstantibus renunciationibus causa ad Cameram perueniret: B. vbi alter esset iudex superior, alter inferior, quisnam defenderet sententiam. A. Quia est absurdum, quia etiam fenestra aperiretur largitionibus & corruptelae. 3. Quo ad ferias non obstat, quia feriae non ad priuatum commodum, sed potius ad vtilitatem publicam reuocandae sunt. Ideoque denegata Duci *Wurtembergico* sua petitio & Ciuitati *Argentinenfi*. Postmodum 4. Decembris rursus scripsit D. *Wurtembergicus* pro D. Assessore sibi in d. causa communicando, verum ne tum quidem obtinere potuit, sed ei petitio rursus fuit denegata, *daß solches wider die Ordnung per tit. 13. §. Es sollen auch part. 1. ordin.* Assessores tenentur Imperii Majestatem & Iurisdictionem contra extraneos obseruare, prout eis rescriptum Anno 1548. 3. Octobris.

*Adfessores.*

PRAESENTANDI in Assessoris demortui locum non solummodo vnus, sed plures sunt (vt Electio sit apud collegium) Ita cum aliquando Elector Sa-



xonia Dn. ab Enden presentaret, & Brandenburg D. Kammel, Camera noluit eos sine vltiori presentatione aliorum recipere: tamen vnum allegatur praedictum, quod aliquando Caesar Dn. Lucium solum presentauerit, is fuerit receptus, per §. *fin. tit. 4. Ord. p. 1.* & aliquando Anno 91. 10. Decembr. ab Imperatore solus D. Dorner in locum D. Hungres fuit presentatus, vbi post multas deliberationes Imperatori rescriptum, eo nomine qui adhuc alium presentauit, sed receptus fuit Dorner in Aprili Anno 92.

Assessor discedens ac petens munus Aduocati in Camera subire, seque ad id admitti, num cogatur iurare denuo, si ante aduocatus fuit, aut si non fuit, an iurare debeat, & an in pleno senatu, an in audientia publica? Id cum aliquando, nempe 18. Maii. Anno 92. mit D. Hungerem deliberaretur, domini censuerunt distinguendum, an quis Aduocatus Camerae fuerit ante Assessoratum, vel non fuerit. Si fuit, eo casu non opus esse, vt denuo iuret, **Sondern lest man ihne bey seinem gethanen Aude verbleiben/** eique significatur, **das man ihn pro Aduocato wolle angenommen haben.** Et pro hoc casu allegata sunt praedicta mit D. Cronberger/mit Lt. Juen/mit D. Winkelmann/ D. Dreherm/ Lt. Willern.

Si vero antea Aduocatus non fuit, tum merito illum iurare debere, den Aduocaten Aude/ cum iuramentum Assessorum & Aduocatorum plane sint diuersa & separata, in quam sententiam maioribus votis itum est. In eo tamen variarunt, an in publica Audientia sicut reliqui: an in pleno senatu tale iuramentum praestandum. Et crebrius placuit, in pleno senatu praestandum ob authoritatem assessoratus, quod & factum est, & eodem die nempe 18. Maii Ann. 92. praestitit D. Hunger/d. iuramentum in pleno, & allegatum est praedictum mit Herrn D. Wolfgang Xhem/ qui Anno 1513. postquam resignasset statui Assessoratus, & aduocatus Camerae factus, iurauit in pleno senatu.

Assessori Camerae quando iniuria infertur, ratione sui status vel conditionis, tum fiscalis se intromittit: ita factum Anno 1515. 12. Decembr. vide latius D. Seilerum.

### Alienatio.

**D**E alienatione iudicii mutandi causa facta, vide tract. Adriani Puluri, qui est annexus tractatui de compromissis Lamberti de Oriano.

Sic mandatum à Ferdinando Imperatore decretum emanauit contra Episcopum Tullensem, de non alienandis bonis ecclesiae in Ducem Lotharingiae.

Alienatio praedii & rei immobilis minoris: Alienatio praediorum vel rerum immobilium pupilli an sit ipso iure nulla, an veniat annullanda officio iudicis. Si est ipso iure nulla, tunc venit iure actionis reuocanda.

Si pupillus maior factus contractum in minori aetate gestum sine solemnitatibus ratificauerit, non requiritur decretum in ratificatione contractus. Vide Menoch. *in conf. 561. num. 6.*

Cum aliquando Lic. S. nomine vxoris & reliquorum pupillorum pro mandato sine clausula **auff die 4. Fall** supplicasset, contra N. Engeln Apotecker **vnd des Raths zu Speyer / vmb Einraumung eines vmb 400. fl. von D. Gottwalden erkauften Gartens/** ex capite, quia iure prohibitum, pupillorum immobilia sine decreto distrahere noluerunt tamen domini dictum mandatum discernere, cum habebat rei vindicationem, nec videbatur casus **auff die 4. fall** qualificatus. Ego tamen hoc in casu puto distinguendum, an alienatio sit ipso iure



iure nulla, an vero veniat annullanda officio Iudicis. Si enim ipso iure nulla tum bene potuisset mandari: si veniat annullanda ope exceptionis, tum ordinarius processus requiritur. Et quia, vt videtur, ipso iure nulla, bene potuisset mandari, quia est cōtra legem prohibitivam, quod est ipso iure nullum, vide *l. si minor. & tot. tit. de prad. minor. non alien. l. ob es alienum. & i. si minoris. C. cod. tit. vbi dicitur, alienationem ipso iure nullam esse, ita vt restitutione in integrum opus non habeat, & datur ei rei vindicatio. per l. non solum. & l. prad. um. C. de prad. minor. non alien.*

Alienatio bonorum pupilli. An eo casu sine clausula mandari possit, vid. infra in verb. *pupillus. & verb. tutor. §. qua & quot requirantur*. Sic mandatum de non alienando sine clausula decretum in causa **Freyberg** contra **Wärtemberg vnd Freyberg**.

Item pro mandato auff die 4. Fäll. de non alienando supplicarunt **Pfalsgraffen I. C. P. L. & I. & c.** contra **Pfalsgraffen G. H.** wegen seiner fürhabenden Alienation der Pfals Älterlicheren vnd Reichs Güter in frembde Hand / als er dann allbereit einen Verstande mit ausländischen Fürsten gemacht haben sollte. Ist erkannt den 28. Martii Anno, & c. 90.

Nota: si quis promisit vendere rem immobilem, & mortuus est, relicto pupillo, si is pupillus vendidit: in tali venditione non requiritur decretum Iudicis, quia non est alienatio, sed tantum executio promissionis factæ per defunctum de alienando per *l. si pradium. C. vbi decreto opus non est. & l. i. §. i. & in l. magis puto. §. si pupillus. & l. fin. ff. de reb. eor. Grammat. in consil. 10. n. 1. 2. & 3. in ciuil. Menoch. cons. 561. num. 5.*

*Alimenta.*

**A**LIMENTA propter litem debita initio anni præstanda sunt, per *l. à vobis. ff. de ann. leg. vbi habetur, legatum deberi ab initio anni. Idemque in alimentis à Iudice decretis locum habebit. Argumento ab Actu testamentario ad iudicalem. Vnde par autoritas l. non est mirum. de pig. act. Nic. Euerh. à testamento ad sententiam. Bill. in argumento leg. cas. 28. Euerh. à testamento ad iud. Zaf. in l. qui hoc. de verb. oblig. Ibi; fit quatuor casibus, intra quos est vltimus, quando fit causa multiplicandæ obligationis, ibi initium spectandum, non finis, & est in legato annuo, quia statim debetur, text. in l. i. C. dies leg. qui ced. glos. in §. pen. Instit. de inur. stipul. Ita decisum in causa **Eysenburg** contra **Eysenburg** appellationis alimentorum 6. Octobr. Ann. & c. 67.*

Alimenta debita spurio debentur etiam eius vxori & liberis, quod prima facie non videtur. Et ita in terminis consuluit I. Philippus Portius *consil. 146. per tot.* vbi plures Consulentes in terminis refert.

Alimenta vt pendente lite præstentur, 14. concurrere debent, de quibus vide I. Philip. Port. *consil. 160. n. 6. & fere per tot.* vide causam **Gallen Wittib** contra **Gallen** creditores in **Hobbach**.

Alimenta vxorià viro quando præstanda. Vide eundem Port. *d. consil. 160. num. 5. Mynsing. i. obs. 64.*

Alimenta nobili debita an extendantur ad famulos. Vide **Borgnium** *Caualkan. in tract. de vsufr. leg. num. 27. pag. 203.*

Appellatione pendente alendus est, qui obtinuit in querela inofficiosi testamenti, Port. *consil. 160. num. 5.*

**Von Versperrung der Victualien:** Ob denegata Victualia mandarum  
B 3 sine



sine clausula decretum auf die 4. Fall der Statt BS. contra Ducem BS. 19. Octob. Anno 90. Simile mandatum etiam decretum 18. Februarii, Ann. 89.

Nam Dux prohibuit fieri transportationem frumentorum per suam prouinciam ab exteris & sibi non subiectis locis.

Similiter ad implorationem der Statt Augspurg contra Herzog in Bayern ob interclusionem Victualium eiusmodi mandatum decretum est.

Item ante aliquot annos der Statt Landaw contra Churfürstliche Pfalz simile mandatum decretum est: & plerunque exceptionibus quibuscunque oppositis iniungitur paritio, nisi forte ea exceptio pro releuante habenda. Dagesagt / quod proprii subditi indigerent, Replicari potest, primo incolis permittendum den Rauff / & residua ad vicinos & exteros transportanda.

In alimentatione, vel etiam in deductione, ne quis egeat, quæ consideranda sint, vide omnium pulcherrimè tractantem Coler. in tract. de processib. executi. iiii. p. 2. c. 3. num. 115. cum seqq.

### Allegatio.

**Q**UEM AD MODUM est magnum habere alicuius Doctoris decisionem in terminis, vt quæ securior sit, & omnia argumenta generalia excludat. Port. in § aque Instit. de action. Albert. Brun. de statut. ita pauperis est Doctoris allegare regulas, vbi decisionis terminus haberi non potest. Pomer. in d. §. aque. Felin. in c. cum ordinem. num. 7. de rescript vbi addunt, ideo in actu pratico semper laborandum esse, vt decisionem non in terminis reperiamus. Quod est doctissimi Doctoris, qui per profundum vadit, nec circa ripas hæret, iuxta Attil. in vsibus feudorum, in princip.

### Als dann / vocis huius quis effectus sit.

**V**OX, tunc, als dann / inducit extremitatem temporis. c. quod sit, & ibi gl in verb. ex tunc de elect. in 6. l. si his. §. si ita. de condit. & demonstrat. cap. si ca. titulo de concess. præbend. in 4. & semper ad conditionis euentum trahi debet. Innocen. in c. præterea. de appellat. c. à iudice. §. fin. eod. tit. in 6. vbi Dd.

### Annui redditus contractus requisita. Item prouentus seu prestationis.

**A**D hoc vt annui redditus contractus non possit dici mutuum, duo copulatiue requiruntur: alterum quod credens pecuniam non possit eam, quando velit, reuocare, sed tantum annum redditum, quinque pro centum. Alterum, vt qui pecuniam suscepit. Venditor, ab illo debito se quando-cunque liberare possit soluendo, scilicet sortem principalem. Extraneant. Mart. Quinti. de empt. & vend. vers. & semper in dictis contractibus. vide consilia Ingolstadiana nouiter impressa tomo 1. vide præiudicium in causa Lt. Weblers contra Churfürstliche Pfalz vbi mandatum sine clausula decretum propter publicationem ordinationis monetæ, quam dominus reus & reliqui Imperii status & principes seruare cum imperio, & ipsi se inuicem obligant sub pena.

Non



Non obstat quod dici possit contra hanc ordinationem, inter principes Rhenanos aliud obseruari, aliud forte statutum esse. Quia non quæritur quid fiat, sed quid fieri debeat: cum enim status hanc ordinationem perpetuo inter omnes valituram publicauerint, sane certi status ei aliud statuendo derogare, præsertim in præiudicium tertii non possunt: sunt enim ad dictæ ordinationis obseruantiam velut contractu obligati: & posito, non tamē concessio, hanc obseruantiam vel pactum inter principes Rhenanos contra dictam ordinationem, vel saltem contra ipsos contrahentes tolerandam, tamen non potest talis contractus ligare non subditos, qui se fundant in ordinatione, & hoc tanto magis, quia obligatio vult reuisionem fieri in concessa, non publicata moneta. Et sic casum hunc tanquam contra expressam ordinationem ad fundandam iurisdictionem Camerae sufficere putarunt Domini. Etiam si, per d. Reum allegari possit aliam monetam tempore contractus solutam, de qua tamen falsitate non constitit, neque eam Iudex præsumere debet. Mensē Aprili An. 86.

Ad subtracti census præstationem, quando agitur possessorio, non est necesse causam allegare, sed sufficit dicere, se fuisse in possessione vel quasi percipiendi. *gl. in c. 3. in ecclesia. in verb. primum requisitum est probatum.*

Nota: quando causa præstationis ignoratur, nihil debetur, *c. perue. s. ext. de censib. vbi gloss. & Dd.* & secundum hanc Theoricam iudicatum in causa Scherren Erben contra Johann Nefern. 4. Septembris Ann. 70. vide causam Matthæi Würgen contra A. & B. Graffen zu Nassau propter retardatam præstationem.

In causa D. Friedrich Weurers Kinder Vormünder Kläger contra die Gemein zu Bechtheim propositum, daß ante annos 50. sie oder ihre Eltern erkauft haben 15. Gulden Jährlicher Pension an Golt/Wormbser Wehrung zu 26. alb. (wie dann damals die Wormbsische Goltgülden gegolten) Nun haben actorū Antecessores in die 50. Jahr sich für ein Goltgülden lassen vernugen mit 26. alb. (so hoc tempore nicht gar 15. Basen machen) Ideo rei dicebant, Actores non posse impugnare factum antecessorum, vnd seynde sie vrbietig / den Zins an Golt zugeben / doch den Goltgulden in sezigem werth / nemblich ein 26. alb. pro singulis florenis. Actores contra replicabant, se non impugnare factum defuncti, sie hetens gar verschencken mögen / vnd begehrtten sie mit die verfallene Zins / sonder die neive in gebührende Zins / quibus non potuerit præscribi, vt per Gail. *li. 2. obs. 73.* Darz auff auch die rei seynd condemnirt worden / entweder 15. vnser seziger Goltgülden den Stücken nach zugeben / oder aber an anderer Reichsmünze dieselbige zu erfüllen / nemblich einen jeden in dem valore, also jetzt ein Goltgülden gile. D. Z. dixit, man soll den actoribus so viel an anderm Gelt für ein Goltgülden geben / als viel tempore contractus 26. albi haben anlauffen mögen / habendo rationem ad intrinsecam bonitatem, dan die albi damaln viel Silberreicher gewesen als sezige Wormbser albi; de quo tamen nihil certi constabat: ideo maioribus obtinuit, prout supra & publicata sententia statim post caniculares eiusdem anni, sequentis tenoris: In Sachen weiland D. Jacob Friedrich Weurer / sezt dessen Kinder Vormund in actis benant / Kläger eins / wider die Gemein zu Bechtheim / ander theils / ist allem vorbringen nach zu recht erkant / daß ermelte beklagte die in actis angezogene auff Johannis Baptistæ An. 92. auch alle biß dahero verfallene vnnnd künfftige Jahrgülden biß auff gebührende ablösung / nemblich jedes Jarziel mit 15. Goltgülden vnnnd so viel derselb jederzeit zu Wormbs / vermög des H. Reichs Edicts vnnnd valuation, an rechtem werth an Mänß zu entrichten vnnnd zubezahlen schuldig / aber von dem geklagten

inter-



interesse zu absoluiren, als wir sie auch zu solchem hiemit condemniren vnd vers  
dammen/auch respectiue absoluiren vnderledigen/compenfatis expensis.

Sic in causa Spölin contra Eßlingen mandatum sine clausula decretum  
Golt in Golt zu lieffern/oder so viel ein Goltgülden jederzeit gile.

Spolium committitur, & desuper agi potest, si cui non præstentur cen-  
sus vel redditus. Et an obstat agenti exceptio consignationis, depositionis &  
obligationis, vide Dobbert. in verb. oblatio debiti.

Quando annuus redditus est aliquo legitimo titulo constitutus super  
pluribus fundis, licet secundum Panormitan. in c. contractus. de relig. domib. &  
Guid. Pap. decis. 432. Bart. in l. masculus. 47. de iure fisci. tunc redditus seu pensio sit de  
iure diuisa, pro rata tamen, eo non obstante, quando dominus iuris consti-  
tuti agit confessoria pro declaratione iuris & patientia, vt illi soluatur pen-  
sio tota contra possessorem vnus vel alterius prædii, cõdemnari debet pos-  
sessor non pro rata, sed in solidum, & quod illi possessori beneficium diuisio-  
nis non competat contra Actorem, fuit iudicatum in Camera in causa Hu-  
berti Drspreg contra Catharinam Schartenfels 15 Decembr. Anno 39. & causa  
disputata in pleno consilio, quamuis & alii contrarium tenuerint, secuti Pa-  
normit. in d. c. contracta.

Redditus: is cui redditus constitutus super pluribus fundis si agat confes-  
soria contra possessorem vnus aut alterius, possessor non pro rata, sed in so-  
lidum condemnatur adempto ipsi diuisiois beneficio: sic in camera in cau-  
sa Huberti ciuis von Drspreg contra Catharinam Schartenfels im Bischoffs-  
stab. Item contra Johan Hammersteck 15. Decemb. Ann. 39. iudicatum: causa  
disceptata in pleno consilio, nonnullis assentientibus. Panorm. in c. constitutus,  
de relig. dom. qui contrarium tenet.

Redditus annui censentur res immobiles, scilicet, quando ad longum  
tempus constituti, l. fin. C. de prescrip. long. temp. Fed. de Senis cons. 12. num. 5. Bald. in  
l. iubemus. num. 1. C. de Sacros. Eccles. & bona, & quibus soluuntur afficiunt. Nam  
si pensio ex aliqua re percipiatur, transfertur possessio illius rei ad accipien-  
tem. gl. 4. Bar. in l. quamuis. de acqui. poss. Abb. in c. 2. n. 7. de consuetud. vnde fit, quod  
prohibitus alienare, neq; fructus in longum tempus promittere possit. l. si. C.  
de reb. alien. non alien. Bar. & Bal. in l. Codicillis. §. institutio. d. l. 2. vnd wann man Zins  
auff Güter verschreibt/ ista prædia tacite obligantur, licet id expressum non sit,  
Bart. in d. §. institutio. n. 2. & in l. si ita quis. de verb. oblig. l. ea lege. C. de condi. ob causam  
bon. vbi Bald. Afflic. de inuestit. de re alien. fact.

Redditus census perpetui inter immobilia computantur, vide Gail. lib.  
2. obs. 10. vnde existente consuetudine, vt coniunx in mobilibus succedat, ea  
non etiam in redditibus succedere potest, etiamsi comparati fuerint cum pa-  
cto de retrouendendo, cum inter immobilia computentur. Et ita fuit iudi-  
cando obseruatum in causa Wilhelm Griers Erben Vormünder contra Batt.  
22. Maii, Anno 42.

### Appellans & Appellatus.

**A**PPELLANTES etiam quandoque non possunt fideiussoribus vel pignori-  
bus cauere, tamen ad iuratoriam cautionem admittuntur.

Cum in Camera quandoque incideret quæstio: vtrum Appellans, qui  
in alia causa fuit bannitus, appellare possit? videbatur quidem prima facie  
quod nõ: siquidem bannitus omnia iura ciuilia amittit, & ciuilitate pro mor-  
tuo



tuo habetur. *Gail. lib. 2. c. 1. n. 7. 20. & 22. cum seq. de pace publ.* In contrarium tamen, quod bannitus hoc seculo nostro excommunicato æquiparetur. *Gail. d. c. 1. n. 25* At vero excommunicatus, licet agere non possit in iudicio, neque etiam alias cōtrahere: tamen quando conuenitur in iudicio, excipere, se defendere, ac etiam à sententia appellare, ac appellationem prosequi potest. *c. cum inter. & ibi Dd. c. significauerunt. c. ult. & ibi gl. extra de except.* Et de hac materia latius tractat *Henr. Boick. in c. intelleximus ext. de iudic.* Ita acceptata est appellatio in causa *E. contra H. 14. Febr. Anno 82.* Et decretum *daß die Sach/ vorgewanter E. nicht vverhindert / an dem Kayf. Cammergericht angehangen / vnd D. N. gebettene Zeit ad libellandum zugelassen vnd angeleßt.*

Appellatus si producat acta, & pretium eorundem appellans ei refundere nolit, per Iudicem ad illud cōpellitur. Ita factum in causa *Barisei contra Baçtoi*, his verbis, *Lt: S. solutionem taxæ actorum iniungimus.*

Appellatus quando compellitur ad ingrediendam litem, & ad respondendum libello exhibito, tunc lite contestata, libellus per Appellantem articulatus repetitur, ad quem Appellatus respondere tenetur in scriptis: si tūc Appellatus responsiones in scriptis exhibere voluerit, exhibebit easdem, cum annexis articulis defensionalibus subsidiariis, iuxta constit. per dominos visitat. Anno 70. erectam & factam, & non alias, aliter atque alio modo.

Quando Appellatus petit in causa contra ipsum instituta in paruo tēporis spacio pronunciari, potest libellum articulatum per articulantem appellantem exhibitum, cum prioris instantiæ actis reuidere atq; conferre, si tunc compertum fuerit, articulos libelli per articulantē exhibiti, ex actis omnibus, aut tantum maiorem partem articulorum extractos, per generalia, lite contestata, & repetitione actorum facta, concludere, & allegare, huiusmodi propositū ordinationi Camera contrarium, adiecta petitione, articulatum libellum exhibitum, tanquam non releuantem, reiiciendum, & per prioris instantiæ Iudices recte pronunciatum, male appellatum, cum refusione expensarum decernendam.

Appellatus quando conatur agere contra appellationem, exhibebit ante litis contestationem exceptiones non deuolute appellationis, cum annexa litis contestatione, nec non responsionibus ad grauamina: item defensionalibus articulis contra grauamina per Appellantem exhibita, iuxta constit. per visitat. Anno 70. erectam.

Appellato comparente in termino appellationis, per Cancellariam præfixo (licet terminus ordinationis sex mensium nondum effluxerit) & petente R. contra Appellantem, id decernitur. Ita factum in causa *L. contra M. 28. Ian. An. 92.* Ratio est: quia R. facit tantum ad accelerandum processum hoc casu, nec circumducitur terminus: quamuis quo ad desertionem omnino aliud sit: nam causa ideo non deseritur.

### Appellatio in genere.

**D**E appellatione ab interlocutoria. *Ord. p. 2. tit. 28. & 29.*

De appellationis interpositione. *Ord. p. 2. tit. 2. & 28. per tot.*

Subditos ab appellando carcere, minis, iurando deterrere nemini fas est. *Ord. p. 2. tit. 28. §. 2. vnd dieweil.*

De appellatione coram Notario. *Ord. p. 2. tit. 29. §. 4.*

De summa appellationis. *Ord. p. 2. tit. 28. §. 4.*

C

De



De priuilegiis appellationis. *Ord. p. 2. tit. 29. §. fin.*  
 De introductione appellationis *Ord. p. 2. tit. 30. per tot.*  
 De formalibus appellationis. *Ord. p. 2. tit. 31.*  
 De receptione appellationis. *Ord. p. 2. tit. 28. §. 1. & tit. 29.*  
 Derenunciatione appellationis. *Ord. p. 2. tit. 28. & § 2. circa fin.*  
 De appellatione temeraria. *Ord. p. 1. tit. 28. § 3. darzu dieweil.*  
 Requisita appellationis vide apud Gail. *lib. 1. obs. 119.*  
 De appellationis prosecutione.

Appellatio regulariter tantum deuoluit appellationem, quatenus inter partes, appellantem & appellatum pronunciatum. Si tamen inter debitorem & creditorem sit pro creditore pronunciatum, quod etiam reliquis creditoribus idem ius habentibus prodesse potest, tunc potest appellans omnes creditores, etiam in prima instantia non comprehensos, citari facere per proclama, vt veniant, & in causa appellationis sua iura deducant cum appellato. Ita processus decreti in causa **Bernhardt von Birch** contra **Reben-Rusen vnd Claus Weiern** 9. Apr. An. 89. per not. Gail. *lib. 1. obs. 70. & obs. 122.*

In causis appellationum omnibus indistincte repetitio actorum narratorumve, loco libelli pro sufficienti libellatione habenda.

Appellatio quatenus communis: Si Reus in aliqua parte rei petita, vel in certa summa petita cõdemnetur, in reliqua absoluitur, eo casu si ipse appellat, debet non simpliciter appellare, sed cum protestatione, quod tãtatenus, quatenus contra se est sententia: ne alioqui etiam ea pars reuocetur, in qua absolutus est: quia appellatio est communis.

Appellari potest in absentia iudicis. Sic concludit Lap. *in alleg. 39.* Et licet non intimetur iudici à quo & parti, non nocet, nisi in eo, quod iterum acta per iudicem valeant, & per partem attentata non reuocentur. vide Abb. *in suggest. de appell.* Et ita seruatur in iudicio Camerae.

Quando in appellationibus dubitatur, an iurisdictio Camerae sit fundata, ratione summæ, cum priuilegium talem summam non excedat, nõ potest interesse coniungi eum summa principali. Præiudicium extat in causa **Arutgen von dem Breidhoff** Appellanten/ contra **Jobst von Lintelam als man vnd manbar seiner Haußfrawen Arnoldigen Schänlings** Appellaten 23. Septembris, Anno 68. Ex protocollo B. vide præiudicium in causa **Claus Brommer** contra **Johan Sirti von Bann.** Contrarium obseruatum in causa **Weier** contra **Reichenbach** 23. Nouembr. Anno eod.

Ego posse conciliari arbitror: quod aut priuilegium loquitur de sorte, **das die Hauptsam** tantum vel tantum excedere debeat, & tunc interesse coniungi non potest: Aut loquitur in genere de summa tantum & tunc contrarium verum est.

Appellatur immediate ad Cameraam quando Iudex intermedius est suspectus. Vltior supplicatio pro Citatione & compulsorialibus **Fletacher** contra **Beywecker** *erkannt* 10. Iunii Anno 81. quia constat ex aliis processibus, quos contra eundem in Camera impetrauit, iudicem intermedium esse suspectum.

Appellatio talis: Ego appello ad Metropolitanam sedem Apostolicam, vel quemcunque alium competentem Iudicem, si Camera sit Iudex immediatus, sustinetur: Ita processus decreti in causa **Dhr** contra **Wünster** 9. Dec. Anno 80. & in causa **Hensch** contra **Delei** & in causa **Wolff genant** **Dalen** contra **Kerchring** 31. Octob. Anno. 92.

Totus *tit. Cod. ne liceat in vna. eademque causa ter prouocare*, non obseruatur in Ca-



in Camera: quia etiam si decies appellatum, appellationes admittuntur. Et recte, quia inferiores Iudices variis suis instantiis Imperatori præiudicare non possunt. ita iudicatum in causa **Göbel** contra **Müller**.

*L. properandi. m. C. de iud.* in Camera non obseruatur, quod in hoc iudicio appellationes nunquam sunt desertæ, **Costens** contra **Jürstenberg** in causa appellationis Anno 58. 27. Ian. vt instantia nunquam pereat, etiam si appareat de negligentia appellantis, contra *auth. si lis. C. de temp. appell. & c. 1. x. ratione. de appell.* Ita etiam iudicatum 1515. **Rosenhofen** contra **Mens**.

Zu **Wastich** vndecim Banci S. Seruatii constituuntur sorte ex vndecim pagis subiectis: sed quando ab vno ex istis pagis appellatur ad **Wastich** tunc ille pagus, vel eorum deputatus non est in numero Iudicum, ita vt decem tantum relinquuntur.

Pœna friuole appellantium sol zum geringsten auff 10. **Marck Silbers** determinirt seyn M. A. 74. Hodie solet mitigari. vide *ord. p. 2. titul. 28. in add. S. als man auch*. Sic in causa **D. vnd Rath der Statt Altenstein** contra **Sachleben** appellationis, **erkant** bene iudicatum & male appellatum, & appellantes in expensas & pœnam temere appellantium 10. **Marck lötiges Silbers** condemnirt 8. April. An. 94. Item 19. Ian. Anno. 89. in causa **Jacob Massowen Appellanten** eines contra **D. vnd Rath der Statt Stolpe** Appellaten anders theils/ist allem vorbringen nach zu recht erkant das durch Richter voriger Instanz wol geurtheilt/ vbel darvon appellirt/vnd ged. Appellant in die Gerichts Kosten derwegen auff geloffen nach rechtlicher messigung/ auch erlittene Schäden/ so viel sie dern/ wie recht liquiddin vnd darthun werden/ dann von wegen seiner freuentlichen Appellation dem **Kay. Fiscal** 10. **Marck Silbers** zu entrichten vnd zu bezahlen schuldig/ als wir ihn zu solchem allem hiemit condemniren vnd verdammen.

Stylus de antiquo est in Camera, vt quando in causis appellationum pronounciatur, in prima instantia bene iudicatum, in secunda male, semper expensæ litis compensentur.

Si vna ciuitas ex consuetudine solet consultare apud aliam ciuitatem, hoc non est proprie appellare, prout inferior facit apud superiorem, sed est genus quoddam prorogationis; & est voluntatis, non necessitatis. Verum decet si omisso loco consultationis veniatur ad iudicium Camerae, quod tunc saltem prius requisierint loca consultationis, quæ quidem solent admittere consultationem, quando partes ambæ coram eis comparent simul. Sed si acta non exhibeantur vltro, tunc ipsa loca consultationis non possunt concedere compulsoriales, quia par in parem non habet imperium, sed venitur ad iudicium Camerae, tanquam à denegata vel impedita iustitia, **Ripur** retulit causam Monasterii monialium S. Cæcilie zu **Cöln** contra N. Erat enim à Gala appellatum ad iudicium Camerae, & excipiebatur, quod omissus medius, quia ab eo loco solet appellari seu consultari potius ad **Wesel**, inde ad **Dor.** & tum demum ad iudicium Camerae.

### *Appellatio in scriptis & viva voce.*

**ETIAM** iudice pro tribunali non sedente potest appellatio fieri in scriptis, apud actuarium, qui acta cōscribit. *c. ordi. vbi Gemin. de app. Myns. cent. 2. obs. r. 12.*

Quando appellatur in scriptis, semper porrigi debet schedula seu libellus appellationis in quo contineatur quem in isto scripto appellasse, a-



lias non tenet appellatio, vide **Wormbs. de appell. decis. Hartm. tit. cod. Phil. Fran. in c. vi. debitus. nu. 12. 13. & si. qq. de appell. Myns. cent. 3. obs. 15. & cent. 4. obs. 45.** Et ita propter defectum deferta pronunciata appellatio in causa **Knoblauch** contra **Glauburg/Landaw** contra **Michel Juden** An. 74. **Frans Jacob Ziegeler** contra **Michel Brommer** Anno 74. 22. Septemb. **Beuern** contra **Beuern** Ann. 75: 6. Iulii, & in causa **Heickers** contra **Heyers** An. 88. 13. Nouemb. processus propterea denegati.

Quando tam ex supplicatione quam protocollo apparet à grauamine extrajudiciali uiua voce appellatum, ea deferta pronunciatur, siquidem in scriptis appellatio debuisset interponi iuxta text. in c. cordi. vbi **Pl. Franc. num. 5. de appellat. in 6. gl. fin. in c. cum causam. vbi Abb. de appellat. Franc. in ca. bona memoria num. 17. vers. quinto requiritur. Vestrius. lib. 3. c. 7. vbi Grauatius Aufrelius in decis. c. Tholos. quest. 342. num. 5.** Ita pronunciatum in causa **Baumgarten** contra **Weber** 20. Ianuar. Anno 82. Item in causa **Fauth** contra **Denckheimers Erben** 5. Apr. Anno 82.

Appellationes factæ in scriptis in absentia iudicis, licet de iure coram iudice regulariter fieri debeant, & ei insinuari, tamen etiam si non insinuatæ, recipiuntur in Camera, & obseruatur decisio **Lapi in alleg. sua 39. & Bald. in l. Praeses. C. de Appell.** Et ita sæpius iudicatum, & præsertim in causa **Johan Widman** contra **Johan Ramersberg** relata 28. Aug. Anno 1538.

Semper si ex interuallo in scriptis appellatur, est appellandum coram notario & testibus: Notarius conficit instrumentum appellationis, in quo inferenda est schedula appellationis, *daß der Appellant ihm vbergibt* / nec sufficit si dictat. Sic enim appellatio denegata est aliquando.

Appellatio in scriptis tunc fieri rite dicitur, cum appellatorius libellus in scriptis porrigitur, vsque adeo vt non sufficiat dicere Notario: *scribe, à tali sententia me appellare*: quinimo & fortius: Si uiua voce dictaret, & notarius scriberet, nihilominus appellatio in scriptis non diceretur. Ita **Franc. in c. cum debitus. 59. colum. 7. vers. tertio queritur. ext. de appell. seq. Contr. conf. 95. lib. 4. l. 1. n. 127.** Imo satis non est appellatum in scriptis, nisi in illa schedula dicerentur illa verba: *in his scriptis appello*, **Arg. in l. à sententia. 5. §. ult. de a. p. ll.** vt eum allegat & seq. **Vestrius in prax. lib. 7. c. 3. n. 28.** vbi vltius refert, in Romana Curia obseruari, quod si quis semel debite appellasset in scriptis, & deinde à simili grauamine rursus appellare vellet, quod dicere non possit: *appello, prout est in schedula*, id est, vltius, alia grauaminis occasione data. Sic denegata Citatio & inhibitio in causa **Ernst von Rheden zu Rheden** / & consortiū von **Hanstein** contra **Herrn Burckarden / Lipold vnnnd Martin gebrüder von Hanstein** / Idque quod constaret ex instrumento appellationis, coram notario in scriptis non esse appellatum.

Quando in scriptis appellandum est, schedula appellationis iam conscripta actuario, vel notario, aut Iudici porrigi debet, nec satis est, si uiua voce ad calamū dictatur appellantis intentio eidē actuario vel notario. In **sachen Hocken** contra **Wels** in appellationis, *ist von Ampts wegen der Bescheid daß solche sachen durch vorgenommene appellation an das Kayf. Cammergerichte nicht erwachsen s. y.* cum expensis, sententia à qua, lata est 2. Septemb. An. 75. Appellatio 9. Septembris sequenti interposita coram notario & testibus non scriptis, sed uiua voce, quod iuri contrariatur. **Mynsing. 2. obs. 12.** Nec releuat instrumentum super appellatione esse confectum, cum schedula appellationis non fit porrecta, quare appellatio in scriptis dici nequit. Idem **obs. 15. cent. 3. & 4. obs. 45.** Deinde Appellantes hanc appellationem deserui passi sunt, ac demum



demum elapsis sex mensibus in ipso Executionis actu, videlicet 26. Martii, Ann. 76. cum repetitione prioris appellationis contra executionem in scriptis quidem, ac cum expressione grauaminum protestati sunt: verum hæc protestatio appellatio dici nequit, cum se diferte ad priorem illam inualidam appellationem referat, quæ non nulla fuerit. Protestatio quoque causam minime potest deuoluere, vel appellationem, aut ius partis quod expirauit, conseruare: Quod licet partes vtrinque non attenderint, sed super grauaminibus hic litem contestati sint: tamen ex officio attendendum, cum iudicium retro nullum reddat. *Assa. in prax. 18. 13. c. 2. lim. 8. Myns. cent. 2. obs. 19.*

*Appellatio iudicialis.*

**P**OTEST etiam appellatio in scriptis fieri coram Iudice, ad quem prouocatur, per ea quæ tradit *Myns. 2. obs. 2.* Quod vt singulare notandum, & meo tempore Anno 84. schedula porrecta Assessoris in quadam causa, & processus desuper decreti sunt. Et quod semper appellari possit coram Iudice ad quem, si Iudicis à quo copia haberi non possit, tradit *Cæpoll. in caut. tract. caut. 78*

Item si Iudicis à quo copia haberi nequeat, potest appellari coram personis honestis. *Marant. p. 6. de appell. num. 133.*

*Appellatio extraiudicialis.*

**E**XTRAIUDICIALITER non nisi tanquam à magistratu vel Iudice prouocari debet. In dubio tamen appellatio admittitur, si tanquam à parte grauatus quis dicatur, ad ius ordinarium remittitur. Quando enim Iudex grauatur non vt Iudex, sed vt pars, denegantur processus. Ita factum in causa **Gripwalden** contra **Pommern** 19. Septembr. Anno 88. & in causa **Stralsund** contra **Pommern** processus fuerunt ex eadem causa cassati. Fauore tamen appellationis processus ab initio periculo partis decernuntur *R. D. antiq. Gail. 2. obs. 67.* Ita in causa **Steinberg** contra **Schellenbergs Kinder Vormänder** periculo partis decreta 17. Septem. An. 89. Denegata tamen in causa **Schützterlin** contra **Straßburg** Ann. 88. Item in causa **Thumb. Capit. el zu Wormbs** contra **Wormbs**, 9. Decemb. An. 89. quia tantum fuit prouocatio ad Camera, & Camera non fuit in puncto citationis Iudex. Nam **Straßburg & Wormbs haben special Aufirdg.**

In appellatione extraiudiciali regulariter non inhihetur. Ita decretum in causa **R.** contra **E.** 10. Octob. An. 86.

In appellatione extraiudiciali quandoq; inhiheri potest. Ita factum in causa **Bila** contra **Brandenburg** / Anno 1588. & **Wormbs** contra **Wormbs Hartenberg** contra **Hartenberg** / **Stubenrauch** contra **Wimpffen** / **Eisenmenger** contra **Wimpffen.**

Nota: In appellatione extraiudiciali, vbi regulariter à futuro vel instati grauamine appellatum, non opus est sententia vel decreto Iudicis, sed satis est causam appellandi esse verisimilem & probabilem, vt quia appellas verisimiliter timet se molestari in possessione sua, etiam si adhuc non fuisset grauatus. *Innoc. in c. consuluit. 18. in pr. de appell. Abb. in c. bonæ. 51 n. 7. eod.* Et hoc non solum de iure Canon. sed etiam Ciuili obtinere testatur *Bart. in l. ult. nu. 7. de appell. recip.* Et ideo cum aliquando **Apolonia von Altorff** contra **Neumars Erben &**



**ben & Consorten** appellasset ab extraiudiciali grauamine sibi per Secretarium Principis C. Palat. illato, qui ei referebat, se metuere, quin sylvam litigiosam restituere teneatur, idque Iudicis decreto pronunciatum iri: quamuis quidam domini putarent, illos processus impetratos iterum cassandos esse, propter nullitatem commissam, quia talem sententiam Secretarius dedit sine iussu Principis, & sic nulliter: nulla igitur fuit appellatio, nullum grauamen: tamen quia constabat ex actis, d. sylvam litigiosam, quam Appellans & prædecessores per 60. & plures annos possidebat, esse ab eodem Iudice sequestratam, & ipsam tertio supplicasse pro relaxatione: tamen id obtinere non potuisse, ideoque satis eam grauam, conclusum maioribus d. appellationem bene subsistere posse: Quia in extraiudiciali appellatione non opus est Iudice, aut Iudicio ordinario, nec etiam sententia, sed sufficit se metuere, se grauatum iri, quia talis appellatio est prouocatio tantum ad Cameram, per iura. Et facit huc etiam quod quando Iudex ter requisitus dissimulat vel negligit facere iustitiam, tunc liceat appellare. *Myns. 2. obs. 24. cum ibi alleg. obseruatum in causa Altorff contra Ensberg. 3. Jul. Ann. 87.* Quamuis autem in appellatione extraiudiciali requiratur causæ expressio, per ea quæ not. Phil. Franc. *in c. consuluit. el. 2. col. 2. de appell. & in c. bona memoria. col. 6. in pr. vers. & promitte. eod. tit. 12. Abb. d. c. consuluit. Guid. Pap. cons. 96.* tamé putat, causæ expressionem non requiri: quia tamen hic satis constabat de grauamine, eo ipso quod Iudex sequestrauit sylvam litigiosam, putauerunt domini id sufficere: imo causæ expressionem in extraiudicialibus non vsque adeo esse attendendam, & sine ea appellationem etiam subsistere posse, tradit Petr. Anch. *in clem. appellati. de appell.* Et ideo domini eam appellationem receperunt 17. Iunii An. 87. & causam pronunciarunt deuolutam in causa Apolonia von Altorff contra **Neuharto Erben.**

Appellatio ab extraiudiciali grauamine debet fieri in scriptis, etiam si vim definitiuæ habeat, alias denegantur processus, vt in causa **Gerhardten Haubwig** contra **die Gemein zu Löhr.** 7. Jul. Anno 87.

Appellatio extraiudicialis dicitur, quæ fit à futuro vel instanti grauamine, non de præterito. Appellatio autem iudicialis fit à præterito & illato grauamine. *Guid. Pap. cons. 138. n. 2. Gail. 1. obs. 120* Vide plura in verb. *attentata.*

Quid sit appellatio extraiudicialis, vide infra in verb. *attentata. §. in extraiudiciali.* *Guid. P. p. cons. 97.* plura de appellatione extraiudiciali, vide *Myns. cent. 4. obs. 47.* vide vota in causa **Rosin** contra **Belgarten**, & in causa **Fruf** contra **Drachensf. 16.**

Subditus si à Principe suo extraiudicialiter grauatur, an appellare possit ad Cameram, cum quærebatur, conclusum, quod non, vt in causa **der Statt Stetin** contra Ducem Pomeraniæ 21. Aprilis Ann. 63. Ratio, si à tali grauamine immediate ad Cameram appellari posset à subdito, aut quouis alio, eliderentur processus primæ instantiæ, scil. **die Aufträge**, & sic denegati processus in causa **M. von der L.** contra **Herrn H. Pfalsgraffen** 16. Febr. Anno 73. Vide *Myns. cent. 4. obs. 43.* Quia appellatio extraiudicialis est tantum prouocatio ad causam. *c. cum sit Romana §. si vero. de appell.* Et sic habet vim conuentionis. *Abb. in c. cum inter. nu. 17. de except.* vide *Gail. obs. 120.* vbi distinguit. Ita processus denegati **Gribswalden** contra **Pommern** 19. Septembr. Anno 88. Et in causa **Stralsun** contra **Pommern** processus fuerunt ex hac causa cassati Anno 88. & in causa **Belzig** contra **Anhalt.**

Quando inhibendum in appellatione extraiudiciali, vide infra in verb. *inhibitio. §. quando Iudex:* in causa **Schütterlin** contra **Straßburg.** Anno 88. Citatio



ratio denegata, quia iudex grauauit, vt pars. Item in causa **Thumb Capittel zu Wormbs** contra **Wormbs** denegata citatio ex eadem causa 9. Decembris Anno 89.

In extraiudiciali appellatione num appellans possit ex noua causa sua grauamina iustificare non expressa. Quod sic, Guid. Papæ *cons. 79. in fin. fere.*

*Appellatio à sententia definitiua.*

**S**CHEDVLA porrigi debet, si ex interuallo à definitiua appellatur. Et licet tunc nullum aliud instrumentum adsit, tamē dicitur appellatum in scriptis, si schedula porrigatur iudici à quo, valetque talis appellatio. Ita processus decreti in causa **Hewart** contra **Beinweck**, qui appellauit ex interuallo, adiecta & porrecta schedula Iudici sedenti pro tribunali Anno 86. Et in causa **Wilhelm Baroli** contra **Niclaus Grillion** 12. Septembr. Anno 88. vbi etiam processus decreti, tametsi octauo die à tempore latæ sententiæ, sed tamen in schedula appellasset, iudice sedente pro tribunali. Ita etiam in causa **Speet** contra **Gheiselhartin** & consorten, cum à Iudice priore deserta pronunciata esset appellatio, propterea quod appellatio non facta coram Notario, sed tantum schedula iudici oblata, pronunciatum est male iudicatum & bene appellatum 23. Octob. An. 90. Nota, debet tamen Iudex sedere pro tribunali, cum porrigitur schedula, alias non valet. Imo etiam Iudice non sedente pro tribunali potest fieri appellatio in scriptis apud actuarium, qui acta conscribit. *c. cor di. vbi Dominianus. de appell. Myns. cens. 2. obs. 12.*

Appellatio à definitiua deuoluit totam causam: sed in appellatione ab interlocutoria secus est: quia ibi grauamen tantummodo deuoluitur, & deuoluitur ad Iudicem appellationis: vide tamen in ord. Imper. facta Norimb. Anno 1523. fol. 134. pag. 1. & 2.

An lex prohibens appellationem è definitiua tollat etiam appellationem ab interlocutoria. Vide Ph. Franc. *in c. pastoralis. de appell. q. 1. § 6. Bald. in l. 1. c. si de moment. possess. fuer. appel.*

Appellatio à definitiua debet fieri in continenti viua voce; sin ex interuallo apud Iudicem à quo fiât, non valet, nisi schedula porrigatur. Ita processus decreti Anno 66. in causa **Herwardt** contra **Beiluckl**, qui appellauit intra decendium.

*Appellatio ab interlocutoria simplici, vel vim definitiue habente.*

**E**XHIBITIO schedulæ appellationis in appellationibus à meris interlocutoriis interpositis, & in scriptis conficiendis regulariter necessaria est, & quidem cum insertione grauaminum. Quantum vero attinet ad appellationem à sententia definitiua, vel habente vim definitiue, similiter concludendum, opus esse, vt schedula siue libellus appellatorius instrumento inseratur, idque maxime propter textum in *leg. eos. 6. §. ultim. Cod. de appellat.* qui textus videtur principaliter loqui de definitiuis sententiis propter verbum, *superatus.* nec non per *leg. litigatoribus. 14. Cod. eod. tit.* sumpto argumento à contrario sensu: idque eo magis, quod Ord. Camer. *p. 2. tit. 29.* hanc dispositionem confirmet per verba, *so soll der Appellante in Schrifften ex interuallo, oder mündlich in continenti wie von andern*

dern



de n Endurtheiln zu appelliren macht haben. Hoc tamen in casu regulariter non necesse est expressio grauaminum, sed sufficit, quod appellans in genere narret, se grauatum, & sententiã iniustam esse. Et ratio est, quod appellatio à definitiua potest iustificari ex nouis causis & probationibus. Marant. p. 6 tit. de appell. nu. 141. & 147. Ex quibus hæ duæ conclusiones finales desumi poterunt. Prima, quod ad hoc, vt appellatio valida sit de iure, instrumẽto ratione absolutionis à sententia mere interlocutoria confecto, specialiter inferenda sit schedula appellationis, & quidem cū expressione grauaminum, nisi forte causa grauaminis consisteret in mero iure, adeoq; nullam requireret probationem in facto, quia tunc valeret appellatio ab interlocutoria sine expressione causæ, cum in allegationibus iuris deduci possit. Marant. d. loc. nu. 144. Secunda, quod simili modo necesse sit, instrumẽto ratione appellationis à definitiua, vel habente vim definitiua cõfecto, schedulam appellationis inferi, sine tamen expressione grauaminum, nisi in casibus, in quib. de iure appellatio prohibetur, vbi similiter opus esset, vt grauamẽ exprimeretur. Marant. d. loc. n. 143. Neque hic anxie subtilisandum, quibusnam præcise verbis Appellans in porrectione libelli appellatorii vti debeat. sed suffecerit, si modo se ita declaret, quod eiusmodi schedulam animo appellandi Notario exhibeat, & desuper instrumentum confici petat, cum nulla certa forma verborum hac in re à iure præscripta reperiatur.

Quando appellatur ab interlocutoria, tum causa principalis ad Camera non prius deuoluitur, quam si pronunciet Iudex, male iudicatum, bene appellatum; idq; tum demum, si noua citatio emanat, ideo addi solet: **Vnd wollen die Partheyen einander nicht erlassen in der Hauptsachen/das sie solches an diesem Kayf. Cammergericht thun sollen** / prout infinita eius rei extant præiudicia. Fallit tamen, si procuratores etiam in causa principali essent ad totam causam legitimati, quia tunc sine noua citatione, non quidem definitiue, sed interlocutorie **in der Sachen zu handeln**, pronunciarı potest. Ita factum in causa **S. contra S.** 19. Nouembris Anno 90. quia qui præsens est, amplius citari non debet.

Licet iure Ord. Norimb. fol. 134. ab interlocutoriis, habentibus vim definitiua, liceat appellare viua voce, aut in scriptis, & ita obseruetur in Camera, prout & huiusmodi appellationes, etiam ex nouiter deductis iustificari possunt, de iure communi & ordinationis fol. 74. Tamen quando appellatur à pronunciatione de exequendo sententiam, vel ab executionibus in casibus permittis, de iure notatis per gl. & Dd. *in l. ab executione. C. quor. app. non recip.* debet appellatio huiusmodi interponi in scriptis, cum causę expressione, prout not. Bart. *in l. ab executeore. ff. de appell.* & Bald. *in l. ab executione. Cod. quor. app. non recip.* Et si appellatum fuerit viua voce, non recipitur talis appellatio, tanquam nulliter facta in Camera. Et ita fuit iudicatum in causa **Margaretha Shenin Bechthold Halle Hausfrawen contra die Radingerin.** 18. Octobr. Anno 41.

Quamuis de iure ab interlocutoriis appellari debeat in scriptis, secundum Bartol. *in leg. eius qui. ff. de appellat. recip.* tamen si appellatur viua voce ad Camera, & pro validitate illius allegatur consuetudo loci vel fori, in quo lata est sententia (scilicet, quod appelletur ab interlocutoriis viua voce) admittitur allegans ad probandum talem consuetudinem, tanquam validam. Et ita iudicatum fuit in Camera 18. Martii Anno 27. in causa **B. vnd Rath zu Echset contra Wilholden Fürdsichten.** Item, in Metensi Episcopatu illa solenitas scrupulose adeo obseruari non solet.

Decre-



Decreti processus in causa **Petri** contra **Alexandrum** / 7. Septembris Anno 82:

Appellatio ab interlocutoria **sol** absque libello, **allein** repetito instrumento appellationis ad iudicem **gesetzt werden** / *Ord. p. 3. tit. 31. §. vñnd so ferz B.* 13. Dacemb. Anno. 93.

Requisita appellationis ab interlocutoria, vt ea admittatur, plura sunt. 1. vt d. appellatio talis sit, quæ præiudicium faciat in illa causa & in aliis. 2. vt statim executioni mandetur. 3. postea nulla speretur definitiua, 4. vt tale grauamen inferatur, vt per appellationem à definitiua reparari non possit, *gl. & Bart. in l. intra vtile. 39. col. 2. ff. de minor. & l. ane sententiã. & ibi Bart. ff. de app. recip.* Et propter defectum horum requisitorum denegati sunt processus in causa **Waldboiten** contra **Besendorff** 10. Septemb. An. 1573. 5. vt fiat in scriptis *Bart. in l. eius qui. ff. de appell. recip.* Nisi allegetur consuetudo, quod videlicet appelletur viua voce, vt supra proxime.

Si ab interlocutoria appellatum est, pronunciat, **In der Appellation sachen N. eine: gegen N. ist allem vorbringen nach zu recht erkannt** / quod res sit restituenda: si à definitiua appellatum est, pronunciat, **Ist allem vorbringen nach zu recht erkannt/das vbel geurtheilt.**

Nota casus, in quibus de iure Ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria.

1. Sententia, quod iudicia sint legitima, & quod Reus possit torqueri, est sententia mere interlocutoria, iure Ciuili appellabilis, not. *Bar. in l. 2. ff. de app. recip. Aret. conf. 20.* neque enim definit negotium, sed maleficium commissum esse, vel non esse, nisi forte in quæstione diffiteatur.

2. Sententia sequestrationis.

3. Sententia reiiciens exceptiones, quæ opponuntur ad processum. *Bar. l. eius qui. 4. ff. de app. recip.* vt, super competentia: exceptio ista respicit modum procedendi, non merita causæ *Aretin. conf. 20.*

4. Sententia ab obseruatione iudicii, propter libellum ineptum, vel quia agens est excommunicatus, est mere interlocutoria. *Bar. in l. Titia. 18. ff. de app. Aret. pulchre conf. 119. Guid. Pap. conf. 146. de excom.*

5. Sententia, qua quis se pronunciat iudicem competentem, est mere interlocutoria, sed appellabilis. Idem creditur de sententia, qua quis pronunciat se incompetentem esse, *per c. significantibus. 38. ext. de offic. & pot. est. Iud. deleg. not. per Aretin. conf. 106.*

6. Sententia qua quis recusat exceptionem incompetentiæ, vt *Aret. dict. conf. 105. not. in c. cum contingat. 36. ext. de offic. iud. deleg.*

7. Sententia iudicis ad vltiora procedentis. *Bart. & ceteri in l. si queramus ff. de test. vel qui test. fac. poss. l. si à proceder. te. 4. C. de dilat.* & quia tunc videtur tacite se pronunciare competentem, vel quia si non pronunciat, saltem peruertit ordinem in cognoscendo. *Aret. conf. 107.*

8. Sententia, fideiuffores esse idoneos. *l. arbitro. 9. ff. qui satisf. cog. Guid. Pap. decis. 75.*

9. Si copia actorum denegetur. *C. vt lit. pend. vel post. prouoc. Guid. Pap. dict. decis. 75.*

10. Sententia in possessorio est definitiua, sed eo casu quo ab eo appellari poterit, an appellandum sit cum causæ expressione, vide *Bal. & Alex.*

11. Si tutoris legitima excusatio non admittitur. *l. 2. ff. quando appell. sit. Guido Pap. decis. 75.*

12. Item à pronunciatione executoris. *l. ab executeore. 4. ff. de app. & relas.*

D

13. Item



13. Item licet appellare ab iniqua interpretatione sententiæ. *l. ab executio-  
ne. s. C. quor. app. non recip.* vide aliquot casus apud Guid. Pap. *quest. 75.*

14. Sententia qua admittitur pars confessã ad vltiorem processum v-  
trum ab ea appellari possit. *Aret. conf. 20.* de triplici gradu diffinitiuarum.

15. Sententia iudicis, admittentis libellum ineptum. *Guid. Pap. decisio. 426.  
num. 71.*

16. Item quando Iudex iussit pecuniam solui minori, sine tutore, *l. ait pra-  
tor. 7. §. sed et si. 2. vers. permittitur etiam ex constitutione ff. de minoribus. 25. annis. Pap.  
decis. 175.*

17. Item à falsa consultatione & relatione. *l. 1. & vlt. ff. quomod. appellandum  
fit.*

18. Appellari potest à mulctæ impositione. *Bart. in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dic.  
non obtemp.* Et ita teste Mynsing. obseruatur in Camera.

19. Appellatur à cautione iniuncta, quia licet illa sententia sit interlocu-  
toria, tamen continet grauamen irreparabile, & ita decretum fuit 19. Maii,  
An. 38. in causa cuiusdã Nicolai de Hamburg, & ibi etiã admiffa appellatio.

20. Sententia, appellationem non esse desertam, est interlocutoria, sed  
esse desertam, habet vim definitiuæ, Gail. tamen distinguit. *Bal. in l. si praeses. C.  
quom. & quando iudex.*

21. Quando quis ad locum suspectum citatur, vel non tutum, personali-  
ter. *Bal. in l. 2. C. de app. recip.*

22. Vbi dilatio alicui denegatur, vel nimis angusta conceditur.

23. Vbi Iudex non admittit probationes vel testes, dilationibus effluxis,  
& publicatis attestationibus.

24. Si tertio denegatur iustitia. *Bal. in c. 2. vt lit. non contest.*

25. A denegatione probationis.

26. A denegata auditione. *c. interposita. & ibi Dd. de appellat.*

27. Omnis sententia post definitiuam habet vim definitiuæ, & ideo est  
appellabilis.

28. Sententia super testibus admittendis vel non admittendis, est inter-  
locutoria, sed tamen appellabilis. *Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. recepta autem proba-  
tione. Iaf. in l. nemo potest. lect. 2. num. 77. ff. de legat. 1.*

29. Sententia, qua defertur iuramentum necessarium, non est appellabi-  
lis, nisi simul absolutio vel condemnatio concurrat, quia est simplex inter-  
locutoria, ex qua nec actio, nec exceptio oritur: ita tenet post Bar. Alex. Iaf.  
& Dd. in l. naturaliter. C. de reb. cred. & iureiur. *Marant. in spec. 6. p. de appell. nu. 32. lo.  
an. Fichard. in add. ad com. opin. Villalob. in verb. Iuram. num. 158.*

30. Si Iudex negligat aut nolit deferre iuramentum suppletorium, potest  
ab eo appellari: *Vid. in com. opin. in verb. Iudex. nu. 8. lib. 1. & secundum eundem  
ibi in verb. Iuram. Mich. Crass. in commun. opin. verb. Iurament. quæstion. 19. cum se-  
quent. lib. 1.*

31. Sententiam de immittendo herede in possessionem hereditatis ex e-  
dicto D. Hadriani per se & simpliciter de sui natura esse interlocutoriam ap-  
pellabilem constat, modo in scriptis appelletur: secus tamen si cum causæ  
cognitione Iudex in possessionem illum immisit, audita parte altera, quia  
tunc definitiuæ est. In causa **Margreth Appelmennin** contra **Zachariam Sches-  
rer vnd Hans Eysenkelen.** 3. Octobr. An. 88. processus denegati, quia viua voce  
appellatum.

In appellatione interlocutoria debet grauamẽ exprimi, nec sufficit si di-  
catur, *appello, quia me grauastis,* cum huiusmodi ratio sit eadem cum dicto. Suf-  
ficiẽ



ficit autem, si dicatur, *appello, quia me grauastis, cum probauerim: vel, quia contra me inique pronuntiastis, ut apparet ex actis causa.* Quia hic, licet non explicite, tamen implicite assignatur esse à dicta diuersa: sicque ratio non est nugatoria, quod nota, per ea quæ tradit Bald. *in margarit. & Innocens. in c. significantibus. de noui oper. nunc.*

Appellanti ab interlocutoria, vel grauamine Iudicis, non licet alias causas prosequi, quam in appellatione sua expressas. *Archid. in clem. appellanti, de appellat.*

Quando ab interlocutoria appellatur, regulariter non solet inhiberi: tamen contigit quandoque in Camera, quod si pars quandoque in expensas condemnata fuit, & in eo forte grauata, cum ad solutionem cogi potuisset, quod tunc etiam inhibitiō decreta. Ita factum in causa *Hansen* contra N. de annulo aureo.

Nota tamen, si allegetur, quod consuetudo sit in loco, in quo appellatum & sententiā lata, quod ab interlocutoriis appelletur viua voce, admittitur allegans ad probandum talem consuetudinem tanquam validam. Et ita iudicatum fuit in Camera 18. Martii Anno, &c. *In Sachen der Statt Eichstat* contra *Wiltboden Fürsichten* & in causa *Broinquant* contra *Estuppe*, Anno 84. *Mynsing. cent. 1. obs. 66.*

*Appellatio ob denegatam iustitiam.*

SI Iudex ter requisitus dissimulat vel negligit facere iustitiam, tunc licet appellare. *Myns. 2. obs. 24. cum ibi allegatis.* Obseruatum in causa *Altorsff* contra *Engberg* 3. Jul. Anno 87.

Si Iudex appellationis mediatas vel immediatus appellationem ad partis petitionem recipere, & processus decernere contra Appellatum recuset vel denegat, & Appellans deinde ab eadem denegatione appellet ad Camera, & processus contra partem appellatam super huiusmodi appellatione decerni petat, tamen denegantur illi. Attamen si in defectum iustitiæ, & denegatæ iustitiæ processus in Camera roget contra appellatum, decernuntur illi æque, ac si peteret mandatum de administranda iustitia contra Iudicem immediatum. Ita fuit decretum in conf. Ann. 42.

Iudex nolens pronunciare, nisi quis renunciet appellationi, potest mandatis pœnalibus coerceri. ad not. *tit. 28. 2. p. ord. §. quid ergo, in fin.*

*Appellatio à sententia nulla, duabus diuersis, conditionali, confirmatoria, & de exequendo.*

QVAMVIS communiori Interpp. sententiā à præcepto de exequendo appellari non possit, tamen cum Supplicans quandoque in Camera in grauaminibus deducat, sententiā principalem se non citato & inaudito, laram, ideoque valde iniquum videatur, talem sententiā contra non citatum executioni mandari, citatio nonnunquam, vt super eo cognosci possit, decreta est. Præiudicium extat in causa *Lys* contra *S. Georgen* Anno 81. 10. Maii Ref. D. W.



Sententia de exequendo est interlocutoria, ideo uiua voce, & sine expressione grauaminum ab ea appellari nequit, ita processus denegati in causa **Heyden** contra **Bauri** 18. Apr. Anno 88.

Appellatio à sententia conditionali an possit fieri? vide *Mynf. cens. 5. obser. 95.* vbi simul tradit dicendum, currere à die latæ sententiæ, non expectato conditionis euentu. Si putem, nulliter actum esse, etiam si causa appellationis hic non acceptetur, possum ratione nullitatis citationem impetrare, & executionem impedire.

A decreto executorialium, propter autoritatem rei iudicatæ, appellare non licet. **Berfe** contra **Trendelburg** 14. Martii Anno 82.

Ab executione, si Iudex excedat modum, licitum est appellare, nec etiam ab interlocutoria appellare licet, nisi in scriptis, & allegatis grauaminibus. Omnis autem sententia præter definitiuam lata est interlocutoria: si ergo ad hunc modum petuntur processus, denegantur.

Supervacaneum est appellare à sententia, quæ nulla est: si itaque ab incompetente iudice lata sit sententia, apud Iudicem ad quem appellatum est agitandum. Et hoc est, quod in Camera dici solet, nullitatem & iniquitatem sententiæ deuoluere Iurisdictionem ad superiorem. *c. 1. de sent.* Si Iudex inuenit processum nullum, ex officio, partibus non opponentibus, de nullitate pronuntiabit. *Pan. c. 1. nu. 4. de lit. contest.*

Cum de vna causa separatim duplex sententia diuersa datur: veluti, vna fortis, altera vsurarum, duplici appellatione opus est, ne altera agnouisse, & de altera tantum prouocasse intelligatur. *l. cum in vna. de appell.*

A secundo grauamine, si Iudex contra eundem, pendente appellatione, vel à simili grauamine processerit, vel vterius, appellare licet. Noui enim morbi nouis indigent remediis, *d. leg. 1. de dolo & contum.* sic iudicatum inter **Teutschmeister** & **Eberhart von Hohenloe.**

An appellandum sit à sententia conditionali, vel expectandus euentus, vide *l. iam. §. biduum à quib. app. licet. Pan. c. 1. num. 6. 13. 14. & seq. Innoc. c. quod ad const. de re iud. num. 4.* Conclusum in Camera à die latæ sententiæ, non expectato euentu conditionis, appellandum esse.

Licet in appellationibus à sententia definitiua nõ sit exprimenda causa: tamen si appelleretur à casibus in iure prohibitis, exprimi debet, non vt sit de forma appellationis, sed ad hoc, vt Iudex à quo deferat, Iudex ad quem, admittat. *Franc. c. Romana. §. si autem. de appell. in 6.* Forma libelli supplicatorii pro restitutione contra sententiam latam, à qua non licet appellare, extat apud **Henningum lib. 5. conf. 20.**

A confirmatoria primæ sententiæ non appellatur. *l. 1. vbi Dd. Bar. & Bal. ibid. n. 4. C. quando pronoc. non est necesse.* maxime quando narratur à prima sententia appellatum non fuisse, cum per illam semel parti sit ius quæsitum. Ita denegati processus in causa **Sdrelsu** contra **B. Hoffrichter vnnb Käth** 19. Nouembr. Anno 89. Item in causa **Gröbner** contra **Gröbnerisch Vormundschaft.** 22. Nouembr. Anno. 29.

Licet in causis appellationum, ratione inhibitionis, semper dubium occurrat, quia sc. ratione prætensi decreti, à quo inhibitio non solet decerni, tamen quando grauis comminatio banni, & solutionis faciendæ, annexa est decreto, solet plerunque inhiberi, & plerunq; ad pœnam banni procedunt **Rotvvilenses**, nisi inhibeatur. Ita decreta inhibitio in causa **Hohenzollern** contra **Grempen** 17. Aug. Anno. 81.

Priuilegium de non appellando à consistoriis Episcoporum non habet  
locum



locum in appellationibus, quæ sunt ab Officialibus, dato quod Officiales etiam in secularibus cognoscant, nisi in specie insertum sit hoc priuilegio, ita Domini censuerunt in causa H. contra D. quod non debeat esse conformis summa d. priuilegio.

*Appellationis Instrumentum & Schemata.*

**I**NSTRUMENTVM appellationis in primo statim termino producendum, vide verb. *Acta & Absolutio à citatione.*

Instrumentum appellationis debet esse confectum in membrana, alias processus denegantur secundum constitutionem Maximiliani. Ita processus denegati in causa *Fr. Gerdrut zu Mulledunk / Fraw zu Anhalt* contra *Caspar von Schwansbell* 19. Nouembr. Anno 88. vbi decretum *auff vorbracht* Instrumentum appellationis *abgeschlagen*.

Fallit si Notarii testentur, sibi eo loci copiam pergameni non fuisse: nam tunc appellatio recipitur, maxime si distantia loci accedat. Ita processus decreti in causa *Zollner* contra *Ostfrieland* 10. Apr. An. 81. tamen in causa *Wedel* contra *Waldaw* processus denegati 4. Maii Anno 73.

Licet quandoque schemata appellationis in forma saltem probante & debita instrumento appellationis inserta non inueniretur, attento tamen quod in Metensi Episcopatu solennitas illa adeo scrupulose obseruari non consuevit, decreti processus in causa *Petri* contra *Alexandrum* 7. Septemb. Anno 82.

Appellationum instrumenta sunt marginanda, antequam in consilio Camerae exhibeantur.

Etsi schemata Appellationis quandoque omittatur, tamen cum in instrumento narretur, in continenti viua voce appellatum, non attendimus. Ita decreti processus in causa *Passaw* contra *Zieg* 12. Nouemb. Ann. 77.

Francofurti est consuetudo, quod talis schemata detur *dem Bürgermeistern* etiam extraiudicialiter. Ita decret. processus in causa *Almen vnd Consorten* contra *Arnoldt Dunden* in cons. 7. Octobr. Ann. 89. *Myns. 2. obs. 12.* Imo de iure potest appellatio fieri apud actuarium, qui acta conscribit, *cap. cordi. vbi Gemin. de appel. late Myns. 2. obs. 12.* Et potest schemata porrigi etiam die feriata, *Myns. d. loc. & in Camera* quandoque ita processus decreti sunt.

*Appellationis materialia & formalia.*

**A**PPELLATIONVM formalia iuxta stylum veterem iustificanda. B. 83. 14. Iulii.

Formalia appellationis ante omnia per procuratores iustificanda, & negligentes pœna coerceri debent, quam primum sc. referens videt, formalia non esse iustificata. R. D. fol.

In causis appellationum omnibus indistincte repetitio actorum narratorumve, loco libelli, pro sufficienti libellatione habenda.

Iustificatio formalium *kan breuiffime geschehen / daß sich einer nur referire auff das instrumentum appellationis.* Interdum fit oretenus per Procuratorem, *daß er sich auff's Instrumentum referire.*

Appellationis ratificatio, si illa per tertiu interposita, ratificanda intra



decendum, alias non valet. Vide votum in causa **Rossin** contra **Belgarden**, Anno 92. Et antea in causa **Dillerbeck** contra **Rusawen & Consorten** 26. Iunii An. 88. vbi deserta pronunciata appellatio, quod intra decem dies non ratificata. *Gui. Pap. decis. 436. num. 106. n. 103. & decis. 13. per tot.* Item in causa **Johann von Hechsten** contra **Herman von Bolen**. Anno 92. 20. Iulii.

*Appellationis fatalia, seu interponenda & introducenda vel prosequenda appellationis tempus.*

**A**PELLANDI tempus, scilicet decendum, non computatur à tempore scientiæ domini, quando procurator est apud acta, quia procurator tenetur appellare. *l. mulier. C. de procur.*

Appellatio introducenda intra sex menses. Fallit tamen id in causis spoli, vt per *Ord. p. 2. tit. 8. §. 9. & 10.* disputatum in causa **Eusa** contra **Psalzgraff & H.** 7. Septemb. Anno 91.

De stylo iudicii Camerae sufficit, indistincte appellatum fuisse coram Notario, licet non coram iudice: Item sufficit, ex interuallo intra decedum scripturam & schedulam priuatam appellationis notario fuisse porrectam. Ita disputatum in causa quam retulit **Genshorn / Martin Decher** contra **N.** fuerunt presentes **Viglius, N.** & in causa **Eatharina Gleiburgs** contra **Jechel Decher.**

Tempus appellationis interponenda currit de momento ad momentum. *D. 2. in c. ad consultationem. ext. de re iudic.*

Appellans in absentia iudicis, appellationem suam iudici & parti non intimans, potest appellationem suam intra sex menses in Camera prosequi, nec obseruatur *Ord. imperii Norimb. fact. a. vt fol. 134.* quæ loquitur de quatuor mensibus.

Tempus decem dierum etiam in appellacionibus ab extraiudiciali grauamine seruandum est, *tex. in c. concertationi. de appel. lib. 6.* obseruatum in causa **Hans Heinrich von Ballei in Westphalen / Commenthur zu Steinfurt** contra **Disschoffen zu Münster.** 3. Nou. An. 68. *Gail. lib. 1. obs. 139. num. 2.*

Et ibi etiam admisimus appellacionem, cum vndecimo die esset appellatum, quia fieri posset, appellacionem factam fuisse intra decendum, videlicet, si sententia lata fuisset hora decima ante prandium, primo die mensis, & appellatio interposita nona ante prandium, vndecimo die mensis, computando de momento ad momentum.

*Ord. Cam. p. 2. tit. 30.* certum modum præscribit, quomodo appellaciones introducenda sint, quod etiam non sufficiat intra terminum constitutum fatalem citationem extrahere, sed reproductio processuum emanatorum in iudicio requiratur. Accidit autem in causa **Fugger** contra **Berchtholden** 5. Sept. Anno 72. cum per inferiores iudices terminus vnus mensis esset constitutus, **Ihr Appellation anzubringen**: id autem infra præfixum tempus factum non esset, sed in tertium vsq; mensem protractum, quod domini censuerunt, appellacionem esse desertam: etli spatium vnus mensis videatur nimis breue fuisse, vel appellantes adhuc restitutionem ex causis iustis petere posse.

*Appella-*



Appellare quibus, & à quibus personis, ad quas, & ex quibus regionibus, & quorsum liceat, vel non.

**A**PPELLANS ad summum Pontificem à sententiis Camerae, etiam in causa pia & tutelari, tanquam contemptor iurisdictionis Imperatoris, mulctatur in 100. marcas auri puri, cum expensis. Decisum An. 1512. 20. Februar. Et eodem anno dati apostoli refutatorii.

Appellatio ab Electore Saxoniae non admittitur, propter priuilegium. Licet quidam dominorum inde appellari posse putent, non vt ab Electore, sed Duce Sax. Ita **Wansfeld** obtinuit citationem, periculo tamen partis.

Si simpliciter appellatum, non expresse Iudice ad quem, intelligitur ad superiorem competentem. Et ita receptum in Camera. *c. si is cui. de offic. deleg. Capol. decis. 474.*

Appellatio à **Lieffland** ad Cameraam: In causa **Schmlich** contra **Nassaw** ist er kannt/wolte Nassaw seinem Erbieten nach beweisen vnd darthun / das keiner auß Lieffland an das Kayf. Cammergerichte appelliren mag / er habe dann zuvor an einem gemeinen Landtag vor allen Herren vnd Potentaten des Liefflands appellirt / das solches gehört/vnnd er thue solches oder nicht, soll in principio deuolutionis erkannt werden was recht ist.

Appellatio à Commissario: Cum Dux Lotharingiae in causa **Hanaw** contra **Lothringen**/ fractae pacis, appellasset à Commissario D. B. exhibuissetque supplicationem pro citatone, inhibit. & compulsorialib. denegati sunt processus: quia Dux in illa causa litem contestatus erat in Camera, & vtraque pars Commissarios nominauerat, D. B. V. deputatus erat à Camera. Itaque deputationem Camera non poterat euocare. Accedebat, quod nemo alius, praesertim **Lothringen** / poterat examinare testes in causa propria, cum Dux Reus esset. Deinde liberum erat Duci, contra Commissarium nulliter procedentem etiam publicatis attestacionibus excipere, in protocollo T. S. An. 1584. 18. Septembr.

Appellatur ab Officialibus ad Cameraam in causis secularibus, vt in causa H. contra D. à Treuirensi O. contra V. à Monasteriensi G. contra K. 31. Octob. Anno 92.

Si appellatur per saltum, omisso medio Iudice per errorem ad superiorem, non ideo deseritur appellatio, sed causa remittitur ad inferiorem & medium Iudicem. Ita iudic. in causa **Weins** contra **Gemünder Krensch & Consorten**/ videlicet, das die Sach durch beschene Appellation an dis Kayf. Cammergerichte nicht erwachsen. Sondern wolle g. Erzbischoff seine Appellation volführen / das er solches an Churf. Pfalz Hoffgericht / dahin wir sie hiermit remittiren vnnd weisen/thun solle/ compensatis expensis. Et additio ista facta est, quia appellans ad maiorem per errorem, propterea appellationem non deserit, sed ille qui ad minorem prouocat. *l. 1. §. si quis. ff. de appellat.* Fuit autem appellatum à sententia lata zu **Opyenheim** / welches ein Pfandschilling vom Reich / ideo putauit **Weins** appellandum ad Cameraam.

Et nota, quod aliquando etiam liceat omisso medio appellare ad superiorem. *Myns. cens. 1. obs. 67. Fel in c. super questionem. §. porro. de offic. delegat.* vbi aliquot fallentias recenset, vide *ibi*.

Appellatur ab omnibus **Landgerichte** Caesaris ad Camer. Excepto das **Landgerichte in Francken**, à quo appellatur ad Episcopum.

Appel-



Appellatur etiam à Scabinis zu **Gülich / Aach / Goflar / Hamburg / Hef-  
wert / Lemgar / 600. Gülden.**

Item appellatum ad Cam. vom **Thum-Capittel zu Hamburg.**

Appellans pro pupillo etiam sine mandato admittitur, vt in causa **Hers-  
man Eicherts** contra **Arndt Kauschen & Consorten** 7. Aug. Anno 87.

De priuilegio non appellandi iudicii pratorii Hagenoensis, vide infr.  
*priuilegium.*

A Commissariis Cæsaris **von Hoff auß** datis ad Cam. appellatur, extant  
præiudicia apud Gail. 1. *obs.* 21. **Haller** contra **Leipzig** 25. August. An. 67. Item  
An. 89. 7. Ian. in causa **Costens** contra **Wolgernut**, & in causa **Reishach** contra  
**Schwendi** / vbi definitiue postmodum in Camera pronunciatum. Item in  
causa **Euso** contra **Pfalsgr. G. H.** vbi Commissarius Cæsaris fuit Archiepi-  
scopus Moguntinus, ab eo ad Cam. appellatum, & deinde definitiue pronun-  
ciatum Ann. 92. Sic processus decreti in causa **Widman & Consorten** contra  
**Verüchingen** / vbi Cōmissarius fuit Comes Hohenloensis An. 92. Raro tamen  
eo casu inhibitio decernitur, quia inconueniens foret, delegato Cæsaris in-  
hibere: tamen quando delegatus mandati Cæsarei seu commissionis fines  
excederet, quia eo casu iurisdictionem non habet, ideo ei merito inhiben-  
dum, cum per illam inhibitionem parti ius, & deleganti sua autoritas salua  
maneat. Imo lex ipsa inhibet, & omnia cassat, quæ fiunt præter mandati fi-  
nes. Est igitur cautela, vt tenor commissionis Iudici ad quem exhibeatur, vt  
de eo notorie constare queat, & petendum, vt mandetur, ne quid faciat con-  
tra tenorem commissionis.

Sæpe etiam quando appellatum ad Cam. à Commissariis Cæsaris, pro-  
cessus ab initio fuerunt denegati, vt refert Gail. *lib. 1. obs.* 121. *numer.* 3. in causa  
**Dofch** contra **Perfert** / 18. Aug. An. 65.

Aliquãdo causa non deuoluta pronunciat, ac si nulliter appellatum:  
ita factum Anno 1498. 30. Maii. vide Sailer. Et in causa **Costens** contra **Wol-  
gernut** / si recte memini, causa non deuoluta pronunciat.

Sæpe fit, quod in secularibus cognoscant, vt officialis Treuirensis, Mo-  
nasteriensis & Coloniensis: ab iis tamen non appellatur ad Pontificem,  
sed ad Camer. Imperii. Sic in causa **Hensch** contra **Delei** appellatum ab  
officiali Treuirensi, seu potius Confluento ad Cameram, & exceptionibus  
Archiepiscopi non obstantibus, in principio deuolutionis pronunciatum,  
causam ad Cameram deuolutam: non obstante etiam, quod summa non  
attingeret priuilegium Treuirense, quia priuilegium diserte loquitur  
**von weltlichen wolbesetzten Hoffgerichten** / quale Officialis iudicium non est.  
Ita pronunciatum Anno 1592. sic & 28. Octobris Anno 90. supplica-  
tum à Nobili **Wehringhausen / Herman von Hassfeld** / contra Officialem  
Coloniensem pro promotorialibus, ratione **einer Hereditet Sachen / so lang  
anhängig gewesen / ibi: Auff welche promotoriales ist ein Bescheid ergangen / aber  
darvon** ad Episcopum Coloniensem appellire / qui delegauit ad causam spe-  
cialiter **den Obersiegeler** / id est, sigilliferum, & Officialem Coloniensem, illi  
se competentes pronunciarunt. **Darvon hat** Reus ad legatum Pontificis  
vel ad Pontificem appellire / Ab eo rursus speciales deputati, qui citaue-  
runt Actorem Imperio subiectum. Is vero petiit mandatum sine clau-  
sula auocatorium cum annexa citatione, quia cum parti appellatæ cum Ap-  
pellante beneficium appellationis commune sit, eis interfit, deliberarüt do-  
mini, quid hoc in casu sit faciendum. D. H. putabat, non posse sine clausula  
mandari, quia ibi talis sit consuetudo, quod etiam in prophanis causis ad  
Ponti-



Pontificem appelletur, & assessores secundum consuetudines pronunciare necesse habeant (pulchra consuetudo, quæ vergit in præiudicium Imperii) D. A. putabat, bene decerni posse, propter ordinationem Camerae, **dar auff wir acioht vno geschworen**: Quia appellatio in secularibus à Coloniensi Archiepiscopo immediate ad Cam. pertinet, & contrarias Iurisdictiones, impediennes iurisdictionem Camerae esse nullas, tradit Mynf. *obs.* 14. D. M. dicebat, se meminisse, **dass in e ner Propphan sachen sey** ad Pontificem appellire/ **aber alhie** inhibirt worden **Vnd ob es wol** per pares deputationes **gangen/ ist es doch erhalten worden**/ quod ca. sa non sit deuoluta. Ideo d. mandatum auocatorium fuit decretum 29. Octobr. Anno 90.

An à Commissariis principum ad Cameraam appelletur: Supplicatum pro citatione, inhibitione & compulsorialibus **Christophori Bösen** contra **Gottschalken/ seynt die gebetiene Proceß erkannt** 19. Febr. Anno 69. quia à commissariis Coloniensibus huc immediate, nec ad committentem Electorem appellatur. Ratio esse potest, quia illi commissarii sunt perpetui, & ordinariam, non delegatam iurisdictionem habent; alias regula habet locum, à delegato ad delegantem recte appellari. Ita factum in causa **Betticher** contra **Leschenberger**.

Quando duo priuati mediati contendunt inter se de quibusdam bonis, quæ vnus dicit v.g. esse sub **Cöln**/ alter sub **Gültich** sita, & ita intermedius Iudex est incertus: Ideoq; ad fundandam iurisdictionem potest adiri omnium supremus, nimirum Camera. Ita factum in causa **Wassisch Vormunder** contra **Schönck** 29. Septembr. Anno 87.

Quando à iudice reductionis ab arbitramento appellatur ad Cameraam, recipiuntur huiusmodi appellationes contra opin. Bart. in *l. i. de leg. 2.* & aliorum, quos enumerat Panormit. in *cons. 38. in i. vol.* & obseruatur opinio Bald. quem Rom. *cons. 26.* in tribus locis ita tenere allegat, pro qua fuit iudicatum in Camera & appellatio recepta Anno 37. 24. Ian. in causa **Hansen Sebeck & Sangolff zu Vndermerah** contra **Margaretha Diernennin & Consorten**, in qua causa fuit etiam definitiue pronunciatum in Camera, & prior iudicis reductionis sententia confirmata An. 40. 7. Maii.

*Appellare à quibus causis vel actionibus, & à quibus actibus liceat, vel non.*

**S**I in causa spoli **von den Aufträgen** appellatur, appellatio trimestri spatio in Camera proponenda est. *Ord. p. 2. tit. 8.*

Appellatur etiam à banno per inferiorem illato. Ita factum in causa **Nippenburg** cōtra **Brandlin/ Fiscaln zu Altorff** 4. Aug. An. 89. Itē **Herz Carl Erbruchses zu Walpurg**/ contra **Lafinger vnd das Königl. Landgericht zu Weingarten** 19. Martii Anno 92.

Ab excommunicatione appellatur: quando enim excommunicatio incidenter decernitur, ab ea potest appellari. Ita factum in causa **Brunforst** contra **Baden/ Marggraff Jacobs Gemahl** *betreffent*. Item contra **Officialn zu Cöln/ Gottbare von Aschbeck** contra **Sander** 27. Nouembr. Anno 89.

In appellatione **von den Aufträgen**/ nisi antea vel latuisse vel produci non potuisse, & ad causam tamen pertinere iurabitur, nihil noui admitti debet. *Ord. p. 2. tit. 6.* Item in specie **von Aufträgen** in causis spoliatorum. *Ord. p. 2. tit. 8.*

E

Appel-



Appellari potest à sententia sequestrationis. Ita iudicatum in causa quam retulit Carol. H. præsent. M. V. S. & N.

A cautione iniuncta appellari potest: quia licet illa sententia sit interlocutoria: tamen continet grauam irreparabile. Ita decretum 15. Maii Anno 1538. in causa cuiusdam Nicolai de Hamburg.

Appellatio à competentia viua voce interponi potest, idq; contra ius & ordinationem Camerae obtinuit in causa **Leuschmeister** contra **Würzburg** 28. Septemb. An. 68. & in causa **Bruschoid** contra **Trier & Malren.** 4. Octob. Anno 57. Item **Enuilla** contra **Esromont.** 1. Mart. Anno 69.

Si quis grauatur sententia aliqua, statim ab illa appellare debet, & non debet aliam sententiam confirmatoriam, vel grauamen expectare. Ita conclusum contra Episcopum Spirenses, quoad interesse **Wolff Herman** contra **Dieterich** *clém. quom. de appell. c. præterea. eod. tit.*

A Citationem an appellari possit? Ad decisionem huius quæstionis sciendum, quod in foro seculari ius Ciuile, non Canonicum sequamur in appellationibus recipiendis, vel non. *Guid. Pap. decis. 71. n. 1. in fin.* Comord. Ord. p. 2. tit. 28. §. fin. Et de iure Ciuili non est permessa appellatio ab interlocutoriis, nisi in casibus à iure expressis. *Pap. decis. 71. n. 2.* quos casus ibi refert, inter quos casus neuitquam reperitur appellatio à decreto aliquo, vel insinuatione citationis, seu ab ipsa citatione: Imo Bart. *in l. ante sententiam. n. 7. ff. de appell. recip. & ibi addia. lit. C. & D.* tenet, citationem omnino valere, & citarum debere comparere, ad allegandum incompetentiam, etiamsi in patria iudicis esset notorium, citatum iurisdictioni citantis non esse subiectum. Notorium enim ab onere probandi non releuat. Quæ regula fallit i. in his, ratione quorum incompetentia non in facto, sed in iure fundatur, id est, de quorum exemptione notorie in iure constat, vt quia illa corpori iuris inclusa, atque per consequens notoria est. Exempli gratia: Clericus exemptus non tenetur comparere ad citationem extra territorium, ad proponendum sc. priuilegium fori, cum de ipsius exemptione ex ipsa lege constet. ii. fallit, si pars citetur ad locum notorie non tutum. Ibi enim releuatur ab onere probandi incompetentiam. iii. fallit, si Iudex nimis breuem terminum assignet. Quam limitationem tamen intellige secundum distinctionem Angeli. *in l. ante sententiam num. 29.* vide eund. *ibid. nu. 24. 25. & 26.* & ex hac processus denegati in causa **Stlechter** contra **Kampffschofe.**

Als die Ritterschafft des Stiffts Halberstatt contra H. J. Bischoff zu Halberstatt supplicirte/das die Ritterschafft in narratis bekennet das der Bischoff ein Edict anschlagen lassen/das die Ritterschafft innerhalb der gesetzten Heegseulen nit mehr jagen solten/davon sie appellirt/darnach aber an den Bischoff supplicirt / darunder die fatalia verstofften. Dieweil aber solch grauamen ex edicto perpetuum, & causam continuam haberet, appellirten sie de nouo post elapsa fatalia primæ appellationis prosequende: Et putabant domini, admittendam esse appellationem, quia id grauamen de præsentis duraret, & esset in futurum duraturum. Est autem grauamen perpetuum, quod extraiudicialiter imponitur, & absque causæ cognitione: vt quando Edictum prohibitorium ferretur, vel mandaretur de aliquo incarcerando, ibi semper in perpetuo periculo versaretur, & quotidie appellare posset. Sed si per sententiam condemnaretur in carcerem, tunc intra decem dies cogeret appellare. Ita si per sententiam relegaretur. Imo Alex. *in add. ad Bart. in c. inficiendo. §. infans. ff. de fart.* dicit: Si quis condemnaretur ad carceres (vbi loquitur de lata sententia iudiciali) tunc inquit, continuū esse grauamen, à quo semper appellari posset. Et Wes. in immissione



missione bonorum etiam extraiudicialiter decreta tenet, esse grauamen cōtinuum, siue id iudicialiter, siue extraiudicialiter fiat. Non ergo regula perpetua est, hoc grauamen est iudiciale, ergo non est perpetuum. Sed quicquid sit, processus fuerunt decreti, citatio sc. 7. Ian. Anno 90.

A refutatione apostolorum non est appellandum, quia effectum deuolutium non impedit, vt in causa **Ulrich Duach** contra **Catharinam vnd Anam von Butaw** 31. Ian. Anno 88.

Appellationis processus in sententia de soluendo denegati, quod postea decretum monitorium, & ab eo non appellatum in causa **Eberstem** contra **Arud s Eben** 7. Martii. Anno 88.

Appellatio ab executione iusta est, si victo in possessorio denegetur cautio in petitorio.

Si quis condemnatur iuxta *l. si quis in tantam*. vtiq; ab illa sententia huc appellatur. Ita factum in causa **Brandenburg** Electoris Anno 81. cum iuxta *l. eam* subdito suo, quem castro spoliauerat, condemnatus est.

Appellari potest à mulctæ impositione. *Bar. in l. 1. in fin. proæm. ff. si quis ius dic. non deb.* Et ita quotidie obseruatum in Camera.

An à primo decreto appellari possit: in causa **Medingen von der Osten zu Blaw vnd Hasenfett** contra seime creditores vnd fideiussores, auch das Hoffgericht des Herzogen zu Pommern/ supplicatio porrecta pro Cit. inhib. & Compulsorialibus abgeschlagen 8. Martii An. 85. weil à primo decreto appellirt worden/ quod modicum parit præiudicium. Nam reus intra tres menses quādo cunque recuperare potest tenentam, iuxta *auth. ei qui iurat. C. de bon. aut. iud. voss. Marant. p. 6. de contum. nu. 12. per tot.* Quando à primo decreto appellari possit, late *Ang. in l. sententiam. ff. de appell. vbi etiam tractat, an etiam à sententia super secundo decreto, quæ dicitur interlocutoria, appellari possit?* In causa tamē Petri de le viesuille contra Hieron. Caron. vbi appellatum à sententia lata super apprehensione, quæ vim primi decreti habeat, citatio quidem decreta, inhibitio autem denegata 30. Octobr. Anno 70.

Tamen distingue. Nam licet à primo decreto non appellatur, tamen quando per immisionem acquireretur ius quærendi fructus, tum appellari posset, *tex. in l. Fulcinius. §. fin. ff. ex quib. caus. in possess.* Secundo fallit, si Reus veniens alleget causas, quare non deberent expensæ de iure restitui, & desuper Iudex prouunciet, ipsum non audiendum, nisi refusus expensis, iam à sola sententia appellari potest. Tertio fallit, si ideo pars mulctaretur, quod nollet admittere missum ex primo decreto in possessionem, mulctaretur vel condemnaretur ad interesse, quia tunc admitteretur appellatio. *l. creditor. §. iussus à iudice. ff. de app. & rel. t.*

Appellati potest à decreto extraiudiciali, etiam à tempore scientiæ, idque obtinet, quando quis decernit, vt Iudex: non autem quando quid agit, vt priuatus, tum enim denegantur processus in Camera. Ita factum in causa **Rechelburg** contra **Catharinani Herzogin zu B. Wittib** / M. Iun. Anno 1572.

A iuramento delato & præstito appellari posse tradit *Mynf. i. obs. 14. extat præiudicium in causa Rissenmacher* contra **Rissenmachers** creditores.

Quando præceptum factum est iudicialiter, ab illo infra decendum appellandum: Si vero sine causæ cognitione, etiam post 10. dies licet prouocare. *Can. in c. 2. de rest. in integr. Franc. 16. c. cum cessante. de appell. siue factum in iudicio, siue extra, sine causæ cognitione, quando cunque prouocari potest. Ita concludunt Dd. Bart. in leg. non fatetur. de conf. Bal. in marg. sua verb. appell. Et sic*



illa, quæ tradit Gail. lib. 1. obs. 120. num. 3 intelligenda, si cum causæ cognitione præcipiat Iudex.

A denegata vel dilata iustitia non appellatur, sed aditur superior. Bart. in l. de pupillo. §. si quis. & ibi Alex. de nou. oper. nunc. Bal. in l. si. C. de appell. Sed à denegata auditione prouocari potest per c. interpositas. & ibi Dd. de appell. Et sic iudicatum vide Gail. 1. obs. 20. num. 3. Mysf. 3. obs. 87.

Appellationes de pronunciatione de exequendo in scriptis fieri debent, alias in Camera non recipiuntur. Nisi aliud habet consuetudo loci.

A decreto executorialium appellare non licet, propter authoritatem rei iudicatæ **Verse contra Trandelburg**/14. Martii Anno 82.

Appellatio in Camera an recipiatur, si summa principalis non sit conformis ordinationi, hoc est, 150. fl. sed tantum interesse iunctum cum summa principali ordinationi sit conforme, quod non extat præiudicium in causa **Aregtsen von dem Freyhoff Appellantin contra Jobsten von L. Appellaten.** 23. Septembris Anno 68. Vide præiudicium in causa **Claus Breheman contra Johann Sirt von Don.** Contrarium obseruatum in causa **Meyer contra Reichenbach**/23. Octobris Anno 68.

Gailius vult posse census siue pensiones cessas cum sorte pro fundanda iurisdictione cumulari. per tex. in l. si idem cum eodem. ff. de iuris. om. iud. & in l. fin. §. fin. C. de appellationibus. lib. 1. obs. 23. num. 3.

A secundo grauamine an appellare liceat. A secundo grauamine si contra eundem Iudex pendente appellatione vel ad simile grauamen processerit, vel etiam vltcrius, appellare licet. Noui enim morbi nouis egent remediis, c. 1. de dol. & contum. sic iudicatum est in causa **Teutschmeister vund Erbach** contra **Hohenloe.**

Qui sunt Iudices, à quibus appelletur ad Cameram?

1. A Triumviris ligæ Suevicæ.
2. A Curia Rotveilana.
3. Vom Käys. Landtgericht des Burggraffthums zu Nürnberg.
4. A Commissariis Imperialibus.
5. Ab omnium principum Hoffgerichte.
6. A sententia Magistri & Consilii Ciuitatum Imperialium.
7. A Commissariis Principum, vt Colonienſis & Iuliacenſis, qui loco Principis sunt.
8. A Comitum Commissariis & Curiis siue Hoffgerichten.
9. Aliquando vom **Stattgericht**/vt Nürnberg/ aliquando vom **Rath**/vt Aug. De Ciuitatibus principibus subiectis disputatur, vt **Heidelberga**, **Herbipoli**, **Moguntia**, **Monaco**, & **Minda**, l. Imp. C. de appellat.

Itē de Erphordia varie iudicatur. Aliquando receptæ fuerunt appellationes in Camera non opponente parte, aliquando non, vt in causâ D. **Sebaldi Hällers**/in qua fuit Procurator D. R. Et ideo dicunt ab Erphordia non recipi appellationes, quia quod ad iudicia, censentur subesse Moguntino.

Item à quorundam Principum, vt Saxon. Brand. Curialibus iudiciis non appellatur propter priuilegium Aureæ Bullæ. Id etiam Moguntinus & cæteri habuerunt, sed renunciarunt, vt in ordin. Mog. sub tit. **von welchen vrs theiln** appellirt.

Ita etiam ex Phrisia non appellatur ob antiqua priuilegia, consuetudines, & libertates Phrisiorum: sed tamen magis concernunt Dominos quam subditos talia priuilegia.

Item ab mediatis iudiciis in terra appellatur. Quia Dux non seruat Hoffges.



**Hoffgericht** Et hæc est limitatio in Ordin. Idem de Episcopis aliis, vt Monasteriensi, Mindenſi & cæteris dicendum.

Item ad quosdam Principes appellatur, sed tamen remittunt, vt Wormaliæ à ſenatus ſententiis appellatur ad Episcop. sed vigore transactionis Episcopus ſemper remittit, cum partes id petunt, non cognoscit neque definit: quia raro ſeruant **Hoffgericht** &c. vt Bremensis.

### Summa Appellabilis.

**SI** summæ ex diuerſis cauſis obligationis debeantur, etſi vno libello petantur: tamen ſi ſingulæ summæ ordinationi non ſint conformes, appellatio in Camera non recipitur, ſed remittitur (contrarium Gail. lib. 1. obſ. 123. nu. 3.) factum in cauſa **Marien von Loenſtein Appellatin** contra **Dietherichen Freifen vnd Dols Appellanten** Cauſa relata 14. Iun. Anno 58. ab H.

### An à taxatione expenſarum in cauſa criminali ad Cameram appelletur.

**V**IDETUR poſſe, quia poteſt à taxatione expenſarum, & non ab executione appellari, Bart. in l. executio. de appell. ſed contra; quia acceſſorium ſapit naturam ſui principalis. Nullitas ſaltem poteſt recipi, non cauſa ipſa: ſed erat tunc etiam cauſa principalis cauſa appellationis, & ita radix erat mala, accebat, quod contumax eſſet Appellans, qui appellare non poteſt, l. properandum. §. ſin autem Reus. C. de iud. Prounciatum igitur eſt, appellationem non eſſe recipiendam, vt in cauſa H. contra B. appellatum 7. Febr. Anno 50. aliquando poſſe his deficientibus nonnullis Dominis placuit.

### De Appellatione in cauſis criminalibus.

**C**AUſA criminalis non recipitur, ſi ad pœnam corpori infligendam agatur, ſed ſi tertius interueniat, pro ſua iuriſdictione appellare poteſt; Ratio eſt, quia is non appellat ratione pœnæ criminis, aut cauſæ principalis, ſed iuriſdictionis, tanquam incidentis quæſtionis, ad cauſam principalem per ſe non pertinentis. Et ſic recepta eſt cauſa appellationis in cauſa Camerali Episcopi **Damberg** contra **Schwarzenburg** 14. Maii Anno 65.

Appellans inuito Appellato poteſt renunciare appellationi. Spec. de appell. verſ. porro libellus appell. Item in adit. ad Specul. c. quamuis. §. cæterum. de elect. lib. 6. l. ſi quis liberos. C. de app. præſertim ſi res adhuc integra. l. renunciatione. ff. pro ſoc. l. Pomponius. de procur. Sed num Procurator debeat ad hoc habere ſpeciale mandatum? conluſum eſt, quod ſic. Et ſic iniunctum eſt L. W. vt ſpeciale mandatum de renunciando afferret, in cauſa **Dyck** contra **Apt/ Prior vund Conuent S. Wönhift bey Trier**. Anno 92. 9. Nouembr.

### De Ciuitatibus apud alias ratione ſententiæ conſultantibus.

**O**ſeruatum, quod ſi vna ciuitas ex conſuetudine ſoleat conſultare apud aliam ciuitatem, hoc non proprie eſt appellare, prout ab inferiori ſit ad ſuperiorem, ſed eſt q. genus quoddam prorogationis, & eſt voluntatis non neceſſitatis. Verum decet, ſi omiſſo loco conſultationis veniatur ad iudicium



cium Camerae, quod tunc saltem requisierint prius locum consultationis, quae quidem solet admittere consultationem exhibitis actis, sed si acta non exhibeantur vltro à Iudice seu magistratu, tunc ipsa loca consultationis non possunt concedere compulsoriales, quia par in parem non habet imperium, sed venit ad iudicium Camerae, tanquam à denegata & impedita iustitia. Relata est causa Monasterii Monialium S. Grachiae zu **Collen** contra N. Erat enim à G. appellatum ad iudicium Camerae, & excipiebatur, quod omisso medio, quia ab eo loco solet appellari seu consultari potius ad **Wesell** / & inde ad **Dordemude** / & tunc demum ad Cameram.

### Appellationis Desertio, Renunciatio, & Interitus.

**Q**UANDO renunciatum puncto appellationis, quaesitum fuit, quomodo & quando Iudex super causa principali cognoscere possit, an notia citatio in causa principali praecedere debeat, an sine illa statim in causa principali pronunciari possit? Quod non pronunciandum in causa & puncto appellationis (sc. quod male appellatum, bene iudicatum, etenim qui cedit aduersario, fatetur bene appellatum) eius rei extant praedicta in causa **Heller** contra **Leipzig** 25. Aug. An. 67. Item in causa **Gumpenberg** contra **Seifrieden** 7. Iulii Anno 67. Item in causa B. contra E. Item in causa S. contra B. 24. Septemb. Anno 65. sed simpliciter, **auff gethane Renunciation N N in der Hauptsach fürderlich fortfahren** / i. e. vt in praedictis. praedictis. videre est. Et extat praedictum in causa H. contra P. in qua tandem etiam definitiue pronunciatum in Nou. Anno 90.

Appellatio intermoritur lapsu biennii, *l. per hanc. C. de temp. app.* Et habetur pro deserta. *Zas. in l. cum querebatur. ff. de re iud.*

Si partes communi consensu discesserint ab appellatione interposita, an possint communi consensu redire ad appellationem & prosequi? Et dicitur quod non, per not. Alexand. ad Bart. *in l. si quis separatim. ff. de appell. & Innoc. in c. sollicitudinem. ext. de appell.*

Cum pronunciatur, **daß die Appellation als desert/nicht angenommen** / tunc Iudicis à quo est exequi sententiam, nec aliae executoriales necessariae sunt, id quod est ordinationis & iuris communis.

Renunciatio appellationi potest nihilominus intra decendum per modum supplicationis causam ad Cameram deducere, ad not. *ad titu. 28. 2. p. Ord. alleg. praedictis.* in causa **Jarus Tranchscherer** contra **Ernstien Marggraffen zu Baden**.

Fatalibus per culpam nuncii exequentis elapsis, appellatio deserta fit, sed appellans restituitur, vel illico, vel ex officio, si in termino citatus comparuerit, vel si emanserit, praedicta citatione ad id petita.

Idem est, si sine culpa, impedito nuncio, prorogationeque petita, & re-productione intra tempus prorogationis facta, citatus tamen abfuerit, cum nec proclama decerni, nec in contumaciam contra eum procedi hoc casu queat.

Prosecutio appellationis deserta non impedit, quin censeatur sententia in rem iudicatam transiisse. *cl. m. appellationem. de appell.* Iudex si velit priorem sententiam confirmadam, illam confirmare potest, licet videat, appellationem esse desertam, secus si contra priorem sententiam pronunciandum foret: tum enim debet super desertione sententiam ferre, & prius sententia manet



manet firma. *Guid. Pap. cons. 43. q. 3. Rot. decis. 1. num. 5. de app. in nou.* ita aliquoties in Camera factum, vt in causa H. contra R. An. 51. 26. Aug.

Renunciatio appellatiōi & supplicatiōi, nullitatem tamen deducere potest, ad not. *ibid. quod ergo. §. Iudex.* Nolens pronunciare, nisi quis renunciaret appellatiōi, potest mandatis pœnalibus compelli. ad not. *ad d. tit. 28. §. quid ergo. in fin.*

Appellatio deuoluit regulariter tantum id, quod inter partes in præcedenti instantia pronuntiatur, &c. id potest etiam prodesse reliquis creditoribus idem ius habentibus. *tex. in l. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. possid.* vbi primum decretum interpositum ad petitionem vnus creditoris omnibus aliis creditoribus prodest, & potest Appellatus in puncto appellatiōis illos creditores omnes (licet in prima instantia in lite non fuerint) per proclama citari facere vt veniant, & sua iura in causa appellatiōis deducant, prout & illi, si sententia cōtraria lata fuisset, pro suo interesse venire & vel appellare, vel appellatiōi aliorum adherere potuissent. Vide *Gail. obs. 70. n. 5. & obs. 122. per tot. lib. 1.* contrariorum autem eadem est ratio. Ita processus decreti in causa *Döne contra Robenaußen vnd Elaf Meyern betreffend* / 9. April. An. 89. per not. *Gail. 1. obs. 70. nu. 27. & obs. 112.*

Præuilegium siue statutum de non appellando. Vide *præuilegium §. in insinuationibus.*

Appellare à primo decreto num quis possit: Vide *decretum primum.*

Appellari à citatiōe an possit, vide in causa *Bernhard Flecker contra Effeln* / Vide in verb. *citatio. §. à citatiōe an appellari possit.*

Appellari à Commissariis ad Cameram an possit. Vide infra in verb. *Commissarius.*

Appellans extra imperium mandato pœnali coercetur. Anno 23. 4. Mart. Vide *Sailerum.*

### Appellatiōis Deuolutio.

IN puncto deuolutiōis ante litem contestatam, vigore etiam ordinatiōis duplicæ admittuntur. Sæpe autem contingit, vt ad decem annos protrahatur, priusquàm lis contestetur. Sæpe etiam Commissarii decernuntur in puncto deuolutiōis. Protelatio illa fit, vel cum moritur Reus, Aduocatus, vel Procurator. si alter litigantium mortuus est, tunc Tutores decernuntur, & ita multum temporis elabatur: quia & protestationes fiunt ab Actore, *wann er selbst nicht gern fort wil*, tunc aut mutat aut corrigit libellum, *das er ante litis contestationem thun mag* / vel dat additionales, vel correctionales, item *bit allzeit* prorogationem, & prorogationis prorogationem, excipit contra responsiones, aut ipse, si Reus est, informiter respondet, vt contra eum deinde excipiat Actor. Item nominat suspectum, contra quem si excipiat, replicatur, *er sey qualificirt.*

In puncto deuolutiōis saltem super replicis contra exceptionem nō deuolutæ appellatiōis exhibitis petitur iudiciale decretum. Constat etiam in puncto deuolutiōis fuisse exhibitas duplicas.

Causa non deuoluta, an Appellans in pœnam temere litigantis condemnandus? R. quod sic. Et ita factum in causa B. contra G. 8. Febr. Anno 88. Ref. D. L. Q. A.

De



## De Juramento circa Appellationes.

**N**EMO astringitur iureiurando ad non appellandum, vide P. de Castr. post Bart. in auth. sacramenta puerum. col. pen. & l. fin. C. si aduersus vendit. vide in ord. Imperii. fo. 112. Statutum non potest annullare vires iuramenti, quæ ipsi dantur à iure canonico, de cuius foro seruandum est hodie iuramentum, iuxta not. in c. si. de for. comp. lib. 6. Et qui iurat non velle appellare, quando appellat, valet appellatio, sed est periurus, & Iudex non debet eummittere contra proprium iuramentum, ne sit Author periurii. Debet ergo Appellans petere absolutionem à iuramento, si vult profequi: alias current sibi fatalia, quia potest facere, vt possit profequi.

## Appellationis Processus.

**I**n appellationibus producto libello & litis contestatione facta, statim definitiue pronūciatur. Sempronius repetit loco grauaminum, & animo concludendi libellum appellationis, auch acta vnd actitata, mit Widersprechung/ daß wider ihn/bitt wie in libello vnd sonst an allen dienstlichen Orten gebeten / vnd setzt/cum oblatione si quid facti, &c. Et refusione expensarum zu des Richters gn. Erkenntnuß. Titius sagt contra acta loco grauaminum repetita generalia, bitt zu erkennen/wie circa litis contestationem nomine sui principalis gebeten/ vnd setzt/cum refusione expensarum.

In causa appellationis si cui præfigitur terminus libellandi, integrum est intra terminum hunc vel libellum offerre, vel ad acta priora in vim libelli sich referiren/aber wo er den terminum præfixum purificiren lassen/ vnd hernach erst acta priora repetiren/wird Appellans nicht gehört/sondern appellatus à citatione absoluit/vt factum in causa Dietrich Sieburg contra Rabe Bogten, 7. Jul. Anno 87. P. D. R. A.

In causis appellationum sic est procedendum, si super actis concludendum sit: Appellans producit acta prioris instantiæ, & instrumentum appellationis, cum deductione grauaminum, summarie. Appellatus contestatur litem negatiue, & petit decerni, per priores Iudices bene esse pronūciatū, male appellatum. Appellans dicit contra negatiuam litis contestationem generalia, & repetit libellum appellationis, & petit, prout in eodē, & si quid facti, &c. refert se ad iudiciale decretum. Appellatus repetit suā negatiuam litis contestationem, & cum à parte significantur grauamina summarie deducta. Sic dicit animo concludendi contra illa generalia, & postquam nihil aliud in illis, quam in prima instantia deductum existit, sic petit causam pro conclusa acceptari, ac decerni, prout circa litis contestationem per ipsum petitum: vel dicit contra conclusionem factam generalia, & repetit acta & actitata parti conuenientia, & consimiliter se ad iudiciale decretum refert. Appellans dicit contra conclusionem extra factam generalia & repetit libellum appellationis, & acta pro parte facientia, & consimiliter concludit. Appellatus dicit generalia contra conclusionem, repetit conclusionem factam, & repetit sententiam.

In causa appellationis, quando quis processus decretos non potest curare in spacio sex mēsum parti aduersæ tradi, & iterum reproduci, tunc Appellans spacio tēporis elapso his remediis vti potest, sc. potest agere per viā resti-



restitutionis in integrum, & addere causas relevantes & rationabiles: vel potest uti via nullitatis: hæc est optima via, quod nulliter in causa processum sit.

*Differentia Appellationis & Nullitatis.*

**A**PPELLATIO competit ad iniquitatem & imperitiam Iudicis corrigendum; nullitas competit ad irritandum, quod nota.

In his causis, ubi sic pronuntiatur, quod causa tanquam deferta non sit suscipienda. Item, quod Reus ob non productionem actorum, aut alias in contumaciam sit absolendus, non posse victorem in Camera habere executoriales contra partem aduersam, ob id, quod causa principalis hic in Camera non fuerit tractata, nec in ea definitiue pronuntiatum.

*Arbiter, Arbitrium, eiusque Reductio.*

**R**EDUCTIO ad arbitrium boni viri non fit ad Iudicem arbitrorum, sed Iudicem causæ & partium. Item non aliter, nisi edocta læsione enormissima. Ita processus denegati duobus Polonis, qui ab arbitrio ciuitatis Hamburgensis ad Cameram appellarunt 22. Sept. Anno 91. in causa **Marin** contra **Castell**.

Cum in causa reductionis **Baden** contra **Baden** quæstio esset, an à sententia arbitri vel arbitratoris reduci possit, nec ne? Eo tandem inclinauit D. Ref. O. quod attentata iuris Can. dispositione, & communi Dd. sententia iurisdictionem Cameræ fundatam esse existimabat, sicque E. Marchionem à Laudo reducere potuisse, maxime cum non obstante reductione ista, E. executionem Laudi (præstita per tutores reductorum cautione) pati coactus fuerit. Fuit autem in illa causa admodum crassa & affectata reducentis ignorantia, lata sententia Anno 1582.

*Arrestum.*

**Q**VANDO arrestatus petit bona in arresto posita relaxari, eaque de causa mandatum de relaxando arresto sine clausula decerni, prius cautionem coram Notario & in præsentia testium parti aduersæ offerre debet: quatenus autem huiusmodi oblatio cautionis non fuerit suscepta, petat à Notario sibi confici instrumentum oblatæ cautionis (quidam legunt partitionis) quo erecto, supplicationem pro mandato, vna cum instrumento, Procurator exhibebit.

Licet inter arrestum & sequestrum non multum interesse videatur, cum vtrunq; de iure quodammodo sit prohibitum, & sæpe vnum pro alio capiatur. *Zaf. in rub. quæ satisf. cog. n. 27.* ab vno ad alterum argumentari liceat, quem admodum apparet *ex rubric. C. de prohib. sequestr.* quam omnes etiam ad hoc allegant, quod arresta dicantur prohibita: tamen cum negari non possit, esse etiam aliquod discrimen inter arrestum & sequestrum, & constitutio de arrestis nullam omnino mentionem faciat sequestri, vix licere putabat D. P. in causa **Wänden** contra **Braunschweig** 27. Ian. Anno 82. sine autoritate pleni senatus d. constitutionem arrestorum ad sequestra extēdere. Nam quamuis aliquo casu, qui *in l. vnic. C. de prob. b. sequest.* exprimitur, sequestratio improbe-



tur, tamen pluribus aliis casibus, qui ibi in gl. & per Dd. in l. si fideiussor. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog. Item per Can. in tit. de sequest. fruct. & poss. & aliis in locis referuntur, permessa est, & dicit Franc. Curtius. in tract. sequestrat. num. 14 plurimos esse casus contra regulam, adeo ut recte constitui possit regula permissiua de sequestris, ut in simili tradit gl. in verb. nihil agit. §. si quis alij. Insti. de inutil. stipul. Et cum omnis sequestratio aut voluntate partium aut iudicis autoritate fiat: Angel. in tract. de sequestr. in pr. Arrestatio autem ab vna parte, inuita altera, & iudice non requisito, fiat, videtur sequestrum iuri magis conforme: arrestum vero odiosius esse, ut quod plus facti & violentiæ in se contineat, quam sequestrum.

Rumpens arrestum comparatur rumpenti carcerem. Oldrad. conf. 65. Hic agitur in pr. 2. Mandesius tract. de monitor. quest. 8. num. 6. sub fin. l. in eos. 13. ff. de custod. reor.

Arrestum in rebus immobilibus an locum habeat? Quando usus rerum immobilium interdicitur, tum domini putauerunt æque arrestum esse, ac si res mobilis ablata aut prohibita sit uti. Ita processus decreti Episcopo vñ dem **Stiffe zu S. Martin zu Wormbs** contra die **Stadt Wormbs**. 20. Octob. Anno 91. vbi Ciuitas Worm. ædes emptas & traditas obsignauit, vñnd hats verspermt mit einem **Walenschloß**. Item in causa **Wormbs** contra **Churf. Pfalz** da ein **Walenschloß für die Kirchenthür gelegt** Anno 90.

In arrestis si ita generaliter narratur, **seynd mir alle meine Güter/oder Gälten / Zins** arrestirt, non expressis nominibus: Item non expressa causa **warumb** / non facile processus decernuntur, propter nimiam generalitatem, & quod tales causæ allegari possent, ob quas arrestare licet. Ideo processus denegati in causa **Seyn** contra **Trier** Anno 92. vbi narrabatur, **Trier hab ihm so viel Gefäll arrestirt**: Item in causa **Ruden** contra **E. Ruden Wittib** 31. Octob. Anno 92. decretum **auff vorbrachte** narrata **abgeschlagen**: Allegabatur in altera supplicatione super talibus narratis generalibus decretos fuisse processus in causa **Neuburg** contra **C. W. von Massenbach**: Item in causa **Nürnberg** contra **Pfalzgraffen Philips Ludwig** / item **Nürnberg** contra **Pappenheim** mandati de relaxando arresto & restituendo **erkannt** 5. Dec. An. 92. **als ein Rurischer etliche Leut vñd Gelt von Nürnberg gen Augspurg gefürt / vñd das Geleit nit nemmen wolten** / in tempore der **Resihn** alda mit seinen **Pferdten** arrestirt.

Arrestum etiam fit per nudam interdictionem & prohibitionem usus rei suæ, etiam litigiosæ, ut si ius lignandi in sylua sit controversa, & dominus territorii, qui pariter contendit, ad se pertinere, prohibet, ne ligna ex d. sylua auchantur. Ita processus decreti in causa **Nassaw Sarwerden** contra **Pfalzgraff I. H.** 21. Ianuarij Anno 92. qui prohibuit, ne Comitibus subditi ligna cæderent vel auherent, sub pœna.

Arrestorum constitutio an locum habeat, quando arrestatæ rei ratione arrestatus non est status Imperii, disputatum in causa **Ortenberg** contra **Bayern**. Et in causa **Wilspergische Erben** contra **Straßburg**.

An creditor id, quod suo debitori ab alio debetur, etiam si de debito illico non constet, arrestare possit? quod sic, vide supplicationem pro imponendo seu decernendo arresto **Grafsect** contra **Baden** / **erkannt** 2. April. An. 90.

**Arrestsachen** sollen discusso partitionis, ratione puncti principalis **an ordentlich Recht** gewiesen werden. fl. 70.

Quæritur: qualiter inter arrestum & turbationem discernendum: aliud est arrestare, aliud ad se transferre. Vocabulū, **Arresti**, latius sumptū significat **quodlibet impedimentum**, quo quis impeditur rebus suis libere uti, res suo arbitrio

trio



tertio transferre & transportare, vel etiam domum suam reuerti possit, vt idem sit, quod *versperren / thätlich auffenthalten / Entrag thun / oder verhiudern.* Hoc modo etiam comprehendit spolia, quascunque detrectationes & impedimenta.

Alii strictius accipiunt, sc. quando quis mediante magistratu siue Iudice, vel quando si quis iurisdictionem in loco habet, propria autoritate per se vel suos Officiales, personam, res, vel ius aliquod vsq; ad præstationem vel solutionem eius, quod sibi deberi asserit, vel donec negotium lite vel alia ratione finiatur (& sic limitato modo, & ad certum tempus saltem) detinet vel impedit, non animo rapiendi, spoliandi, vel alio modo destituendi aliquem suo iure siue possessione. Item rem tanquam suam propriam tenendi, recuperandi, pure vel simpliciter ista fecerit. Ita in causa **Rosenberg** contra **Bozdighem** Ref. A. Anno 75. 26. Nouemb. processus ex hac constitutione denegati, & partes remissæ ad **Aufsträg.** Quia Reus excipiebat, nihil arrestatum, sed turbationem vel spolium commissum.

Natura arrestorum talis est, vt tantisper persona, res vel ius aliquod impediatur, donec, e.g. debitum, census, decimæ persoluantur, vel lis dirimatur, cum alias in simplici turbatione res pure plerunq; & absolute, tanquam sua, iure sibi debita, auferatur, persona capiatur, ius vel possessio occupetur, veroque domino vel q. onus probandi adiudicetur. Vnus ex dominis ita distinxit: aut quis arrestatur & detinetur propter debitum, vel aliam quamuis causam, proprij interesse nomine, & processus decernitur: aut nullam aliam ob causam, quam quod sua sit, & tunc denegatur. Dubitatur etiã, quid faciendum sit, si ratione *der Leibegenschafft* fiat arrestum, vt in voto D. E. quod ad status deferendum iudicatum est. Secundo dubitarunt domini; si quis non rem tertiam, sc. debitoris sui, sed suam propriam arrestet, vt fecit **Herz von Heydeck** / qui arrestauit Norimbergensium **Zinsverschreibung** ad se spectantem, ex quo **Hanaw** Curatoreius pensiones istas aliquandiu perceperat, ob id, quod d. Curator se obligauerat, pro alieno ære contracto, pro **Heydeck** cui Curatori etiam d. literæ vsque ad satisfactionem traditæ esse dicebantur: verum pro **Hanaw** contra **Heydeck** processus decreti, & saluati iidem, quod habebat **Hanaw** ius retentionis & hypothecæ, & sic res erat affecta, per not. *Neg. de pign. 4. memb. num. 4.*

Tertio non requiri documentum oblatæ, sed non acceptatæ cautionis, sed offerri sufficere, maioribus votis conclusum est. Quarto, non ad futuros tantum, sed & præteritos casus pertinere constitutionem, maioribus votis conclusum esse hoc modo: vt si super facto præterito lis pendeat, sicque res adhuc integra sit, constitutioni locum esse, cum tale grauamen habeat tractum successiuum, & quod qui tali arresto detinetur, quotidie adhuc & de præsentibus grauatur. Item quando constitutio est confirmatoria & declaratoria iuris scripti, vt hic latius extendi & intelligi potest ad præterita; secus si sit correctoria anterioris iuris, & sic exorbitans. Si autem lis iam ante pendet forte mediante mandato cum clausula de relaxando, tunc aliud mandatum sine clausula non debet decerni, prout denegatum 17. August. Anno 74. in causa **Kotturff** contra **Schaumburg.**

*Qualiter hac constitutio certis limitibus includenda & moderanda sit, ne super ea, sicut in pignoratione, infiniti processus decernantur.*

**B**REVITER hic quatuor obseruanda veniunt requisita in decernendis processibus, de quib. supra: sed addi possunt adhuc duo, quod sc. causa sit



ciuilis. 2. Quod bona arrestata non sint affecta vel litigiosa. Secundo obseruandæ exceptiones sub & obreptionis, quarum pauca, & quæ d. requisita concernunt, admittantur. Exempli causa, Primo cautionē sufficientem non oblatam vel præstitam esse. Secundo, Reum nihil arrestasse, vel arrestari curasse. Tertio, Factum non sapere arrestum, sed aliam turbationem vel violentiam, puta, rem esse suam propriam, arrestatum nihil in ea iuris habere. Quarto, Exceptio incompetentiæ, vnam aut vtramque partem non esse immediate sub imperio. Quinto, bona subditorum non esse in territorio supplicantis. Sexto, causam esse criminalem, si tamen causa eiusmodi ex facti narratione vel exceptionibus apparet talis esse, vt relaxari debeat, nihilominus paritio iniungitur. Septimo, Rem esse affectam, litigiosam, vel controuersam, ideoque *die zollbare zinsgüter* / & de quibus decimæ vel similia debentur, non esse relaxanda per viam huius constitutionis, sed per solutionē vel præstationem telonii, decimarum, onerum, vel per definitiuam sententiam. Octauo, Arrestum extraiudicialiter, vtpote per interlocutoriam vel executoriales obtentum. Nono, ad instantiam tertii factum, quam exceptionem alii non attendunt, nisi res extranea, immobilis, vel similis sit (vt quia actione reali quis conuenitur, vbi res sita est) alii autem attendunt, quia ordinaria via relaxatio petenda ab illo iudice, & si denegetur, appellandum ad superiorem competentem. Decimo, obseruandi hic termini & comminationes tam in puncto exceptionum, quam paritionis, vt tales sint, quo omnia, quam fieri potest, celerrime expediantur. E.g. si in primo termino nõ doceatur paritio, & petatur adhuc tempus ad docendum, abbrevietur illud sub euentuali, & non, quod ad instantiam partis fieri debeat, quod iuris est.

*Damnum vel Deterioratio qualiter veniat circa Restitutionem.*

QVI D A M ista statuunt, quod circumstantiæ, ratione temporis emanati mandati & cautionis, quin & rationes qualitatis d. cautionis diligenter sint considerandæ, & iuxta illarum varietatem omnia distinguenda & diiudicanda, h. e. vt illorum damnorum restitutio, quæ ante mādatum data sunt, minime adiudicari debeat, secus quæ postea superueniunt. Similiter si cautione sufficienti oblata (etiam ante mādatum obtentum) non fiat relaxatio, simul & illa damna hic restituenda venire, quæ à tempore cautionis acciderunt. Sin autem non sufficiens offeratur vel præstetur cautio, tum ne illa quidem damna restitui debere, quæ etiam post mādatum ex arresto euenerunt, vt quia tam in impetrando mandato, quam in cautione præstanda, negligentia, defectus & culpa propria arrestati reperiatur. Quantumuis enim arrestans sciuerit, vel scire debuerit, arresta esse prohibita: tamen etiam vice versa arrestatus scire debuit, ad relaxationem requiri tam cautionem. sufficientem, quam mandatum, maxime quādo iustificatio arresti coram competenti Iudice facienda adhuc dependeat à futuro euentu (vbi etiā de periculo, damnis & expensis recte agi potest) & præter relaxationem, eamque certis solummodo concurrentibus qualitibus siue requisitis modificatā, nulla nobis à statibus data fuerit potestas. Imo nec etiam in mandatis aliud præcipitur, quam rei relaxatio, nulla penitus damnorum vel æstimationis (prout in pignoratione fit) facta mentione, nisi quod quædam mandata adiectam habeant clausulam, *ohne fernere entgeltlich* / quæ futura respiciunt. Ita tamen prædictæ qualitates & circumstantiæ vbi interuenisse reperiuntur, statim cum principali relaxanda, & damna post moram subsecuta, vbi accessoria & sequentia sui principalis veniunt restituenda, ex quo iā arrestans cœpit esse in mora & contumacia, & desierit ne gligentia arrestati. Effectus autem moræ est,



est, vt periculum interitus in aduersarium transferatur. De iis autem quæ ante oblationem vel realem præstationem cautionis acciderunt, alia sunt remedia coram inferiore iudice proponenda, sicut etiam actio iniuriarum per arrestum iniuste factum. Alia a. domini maioribus votis concluderunt, quod expensæ, damna & deteriorationes merito & indistincte cum restitutione in considerationem veniant, illaq; omnia hic ventilanda & adiudicanda sint. Ratio prima est, quod pretium succedat loco rei cum alias arrestum non possit dici relaxatum, si res iam perempta & deteriorata esset, nisi damnum vel interitus rei præstaretur. Secunda, relaxare est in pristinum statum restituere, in totum, & non pro parte; plene, & non semiplene. siquidem relaxare & restituere cum omni sua causa accipiendum est de iure communi, & relaxatio cum effectu fieri, & integra esse debet: Item res reddita dici non potest, quando corrupta, scissa vel fracta redditur. Tertia, Arrestans in sua contumacia vel facto illicito perseverans, facile potest omnia perdere, vel res perire sinere, nullam sc. curam adhibendo, quo illæ custodiatur vel conseruentur, seu debito modo tractentur, tantum vt sic mandatum effugeret, constitutionem eluderet, & officium nostrum contemneret. Quarta, argumento est constitutio de pignorationibus, quibus arresta status ipsi æquipararunt, & præsertim facit recessus Anno 66. §. *als auch* / & §. *da auch*. vbi statuitur, vt in posterum adponantur verba in mandatis, *ohne entgeltlich* Item, si culpa pignorantis res deterioretur, vel omnino pereat, vel ad præcauendum illud pecunia redimatur per pignoratium (*es sey gleich vor oder nach ermelttem Proceß*) pignoratus tenetur ad iustum precium & restitutionem d. pecuniæ, vt sc. ambæ istæ constitutiones sibi inuicem adminiculentur, pari iure censeantur, ratione grauaminis, & illa de pignorationibus ad constitutionem arrestorum extendatur. Quinta ratio, damna adhuc in processu peti possunt. Imo, vbi constat de bono iure partis, potest Iudex etiam super damnis & expensis implicite petitis, pronunciare & victori adiudicare. Sexta, si pro debito res arrestatur, tenetur creditor ad interesse & damna. Septima, causa arresti in hoc puncto non inspicienda, siue bona siue mala sit, sed magis factum prohibitum, quod causam damno dedit, id est, arrestum ipsum. Octaua, In odium fraudulentum, id est, eum qui sciens fecit contra constitutionem, venit relaxatio cum omni sua causa in cognitione iudicis: quapropter verba, *ohne entgeltlich*, quæ ex stylo, & ad similitudinem pignorationum, mandatis inferi solent. Nona, Iudicia talia, maxime in Camera, non sunt facile diuidenda, sed magis ob ordinariam nostram iurisdictionem hic pari cursu tractanda & finienda. Frustra enim fit per plura, quod fieri potest per pauciora. Decima, Concessa principali cognitione super relaxatione arresti, conceditur etiam super incidenti, videlicet cognitio de expensis & damnis. Vndecima, Damna arresto plane sunt connexa, cum ex eodem facto emergant, & nemo re-ctius & facilius de illis iudicare potest, quam Camera. Duodecima, Damna, quæ occasione arresti proueniunt, cum principali causa nihil commune habent: quo ad damna enim arrestatus, quoad principale, arrestans actor est. Si ergo arrestans nunquam hic agat, damna cum principali discuti non poterunt, sicque exigui sæpe damni causa noui processus coram alio iudice maiori incommodo & damno instituendi essent. Decimatertia, Arrestatus duplici modo grauaretur; primo, impetrando mandatum in Camera, Deinde nouum instituendo processum coram iudice inferiore ordinario, ratione damnorum.

Arrestum ad instantiam partis à iudice impositum, non pertinet ad con-



stitutionem arrestorum, in causa **Frankfurt contra Hanaw** 16. Septembris Anno 87.

Arrestatus in Camera ex arresto discedens, an fortiatur hic forum, ratione arresti? Non, sed prosequendus & ibi conueniendus, vbi reperitur: si tamen sciretur, vbi esset, posset ei mandari ad sistendum, vt **Joachim Tölemann** contra **Gentsch** / hat in der Supplication kein Ort benannt / petiit citationem edictalem, **Abgeschlagen** 27. Febr. Anno 88.

Sequestratio etiam si rite fiat, tamen ad oblatam cautionem relaxanda est, per not. **Wesemb. conf. 7. num. 7.** Ideo processus decreti in causa **Heldin** contra **Cöln**. 31. Martii Anno 82.

In causa sequestri non sufficit cautio iudicio sisti, sed requiritur satisfactio, rem saluam fore, per text. in l. fin. C. de ordin. cognit. Gail. 1. obs. 148. nu. 5. Et ita obseruatum in causa **Minden** contra **Braunschweig** 27. Ianuarii Anno 82.

Mandata super constitutione de arrestis tum demum locum habent, cum partes vtrunque immediate sub Imperio sunt, & impetrans cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui re ipsa obtulerit: quæ cautio requiritur ratione principalis causæ **für den Austragen** post instituenda, vt diiudicata vi huius cautionis executioni mandari possit. Pone Dominus ratione bonorum sui subditi mandatum tale impetrauit, eo casu non à subdito, qui **Austrag** non habet, sed à Domino præstari debet. sin à subdito præstaretur & contra dominum pronunciaretur, cautio inanis esset, nec ex illa executio contra dominum locum haberet.

Quamuis etiam mandata decernantur de relaxando arresto mediatis, quando sc. arrestans est immediatus, sed tantum cum clausula, & alias quando fundata est iurisdictio. Ita mandatum cum clausula decretum in causa **Dehlen** contra **Ostfrisland** 10. Ianuarii Anno 88. ex Iure communi.

Sic in causa **Conrad von Rhe** contra **Nassaw** mandati de relaxando arresto, & quasi captiuo cum clausula Anno 83. Tale mandatum decretum: vbi ei fuit **ein Gelübte abgedrungen** / & sic q. captiuus fuit. Vide infr. in verb. *mandatum de relax. capt.* & qualiter in tali causa pronunciatum, vide inf. in verb. *mandatum cum clausula.*

Mandatum de relaxando arresto etiam decernitur arrestato homine vel captiuato. Ita decretum super arresti relaxatione in **sachen Schornstede** contra **Würgburg** 11. Octobris Anno 88. Et in causa **Weingarten** contra **Pfalzgraff**. C. 19. Maii Anno 90. Vbi **Weingarten** ist auff das Schloß zu **H. Schornstede** aber zu **W.** verstrickt gewesen / item **Württemberg** contra **Marggraffen E. zu D.** den verstrickten **Schultheiß** betreffend. Item **Baden** contra **Gülich & Eutenburg**. **Hermans Buwinckhausen von Walmeradt Verstrickung vnd Arrest betreffend.**

Quæri solet an processus decernendi, cum arrestum factum per ordinarium magistratum tertii. Ego sane puto, quamuis alii contra sentiant, indistincte eo casu processus decernendos, si ille Iudex sine præcedenti causæ cognitione ad instantiam partis arrestauit. Sin autem causæ cognitione etiam summaria præuia processit, denegandos processus, maxime contra iudicem, contra partem tamen etiam eo casu decerni posse arbitror, cū ei, si idoneè sibi caueatur, nihil absit. Sic processus decreti ad instantiam tertij, vbi arrestatio facta est in causa **Lemlein** contra **Württemberg**. vbi etiam paritio iniuncta. Sic mandatum decretum in causa **Keden** contra **A. C. von Rosenberg** 23. Iunii Anno 92.

In causa tamen **Pfalzgraven G. H.** contra **Herzog J. C.** qui fecit arrestari



stari sua bona Francofurti, id fuit denegatum, sed meo iudicio perperam. Sic in causa **Berlichingen** contra **Berlichingen** mandatum de relaxando arresto fuit cassatum. 15. Iunij Anno 92.

De statuto ciuitatis Colonienfis personaliter extraneum arrestari permittente. Sed pone, statutum est in loco, vt Colonia, quod extraneus ibi repertus, cum quo ciuis litem habet, possit eum facere arrestari, & realiter incarcerari, donec fideiussoriam cautionem præstet per ciues Colonienfes & nullos alios.

Quæritur, si hypothecariam aut iuratoriam offerat, & magistratus eum dimittere nolit, an processus hic impetrari possit? Quod sic, ita factum in causa **Poll** contra **Cölln**. Vbi iniuncta paritio 1. Martij Anno 92. Et postmodum reiterata 10. Iunii Anno 92. & rursus iniuncta. Vide infra in verb. *mandatum de relax. capt.* Vide *Marf. in tract. de fideiussor.* qui est inter tractatus assurationum Coloniae *num. 166.* Quid si statutum sit, imo priuilegium, vt Francofurti, quod quilibet ibi repertus arrestari possit ratione debiti, & quia causam ibi principalem ventilare debeat, an sc. iuste vel iniuste incarceratio facta, & an solutionem facere debeat arrestatus, eo sane casu contra ciuitatem processus super arrestis vtpote priuilegiatam nunquam fuerunt decreti, sed tamen contra eum, qui fecit arrestari, vt is faciat relaxari arrestum, vt factum in causa **N.** contra **N.**

Expensæ vel impensæ in arrestatum factæ an & quando debeantur in causa **Würtemberg** contra **Baden den verstrickten Schultheissen zu N. betreffende.** Ist ex parte Marchionis *eyngewandt worden* per obseruationem expressam Gailij, quod impensæ ante oblatam cautionem factæ in arrestum, non debeantur. Cum itaque ante mandatum decretum de arresto relaxando, *den Schultheissen relaxirt.* Ergo, sed eo non obstante illi fuit iniunctum, *die Expens deswegen aufzurichten / vngeachtet er auff die Reuision geträuwet.* Et hoc propter commune conclusum in collegio. Notandum quod Marchio *dem Schultheissen 400. Galden abgenommen / welche ihme wider zu erlegen* in paritione mit den expensis *aufferlegt.* sed forte ideo factum, quia vltima mora notetur, *diemeil er mir den Schultheissen relaxirt, aber nicht ohne enigelt / sondern auch gestrafft;* illud habetur pro vltima mora.

### Articuli.

**L**IBELLI vel grauamina primo statim termino articulatim proponenda. si libellus summarius proponatur, postea ab articulis abstinendum. Nam ne intra terminum quidem ad libellandum concessum, articuli amplius admittuntur.

In grauaminibus appellans, quid noui sit deducturus, in specie debet exprimere, & quid vltra quam ante, & quomodo sit probaturus. Ex aduerso quoque contra grauamina, quibus ex causis non sint admittenda, nominatim demonstrari necesse est *B. 93.*

Articuli additionales, elisiui elisiuorum quousque admittendi, sc. non aliter, nisi iuramento possit affirmare, quod citra fraudem hoc fiat, nec prius sibi cognita fuisse, sed recens inuenta. *Ordin. p 3 tit. 14. §. 1. Ann. 92. 3. S. D. 38.*

In articulis factum, non ius, nisi quod ex facto oritur, deduci debet *Ord. p. 3. tit. 10. §. 1.*

Articuli defensionales in causa purgationis interdum admittuntur, vt factum



factum in causa **Wrisperg** contra **Querheim** & consorten 16. Septemb. Anno 1569. vide *Defensionales*.

Positionales in causis fractæ pacis pro confessatis acceptari nequeunt: In defensionalibus tamen fallit, quia pro confessatis acceptantur.

*De positionibus & Responionibus formandis.*

**M**an sol sein pure ponirn, vnd sein kurtz / vnd sol ehe desto mehr positiones machen/damit man auch sein pure darauff respondiren könne. Nota, daß pure zu respondiren, Vnd hat man denn etwas anzuhentzen / kan das per modum defensionalium, replicorum & triplicorum geschehen / dann doch ohne das die anhäng verworffen werden. Wann ein articulus multiplex, so kan der respondens distinguiren, vnd etwas articulirt pure negiren oder affirmiren. Ita illa distinctio valet, doch daß es mit kurtzen Worten geschehe / & responsio debet esse conformis positioni, alias impertinens & minus responsum censetur.

Articuli in contumaciam nunquam pro confessatis acceptantur, ad probandum admittuntur. Si quis autem habeat Procuratorem apud acta, nec respondeat, tunc acceptantur pro confessatis, quia est maior contumacia semel comparentis.

Articuli pro confessatis habentur, & acceptantur in contumaciam, si aduersarius iuramentum respondendorum præstare nolit. *c. 2. de conf. lib. 2.* Fallit in causa fractæ pacis, vt ex sententia N. & R. conclusum in senatu Anno 1554. 20. Septemb. Quia causa fractæ pacis criminali æquiparatur, adeoque in ea, vt in cæteris criminalibus, probationes luce meridiana clariores requiruntur. Ita decretum in causa **Eitelhan** contra **Münchhausen** / 14. Oct. An. 1572.

Articuli in causa exemptionis positi, an sint repetendi & admittendi in causis priuilegiatis: Et conclusum, quod non: similiter & in ordinariis causis non admittendi, nisi super possessorio, idque summarie.

Wann schon ad principales gnugsam respondirt worden / kan gleichwol noch Titius additionales eingeben. Vnd wo er verhofft / solche nach Notdurfft / den vberfluß hindangesezt / zubeweisen / vnd kan auch solche sampt vnd sonders / wie auch die principales ad probandum zuzulassen bitten. Ita obseruatum in causa **Zicklers** contra **Behem** Anno 74.

*Attentata.*

**I**n puncto reuocationis attentatorum, vel declarationis pœnæ, inhibitorium, sine litis contestatione separatoue processu, imploratio officii iudicis, & articuli vel summaria probatio & conclusio sufficiens est. fl. 70.

In puncto citationis mandati super constitutione pignorationis, attentata iure communi censentur.

Ad causam principalem, continuandamque possessionem pertinentia, pro attentatis non habenda.

Attentata in causis pignorationum, quoad punctum citationis, reuocari non possunt, nec debent, ne præiudicetur possessioni alterius, in puncto vero mandati, quoties attentatur, toties processus decernuntur.

Diueil nicht allzeit / quando supplicatur de tribus processibus in causis appellationum, inhibitio mit erkennit wird / so pflegt man gemeinlich post litem contestatam libellum attentatorum summarium, mit angeheffter bitte / pro inhibitione zu vbergeben / & decernitur.

In



In primo termino causæ attentatorum peragenda, vna cum causa principali: Et sic Appellans in hoc termino, implorato iudicis officio, debet articulare attentata, vel contrauentionem, petendo reuocationem attentatorum, vel pœnas inhibitionum. Et in hoc puncto litis contestatio non admittitur, sed ad conclusionem maturatur.

Attentata notoria, & quæ in continenti probari possunt, ante omnia reuocanda.

Conclusum est in Conf. Imp. Cameræ, quod licet Iudex pendente appellatione non debeat attentare, per vulgata iura: tamen ad hoc vt attentata reuocentur, necesse est, vt Iudici à quo, & parti insinuetur: alias enim attentata ab ignorantibus non reuocentur, Iudex & partes semper possunt procedere *Marant. part. 6. num. 391.* Verum eadem ratione Iudex ad executionem procedere potest, etiam post factam sibi insinuationem, cum est in q. possessione non admittendi appellationem: nec enim hoc casu inhibitionum Iudici ligantur manus. *Marant. d. loco. Franc. c. filium. de appell. in 6.*

Causa attentatorum ante omnia expeditur ad instantiam Appellantis, vel eius, in cuius præiudicium fuit attentatum, nec compellitur inuitus in puncto seu causa principali procedere. *c. non solum. & ibi Pet. de Anch. de appell. lib. 6.* Ita fuit decisum in causa **Chrisingen von Mansenheim** contra **Goerten Guldenman** vbi etiam ante solutis expensis in puncto attentatorum Appellatus procedere non fuit compulsus. Et quamuis de iure sit necessarius libellus, nec litis contestatio, in reuocatione attentatorum, secundum Ph. Fran. *inc. bonæ, de appell. col. 5. vers. 1. clem. 2. vt lit. pend.* tamen de stylo Cam. libellatur & contestatur lis.

In libello attentatorum nunc non adiicitur, *gegentheil den Krieg Reichs uns darauß befestigen anzuhalten* quia non est opus litis contestatione.

*Processus in puncto attentatorum.*

Is cuius res innouata est, exhibet instrumento libellum attentatorum, attentans exceptionem contra libellum: Attentatus replicas contra exceptiones. Item attentans contra replicas conclusiones, & attentatus vice versa conclusiones.

Attentata reuocari possunt tam in causis appellationis, quam simplicis querelæ. In appellationibus reuocantur ex hoc fundamento, quod appellatio habeat effectum suspensiuum, vt in appellationibus à definitiuis, vel quod sit inhibitu, vt in appellationibus ab interlocutoriis. *c. non solum. 7. de appell. in 6.* In causis simplicis querelæ reuocantur attentata, non ex effectu suspensiuo, sed quod lite pendente nihil sit innouandum. *Rebuff. de appellat.* Appellatio autem ab extraiudiciali grauamine similitudinem habet cum vtraque, & est ad instar appellationis, & etiam ad instar prouocationis ad iudicium.

Attentata quando reuocanda sint in extraiudiciali appellatione. Vide pulcherr. consil. Guid. Pap. *cons. 138. p. r tot.* vbi elegantissime distinguit. Vide votum in causa **Rosin** contra **Belgarten** in interlocutoriis: vide Couar. *inc. 24. pract. quest. nu. 4. in fin.* Item Ferrar. *in tract. caut. caut. 58.* vbi putant procedere debere inhibitionem. Sed in causa **Herzogen** contra **Kolichen** attentata reuocata sunt.

In eo tamen distinguendum est: nam non omnis prouocatio, quæ extra iudicium fit, ideo est extraiudicialis: sed talis tantum, quæ à mera parte vel iudice, sine omni causæ cognitione præcedente fit, & etiam vbi nec delegatus cognoscens interuenit: secus si id factum sit, quia tum reputatur pro iudiciali.

Secundo, extraiudicialis appellatio dicitur, quæ fit à futuro vel instanti

G

graua-



grauamine, non de præterito: Appellatio autem iudicialis fit à præterito & illato grauamine. Vide Guid. Pap. *conf. 138. num. 2.*

Tertio, appellatio extraiudicialis vere dicitur, quæ fit ab actibus non iudicialibus, sed extraiudicialibus, puta electionibus & postulationibus, quæ nec fiunt, nec fieri debent in iudicio, sed extra per capitulantes: & tales appellationes dicuntur vere extraiudiciales. *Guid. Pap. conf. 138. n. 2. in fine.*

Ea sunt ante omnia reuocanda. *Gal lib. 1. obs. 146.* nec cogitur appellans vel attentata passus, inuitus in causa principali procedere. *c. non solum & ibi Archidiacon de appell. in 6.* Ita fuit iudicatum in causa **Christein von Weissenheim** contra **Gulderman**. Vbi etiam, nisi solutis in puncto attentatorum expensis, appellans procedere per sententiam non fuit compulsus. Idem fuit decisum in causa simplicis querelæ **Bernhard Werendorff** contra **Philipsen Zwischr.** 12. Iunii. Anno 44.

In causa attentatorum an litis contestatione opus sit? dubitari consuevit propter præiudicium in vtranque partem & ius commune, de quo dictum in causa **Villmar**. vbi tamen sic distinguendum. D. E. censuit, vt siquidem per modum supplicationis reuocari petantur, probationesque in promptu sint, litis contestatio non sit necessaria propter eorum priuilegium & ius commune: Si vero libellus attentatorum porrigatur, quod tunc litis contestatione opus sit, vel saltem sub tali comminatione reus ad agendum compelli possit quasi actor libellum porrigens, ordinarium processum elegerit videatur. Iuxta trad. per **Marant. disput. 4. argum.** & hanc doctrinam approbarunt domini 20. Aug. Anno 69.

### Attestationes.

**P**UBLICATIS attestacionibus ad plures causas pertinentibus, rotulus in originali ad vnius causæ acta ad alia singula exempla collata, sumptu partium deponi & obseruari debet, cum inscriptione, qua in causa quibusque actis authenticum contineatur. R. 66.

Publicatis attestacionibus, vbi certus terminus fuerat obtentus, habitis copiis (id quod semper fieri debet *Ord p. 3. tit. 18. in pr. §. 2.*) procuratores caueant, ne de hinc significant, copiam sibi iam factam primum attestacionum, & ex hoc termino inchoari petant; sed copistis significandū, vt diligenter notent (quod per schedulam fieri debet) & protonotariis significant, quando procuratores pro executione institerunt, & quando copiis perfectis ipsis denunciatum sit, id protocollis ad marginē semper assignetur. An. 92. 3. S. D. 45

**Wann** attestaciones **einmal in die Canseleny geliefert werden / sollen sie** sine vtriusque partis consensu **nicht wider** originaliter **darauß gefolgt**: etiamsi allegetur, **daß man sie zur Gütlichkeit brauchen müste**. Quando autem partes vtrunque consentiunt, & attestaciones nondum sunt publicatæ, tunc admittitur eorum petitio, vt in causa **Grumbach** contra **Würzburg** propter allegatam transactionem, **darzu es die Partheyen vonnöten** / 10. Februarii Anno 90. & in causa **Cöln** contra **Waldeck** remissus 21. Maij Anno 91. & in causa **Märklin** contra **Fulda** attestaciones ad perpetuam rei memoriam **haben Märklin** sine consensu aduersæ partis **nicht wollen gefolgt werden**. 3. Iulij Anno 88. Contrarium obseruatum in causa **Poltwick** / qui testes ad perpetuam rei memoriam examinari fecerat, Rotulum Camerae transmiserat. Actori rotulus citra consensum reorum remissus, quod D. N. & mihi mirum videbatur. V. allegabat præiudicium Camerae.

Rotulus



Rotulus ad perpetuam rei memoriam per commissarium ad Camera (gegen einer recognition lectorum) missus, si pars, quæ examinari fecit testes, illum petat sibi reddi, den **selben** **ugebrauchen** coram iudice inferiore, & si lectoris recognitionem vna transmittat, tunc permittitur. Ita factum in causa **Wärsburg** contra **Meins** / **die geleidets gerechtigkeit zu Gemünden** **belangend**. 10. Ianuarij Anno 92. decretum, ist dem **Supplicanten** sein **begeren** **zugelass** n.

**Auff** attestaciones sol jeder **Parthey** nur **zwo** **schriffen** **eyn** **zubringen** **zugelass** sen **seyn** / **vnd** **darauß** **beschlossen** **werden**.

Attestaciones non debito tempore ex cancellaria redemptæ sol diligentia procuratoris in sollicitando per relationem protonotariorum **bes** **cheint** **werden** M.R. 75.

Si pars petit sibi edi attestaciones, ei denegantur in Camera. Decernitur autem mandatum cum clausula, vel compulsoriales, vt Camera edat, expensis producentis, eoque missio conseruatur hoc ipsum hic, donec partes hic vel coram priuilegiatis iudicibus vti velint, & quando reus ibi publicari petit: ita vt publicatio fiat in Camera tanquam à iudice. Ita fuit decretum 5. Augusti Anno 41.

N. produxit rotulum transumptorum, nec non recognitionum & insuper examinatorum testium, cum duobus sigillis. N. **gegentheil** **bat** / **vnd** **wolte** **mich** **in** **zeit** **der** **Ordnung** **in** **er** **sehung** **des** **Protocols** / **ob** **nicht** **attestaciones** **zu** **pro** **duciren** / **der** **Publication** **halben** **ferner** **vernehmen** **lassen**. N. recognoscirt sigilla bona fide, salua veritatis substantia, **wolte** **darauß** **ferner** **verhandlung** **er** **warten** / **vnd** **ihm** **ferner** **notturfft** **vorbehalten** **haben**. N. nam recognitionem hiemit **in** **rech** **e** **an** / **vnd** **wolt** **mich** **in** **meiner** **Ordnung** **ferners** **vernemen** **lassen**. Si plus habes quod producas, in obtento termino producas: Sin minus, petas publicationem, si modo aduersarii tui rotulus productus sit: Sin minus, iubeas interim curari clausum.

Post publicationem testium licet Commissario aduocare vel procurare.

### Audientia.

**A**s in **heut** **oder** **nachfolgender** **Audienz**: non intelligitur craftina audientia: vel si dicatur ad proximam: sed **nachfolgende** / id est, **wann** **es** **an** **ih** **n** **en** **kompf**: vt si hodie in nouis, debet expectari, donec iterum in nouis agatur. Sic etiam in præfixis.

### Aufsträg.

**C**IVITATES cum non habeant **die** **Aufsträg** contra nobiles, sequitur, quod in Camera eos conuenire possint. Ita conclusum in causa **Wül** **hausen** contra **Rnorren** 12. Ian. Anno 79. Item in causa **Wangen** contra **Som** **meram** nobiles immediatos 2. Ian. An. 90. Sic casu è conuerso, quando comites vel nobiles volunt conuenire ciuitates, illo casu **Aufsträge** locum non habent. Præiudicia extant infra in verb. *mandata cum clausula. Vers. Sexto fallit, quando mandatum, &c.*

In **den** **Aufsträgen** vnica sufficit requisitio, veluti si Princeps vel Comes semel requisitus fuerit, vt tres nominaret Principes, ex quibus actor vnum eligere possit: is vero vnum tantum nominarit, qui Actori displicuit,



postea sine alia requisitione recta in Camera conuenitur. Ita conclusum in causa Comitissæ viduæ W. contra Comitem de M. Ann. 1549. *Mynf. 1. obs. 91. Gail. 1. obs. 1. nu. 4. vers. vigesimoquarto.* **Aufsträg** non habent locum ad perpetuam rei memoriam. *Gail. 1. obs. 93. nu. 2.*

**Aufsträg** locum non habent, quando res, de qua controuertitur, non in iure actionis, sed mero officio Iudicis consistit: vt ordinatio & confirmatio tutorum & curatorum, causæ alimentorum, &c.

**Aufsträg** non habent locum in mandatis de relaxando captiuo, etiam cum clausula. Vide verb. *mandatum cum clausula.*

**Aufsträg** non habent locum, quando per confessionem partis Actoris intentio est probata in continenti, quia tunc à præcepto condemnatorio incipi potest, & mandari, vt soluat sine clausula.

**Aufsträg** sunt delegati Iudices, ideo possunt recusari. Ita sententiatum in causa F. contra B. & opinio Legistarum in Camera in materia recusationis obseruatur. 29. Maij Ann. 36. ad not. *Cam. ad tit. 4. §. zum dritten. p. 2.* Vide *Mynf. obs. 52. cent. 2.*

Iurisdictio **der Aufsträg** stricti iuris est: Ideo in causis feudalibus **Aufsträg** locum non habent. *Conf. German. 24. num. 9. tom. 3. & num. 8. Gail. 1. obs. 29. nu. 5.* ibi: & obserua hic casum, in quo priuilegium primæ instantiæ non habet locum. Verum in hac materia plures casus distinguendi sunt. Nam interdum est contentio inter duos immediatos, **ymb ein streittige Herrschafft** / quam Actor à Reo non petit, tanquam à domino sibi infeudari, sed eam ex iure communi q. titulo proprietatis aut hypothecariæ sibi debitam persequitur, & tunc iudicium ordinationis locum habere Christoph. à Strassen in sæpe d. suo conf. à num. 11. vsque num. 23. inclusiue, satis speciosis argumentis asseruit, cui & ego assentior, quando petitio libelli ante concludit super iure allodiali. Nam quo ad fundandam iurisdictionem, debet attendi narratorum & petitionis qualitas, non defensionis, iuxta eundem *num. 23.* *Mynf. obseruat. 99. in fin. cent. 1.*

Secus, **wann deshalb vmb ein Herrschafft gestritten / das sie nicht vom Beslagten / sondern vom H. Reich zu Lehen räre** / eo siquidem casu *ex tit. 7. part. 2. Ord.* Imperator solus cognoscit, qui in eiusmodi controuersis sibi soli iurisdictionem indistincte reseruauit, & iurisdictioni Cameræ tum etiam priuatim derogauit.

Quoad priuationem iurisdictionis **der Aufsträg** / ea satis constat ex continuatione articulorum præcedentium, per argumentum à contrario sensu: quoad priuationem iurisdictionis Cameræ, *ex tit. 27. eiusdem 2. par.* aperte probatur, illi nullam competere iurisdictionem, nec facultatem iudicandi in casibus per Ordinationem liquido exceptis, vel alteri reseruatis.

Si tamen ad momentaneam possessionem, & non super petitorio aut plenario possessorio dictarum dignitatum nomine ageretur *ex d. titu. 21. d. 2. partis*, Cameræ iurisdictionem fundatam existimo, propter restrictionem verborum, **gänzlich vnd endlich** / quæ ponuntur *in d. tit. 7.* idemque etiam dicerem in casu, vbi adhuc dubium est, an res, super quibus litigatur, proprie constituent **die Herrschafft** / sintque dignitatis controuersæ præcipua pars. Etenim cum *Cam. ex tit. 27.* concurrentem in omnibus causis, non exceptuatis, cum Imperatore iurisdictionem habeat, eaque fauorabilis sit, obenixum statuum consensum, qui eam Cameræ contulerunt, in dubio potius cumulatiue quàm priuatiue cum Imperatore censetur habere. Similiter si tantum de feudo nobili Imperii sit quæstio, ipsa cognitionem habebit, autoritate *d. titu. 27.*

pote-



poteritque ipsum legitima præuentione præoccupare, vt tradit Gail. *d. obs. 29. num. 1. vsque ad num. 6.*

Ciuitates contra nobiles an habeant die *Auftråg*? videtur prima facie, quod sic: Quia tamen in ordinatione illud diserte non exprimitur, domini putarunt, illos non habere: & ita decreti processus, citatio nimirum, in causa *Pfullendorff* contra *Fürstenberg*. 26. Maii Anno 89.

Quomodo mediatis ratione bonorum immediatorum competat priuilegium primæ instantiæ in Ordin. non reperitur expressum: ideo standum dispositioni iuris communis. D. K. & W. putant, quod si quis ratione talium bonorum quem conuenire velit, quod debeat citationem in Camera, tanquam à superiore, impetrare.

Nota si concessio alicui facta fuit per Cæsarem super *Statstewer* alicuius ciuitatis imperij, vel super feudo imperij, vel alicuius priuilegij, & postea super eo oriatur, tunc iudicium Camerae est Iudex competens. Præiudicium extat in causa *Geiln* contra *Zollern* & *Keutlingen* in Camera introducta Anno, & c. 31. 26. Iunii.

Camerae iurisdictio in feudis locum habet, quando non super petitorio, sed possessorio tantum adipiscendæ, aut etiam petitione hereditatis aut simili actione agitur. Vide infr. Verb. *feudum*.

Camerae iurisdictio fundata est, ex Recessu imperij. An. & c. 1548. §. vnd nach dem. vbi cauetur. *daß / zc. da ein Stand einem andern auffer seinen Kreyß ziehen / vnd vnderwürffig machen wolle /* quod hoc casu Camerae iurisdictio sit fundata, vnd *daß sie nirgendt weder dafelbst conuenirt sollen werden.* Ideo ex hoc capite decreti processus in causa *der Hochwürdigsten / Durchleuchtigsten / Hochwürdigen / Durchleuchtigen / zc. des Fränckischen Kreyß Stände* contra *Herrn Pfalzgraffen. P. L. Pfalzgraffen am Rhein die Graffschafft Heydeck* betreffends 23. Nouembris Anno 91.

*Auftråg* non habent locum in Edicto noui operis nunciationis, cum mandatum sine clausula fundet iurisditionem Camerae. *Ord. p. 2. tit. 23. Gail. 1. obs. 16. num. 12.* Item mandatum sine clausula de non impediendo decretum *H. von Salbern* contra *Herrn H. J. Herkogen zu B.* 31. Augusti Anno 93. Et mandatum sine clausula de demoliendo *Schelenbergs Wittib* contra *Braunschweig*. 30. Augusti Anno 90. Vide infra, *nunciat. nou. oper.*

## Auftråg Fürstlicher Personen vnder ihnen selbst.

**D**E R Teutschmeister hat gegen die Churf. Pfalz etliche thätliche eingriff / *Neuwerung vnd beschwerden seines Ordens / vnnnd desselben Vnderthanen an ihren Zinsen / Lehenden / viel andern Berechtigkeiten geschehen / Gerichtlich aufzuführen vorgehabt / vnnnd derhalb / vermög des Reichs Ordnungen die Churf. Pfalz ersucht / die darauff etliche Fürsten / darauff ein Richter zunehmen / vorgeschlagen / darauff der Teutschmeister den Bischoff zu Augspurg erkohren / der sich auch der Sachen angenommen / so ferz er auch von dem Pfalzgraffen würde ersucht. Nun hat der Teutschmeister dem Pfalzgraffen zugeschrieben / aber nicht können erlangen / daß er den erkohrenen Richter auch ersucht hette / darumb wider ihn allhie am Cammergerichte / mit Einschliessung seiner Klag / ein Ladung lassen außbringen / dargegen der Pfalzgraff declinando forum excipirt, wie er nicht schuldig / vber die beschehene benennung den erkohrenen Richter auch zuersuchen /*



cum iudicium reddatur in inuitum, l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. & c. 1. & c. intelleximus. de iudic. Abb. in c. dudum. 3. col. de elect. zu dem auch/ daß ein kleine Zeit vergangen/ darinnen er nicht dermassen gefahret/ vnnnd vmb erste Instanz gebracht werden sollte. Hinwider der Teutschmeister seiner vielfältigen Ersuchung Copey fürgelegt/ vnd des Bischoffs darauff erfolgte Antwort/ darauff der Pfalz ersuchen/ so nicht geschehen/ sich endlich gezogen/ vnnnd darumb den lautern Buchstaben der Reichs Ordnung/ die Sachen allhie auffzuheben begert haben: Also in diesem gestritten die Pfalz Exceptiones, Teutschmeister Replicas, Pfalz Duplicas, Teutschmeister Triplicas & Conclusiones eynbracht/ vnd letztlich erkannt worden/ seynd die zwolste Conclusiones, als wider die Ordnung zuviel eynkommen/ mit vorbehaltener Straff verworffen/ vnd dieselbige Sach/ vorgewannter Eynred vnderhindert/ an das Kayf. Cammergericht angenommen/ vnnnd erkannt/ daß die Churf. Pfalz auff die 4. vnderschiedliche Klag handeln/ vnd litem contestiren soll. Et ita si requisitus Princeps non satisfecerit ordinationi Imperii, perdit beneficium primæ instantiæ.

Principes, Comites & Barones secundum ordinationem coram suis Consiliariis conueniri debent, nec etiam in causa reconuentionis aliter conueniri possunt. Ita videtur obseruatum in causa Comitis P. de H. contra Straßburg/ Wilsstätten betreffend/ per sententiam latam 18. Nou. An. 1528.

### Auftrag gegen Prälaten/ Graffen/ Herrn/ Freyen vnd vom Adel/ der Fürstlichen Personen. Ordi- nat. part. 2. tit. 1.

**N**O V E M Consiliariis de consensu partium electis, acta ad vniuersitatem quandam pro cōcipienda sententia mittere concessum, dum eam postea suo nomine pronunciant. R. 70.

### Auftrag der Prälaten/ Herrn/ Graffen/ Freyen vnd vom Adel/ gegen Fürstlichen Personen.

**A**uftrag an eo casu locum habeant, an vero Camera iurisdictionis statim sit fundata, quando nobilis vigore tit. 4. part. 2. Ord. requirit Principem, vt sibi nominet (vigore §. zum dritten) 3. vnpartheische Fürsten/ auß welchen der Kläger einen zu erwählen: si Princeps nominet tres Principes, welche zum theil auß einem Haus geboren/ de quo tit. 2. §. darauff soll/ 2c. Zum theil vber 12. m. in entessen/ vt tit. 3. §. 1. vers. vber 12. Weilen/ & vers. ihme 3. Churf. an eo casu fundetur iurisdictionis Camera, & sic tit. 4. recipiat interpretationem & suppletionem ex titulis præcedentibus primo & secundo: An vero stricte, prout litera sonat, accipi debeat, & talia impedimenta non obstant. Id disputatum in causa Hoffwart contra Marggraffen Anno 92. in Iunio.

Verum maioribus itum est in hanc sententiam, non recipere interpretationem & suppletionem ex prioribus & aliis titulis: & sufficere, si Principes nominati sint, etiam vber 12. Weilen entessen: Imo et si sint auß einem Haus geboren/ modo non sint partiales, & ideo cassandam citationem decretam, & publicata sententia cassationis 13. Decemb. Ann. 92.

Quod



Quod durum videtur: sed ita lex scripta est, quæ ad vnguem seruanda: quodq; illa in casu specificato non causat, nec nos causare debemus: mouebamur præcipue, quod hæ omnes sint viæ separatae, & ab vna ad aliam argumentari nõ licet, eo quod diuersa esset ratio in hoc & aliis titulis. Item tertio maxime, quoad die 12. *Weilwegs* / quod hic non attendatur. facit hic id, quod eod. tit. 4. p. 2. §. zum achten. *vers. wo auch einem kläger auß ferre des wege* / 21. qui verficulus esset ociosus, si cogerentur Principes tres nominare, *sonicht vber 12. Weilt enessen*: quia, es köndte keiner fermer seyn/als der ander.

### Auftråg der Bürger wider die Graffen.

**M** Johan N. an stadt seiner Hausfrauen / hat den Graffen zu N. etlicher schulden halben / so der Graff seinem Vorfahren schuldig blieben / allhie am Cammergericht vorgenommen / dargegen der Graff excipirt, vnd forum declinirt, dieweil in des Reichs Ordnung versehen / wann ein Edelman / Bürger oder Knecht / einen Graffen des Reichs wil vornemen / wie vnd vor wem solches geschehen sol / aber dasselbe an ihm vbergangen / so sol die Ladung billich cassirt, vnd vermög berürter Reichs Ordnung remittirt werden / cum refusione expensarum. Hinwider aber der Kläger sürgewannt / daß in solcher des Reichs Ordnung von keinem Bürger / Bürgerin / sondern allein in dem fall / wo ein Graff / Herz / Edelman oder Knecht / die sonst kein ander ordentlich Gericht haben / gegen einem Prälaten / Graffen oder Edelman / so dem Reich ohne Mittel vnderworffen / förderung habe / meldung thut / also daß dieser Fall in demselben fast gar nicht begriffen / angesehen / daß sie die beyde klagende Eheleut / Bürger vnd Bürgerin / die Graffen auch dermassen zu Rechte erfordern schuldig seyn sollen : Als ist erkandt / daß des beklagten Anwalts beschehener Einred vnderhindert / auff das einbrachte Libell den rechlichen Krieg zubefestigen schuldig seyn solle. Similis sententia lata in causa iniuriarum B. VP. contra Graff W. von S. B.

### Auftråg der Vnderthanen wider Fürsliche Personen.

**N**O T A, quamuis regulariter non liceat priuato contra Electorem vel Principem imperii in prima instantia hic in Camera agere, tamen quando debitum liquidum est, & instrumentum guarentigiatum, in quo renunciatio generalis omnium priuilegiorum comprehenditur, producitur, tunc decernuntur processus. Ita decreti in causa *Schrader* contra B. Vide infra plura: Mandata sine clausula de debitis liquidis, &c.

Subditi dominos suos coram consiliariis conuenire quando teneantur? Licet Ord. fol. 46. videatur velle, quod subditi Ducum non teneantur dominos eorum coram consiliariis in prima instantia conuenire: tamen quando aliquis subditorum relegatur à Duce seu Principe, ob commissum aliquod crimen, vel qui sua sponte aufugit, & domicilium alibi constituit, Ducem seu Principem super captura vel relegatione, vel alia iniuria, seu damnis sibi illatis conuenire vult, denegantur illi processus in Camera, & remittitur subditus, vt conueniat Principem coram consiliariis. Ita fuit iudicatum in causa *Schlauter* contra Duces Bauariæ. Item in causa *Peter Echen* contra E. March. Badens. Et tandem 11. Maij processus similes denegati *Xenthosfen* contra Episcopum Spirensen Anno 41. post audientiam.

Subdi-



Subditus si à Principe extraiudicialiter grauatur, an appellari possit ad Cameram, cum quærebatur: conclusum, quod non, vt in causa *der Statt Steim* contra Ducem P. 21. April. Anno 63. Ratio: si à tali grauamine immediate ad Cameram appellari possit à subdito, aut quouis alio, eluderentur primæ instantiæ, scil. *die Austrag*. Et sic denegati processus in causa *W. von der Leyen* contra *Herrn H. Pfalzgraffen* 16. Febr. An. 73. vide *Mynf. obs. 43. cent. 4.* facit, quod appellatio extraiudicialis sit quædam prouocatio ad Cameram. text. *in c. cum sit Romana. §. si vero. de appell.* Et sic habet vim conuentionis. vt not. *Pandor. in c. cum inter. nu. 17. de except.* Tu nota distinct. *Gail. 1. obs. 120.*

## B.

## Bannum.



**BANNO** appellatur. Sic conclusum in causa *Steinmeh* contra *Reichhart*. Iudex potest contra contumacem ad bannum procedere. *g' off. 2. in l. 1. ff. de admin. tut.* An autem qui à banno appellauit, tanquam bannitus interim impune offendi possit, vide *Anch. c. non solum. de appell. in 6. in fin.*

Bannum propter delictum & propter contumaciam æquiparantur: Quando quis in Camera imperiali bannitur, vel propter contumaciam, vel propter delictum, tunc habetur pro hoste Imperii, cum sit bannitus ab Imperatore, & imperiali banno subiectus. Et bannitio talis reputatur pro diffidatione secundum *Bald. & Dd. in c. domino guerram. tit. hic finitur lex. Ang. & Ias. in l. 1. C. de hered. inst.* Et potest in illis bonis impune damnum dari, & fiunt occupantium, tanquam bona transfugatorum & hostium diffidatorum secundum *Alex. in alleg. l. 1.* Et cum ordinatio nullum faciat discrimen inter effectum banni imperialis propter contumaciam, & delictum, & verba condemnationis & denunciacionis sint eadem, & vim diffidationis importent, fuit in Camera iudicatum in causa *Radingerin* contra *Dechtold Halle* bannitum, quod *Radingerin* posset in euentum, quando se cum illis non componat, intra tres menses disponere libere de bonis, quæ occuparunt, vigore banni, quamuis etiam sine Iudicis expressa facultatis concessione de iure idem facere potuissent. Per not. *Bald. in l. vnic. C. de condict. ex lege.* Et quia partes ante volentes venerunt ad Iudicem, & petierunt declarationem, quam summam bannitus illis soluere deberet, fuit per sententiam ante dicta summa declarata, & fuit etiam præstita, sententia lata 6. Iulii Anno 41.

Bannum contra vniuersitatem vel communitatem decretum afficit omnes & singulas personas & bona de vniuersitate. Ita conclusum in causa *Mänden* contra *Mänden* 4. Octobris Anno 40. Ad not. *Cam. tit. g. §. 2. p. 2.*

Banni pœna in Camera non potest infligi, vel ad pœnam banni agi, si de eodem crimine coram Iudice ordinario ad restitutionem agatur ciuilitè, si scil. excipiatur iuxta *l. interdum de publ. iudic.* Et ita decisum in causa *E. à Weil* contra *Brandenburg* 3. Jan. Anno 37.

Banni sententia in nonnullos Principes: vt in causa *Herrn von der Leitern* contra *Lauredaumen* Venetiarum Ducem, bannitus Dux latine & germanice, & germanice tantum denunciatus 13. Iunii. Anno 1509. Item in causa *Fiscal* contra *Carol. von Egmund Herzogen zu Saphoien / Jobstian zu der Hoien*

vnd



und Herrn Otten Graffen zu **T B.** banniti & denunciati Saphoien, Hoiem, **Tecklenburg.** 18 Decembr. Anno 1525. Item **Herzog Magnus** von **S.** zu der **L. D.** ob non paritionem arctiorum executorialium est declaratus in bannum. 6. Iulii Ann. 34.

Bannitus an appellare possit, vide supra in verb. *appellatio.*

De exceptione excommunicationis an & quando repellat ab agendo: Item an impediatur, quo minus quis mandatum de relaxando, si captivus sit, impetrare possit, vide votum in causa **Helm** contra **Augsbug** Ann. 92. in Nouembri.

Priuationis sententia contra clericum lata quando possit executioni mandari, vide infra in verb. *Executio.*

### Banni Declaratio.

**BANNI** declaratio, etiam si in euentum fieri non potest, eius tamen effectus ad tempus suspendi potest. *Mysf. 3. obs. 42.*

Quando aliquis declaratur ad bannum, tunc condemnationis causa debet expresse poni in sententia: nam in criminalibus exprimi debet. *Fel. c. sicut. de re iudic. num. 15. Bal. in l. si quis. C. de fideicom. lib.*

### Banni Executio.

**Q**UAMVIS ad impossibile nemo obligetur, & inanis sit actio, quam excludit inopia debitoris: tamen illa exceptio paupertatis in puncto executionis opposita, etiam in continenti probata, non releuat, nisi ille pauper prius bonis cedat. Ita Anno 1498. 4. Iulii in Camera pronunciatum. Item Anno 1510. vlt. Maii. Anno 1588. in causa **Wechart** contra **Baumgarten.** & Anno 1589. 4. Ianuarii publicatur 7. eiusdem in causa **Landaw** contra **Kamminger** L. diffamari.

Quando Comes imperii bannitur propter non paritionem sententiae, vt puta sententiae latae super liberatione alicuius captiui, tunc post decretam bonorum immiſsionem non solum executores speciales deputantur super immiſsione decreta, sed etiam super executione sententiae principalis. Et ita fuit iudicatum in Camera in causa **der Römeln Erben** contra **Graff Jobsten zur Hoes** 3. Octobr. Anno 41. publ. 1. Decembr.

### Banniti.

**BANNITI** nostri temporis an possint sibi acquirere actiones, & ea, quae iuris gentium, retinere. *Bar. & Bal. in l. 1. C. de hered. instit. 1. §. superest num. 36. & seqq. Inst. de action.*

Banniti non possunt agere, cum ius eis non reddatur, sed ipsi aliis iura reddant: possunt tamen in iudicio se defendere, & alios reconuenire, dummodo ea conuentio oriatur ex eadem lite. *Zaf. l. libertus. ff. de in ius vocand.* sic Episcopus Bremensis, licet bannitus, tamen per Procuratorem se Spirae defendere potuit.

Iniuste excommunicatus non tenetur excommunicatori respondere su-

H per



per eo, in quo est iniuste excommunicatus, nisi prius absoluat & restituatur. Franc. in c. 1. de rest. spol. in 6.

Bannitus quomodo citandus: Anno 39. 22. Maii ad instantiam Episcopi Hildesheimensis decreta est citatio ex L. diffamari. contra Cort. & Neius filium bannitum nobiles de Althen. Et hoc propter not. Innoc. Abb. & Felin. in c. exceptiones de excep. in fi. & per eundem Felin. in c. intelleximus. colu. 5. vers. quarta declaratio. de iudic. Et ne bannitus putaret, propter ordinationem sibi datam securitatem, erat quorundam opinio, vt filius bannitus citaretur ad comparandum per Procuratorem, non personaliter, per text. & ibi not. Bar. in l. Papinianus exuli. ff. de minor. & Alexand. de Im. in l. is qui reus. ff. de publ. iudic. tamen maior pars Dd. conclusit ad citandum eum, prout Stylus consistorii hactenus in similibus obseruatus fuisse: tamen non fuit dominorum mens, per talem citationem bannitum ad agendum habilitare: imo, post disputationem partium desuper velle determinare, per not. Ias. in l. de pupillo. §. seruo. ff. de oper. nou. nunciat.

Bannitus actionem seu accusationem etiam ante bannum institutam prosequi non potest: 19. Martii Anno 41. fuit in pleno consilio concorditer conclusum, in causa purgationis ciuitatis Goslar, tunc temporis bannitæ, contra H. Ducem B. & B. von Saldern & consorten, quod bannitus in Camera accusationem etiam ante bannum institutam & pendentem prosequi non possit, sed ex officio Iudex eum non admittere, sed repellere debeat, propter Ord. Imp. & not. Dd. præsertim Paul. de Castr. in l. Vranus. ff. de fideius. & Ang. in l. is qui reus. ff. de publ. iudic. Et quamuis Bart. in rubr. C. de delator. lib. 10. teneat quod sic Panorm. de accusat. c. 1. & l. is qui reus. ff. de publ. iudic. vbi dicitur, quod iudicium sustinetur. Spec. in tit. de deport. Ias. in l. 1. lect. 2. ff. ad Trebell. Tamen secundum textum in Ord. vbi dicitur, *Das niemand an ihnen freueln soll/ ihr Leib vnnd Gut erlaube/ nimpt darzu hinweg alle Verpflichung vnd Bändnus.* Ergo non possunt agere. Et sic in Ord. Imperii est extincta actio, vtpote quæ in bonis est. Anno 87. 23. Octobr. declaratur in bannum I. D. in causa Daum contra Dieß.

Banniti vel priuati regaliis, amittunt beneficium primæ instantiæ *der Aufstrag/* nec dari vel ordinari possunt Iudices iuxta Ord. Cam. Et per consequens, tum immediate in Camera conueniri possunt. Ita factum in causa Comitis de Hopen contra ciuitatem Bremensem, *Mynsing. 1. obs. 90.* Fallit, si causa alias ad ordinarios & perpetuos magistratus pertinet. *Myns. d. obser. 90.* vide Gail. 1. obs. 1. num. 4. vers. vigesimo sexto.

Bannitus aut profugus non videtur habere domicilium, vbi antea habitauit: ideo non sufficit, si citatur ad domum. Vide infra verb. *Executio.*

Præiudicia vbi quis declaratur in bannum, habentur apud Sailerum, præcipue *Wey* contra *Sperneck* / & recipitur iterum in gratiam fol. 435. & fol. 442. Item *Symphonaw* contra *Nauner.* fol. 445. *Bamberg* contra *Egolsstein.* fol. 448. *Fulda* contra *Steinfurt.*

Bannitum quibus casibus occidere non liceat, vide Felin. in c. *qua in Ecclesiarum.* 2. & 3. col. de constit.

### Banni Absolutio.

CAMERA banni vel priuationis pœnam in pecuniariam mutare potestatem habet R. 76. 82. vide Ordin. par. 2. tit. 18. & 46.

Banni



Bannitus antequam absolutionem impetrauerit, & de ea docuerit, non habet legitimam personam agendi in iudicio. Obseruatur in Camera.

Excommunicatus non est audiendus, antequam absolutionis gratiam imploret, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur, & per hoc grauius ex contemptu suo puniatur. *c. per literas. de sentent. excommun.*

Absolutio à banno 16. Iun. Anno 92. Comparuerunt duo wegen beyder Stätt / Stolberg vnnnd Weringrod / quorum alter iuris Doctör, alter consul ibi, post omnes publicatos recessus, vt fieri solet. tandem lata est absolutoria.

Nach dem auff Klage weiland Marggraff E. vnnnd dessen hinderlassenen Sohn / Marggraff E. vnd des Kayf. Fiscals / wider Bürgermeister vnnnd Rath zu Stolberg vnd Weringrod. neben Graff N. vnnnd N. zu Stolberg / verschriebene Bürgen vnnnd selbst schuldnr. /c. Vor der Zeit in der Röm. Kayf. Majest. vnnnd des H. Reichs Achte gethan worden / darinnen sie auch bishero geblieben / nun aber der Marggraff befriediget vnnnd partes mit dem Fiscal verglichen / vnd die B. vnd Rath sich wider zur Röm. Kayf. Maj. vnd des Reichs Gehorsam gethan / vnnnd dero Scrus begehret / als ist erkant / das die Achte gegen ihnen abgethan / als wir sie auch cassirn vnnnd abthun / sehen sie auß dem Unfrieden in Frieden /c. Finita absolutoria gehen die zween Gesandten zu domini Iudicis Stuel / vnnnd knien auff dem Fußbäncklin nider: Ibi præses habet in manu schedulam, quam prælegit publice & clare. Tenor: Auff höchstgedachter Kayf. Maj. Befelch thue ich euch hiemit auß obvermelter Achte / vnnnd sehe euch würclich auß dem Unfrieden in Frieden. Et inter legendum legit er einem nach dem andern den Scepter auff den blossen Kopff: & quidem hoc facit præses obtecto capite sedens, & etiam interea assessores sedent tectis capitibus.

Absoluitur per iudicem Camerae à banno ipso bannitus personaliter, vel Procurator, si modo cum aduersariis & fiscali concordauerit. Absolutio illa generaliter fit, & ipse vel eius procurator ad genua iudicis se prouoluit, & tunc Iudex absoluit eum, vnnnd setzt ihn auß dem Unfrieden in Frieden.

## Beleutung.

POTEST aliquis Auff die ihm verunderpfandte Güter ein Beleutung in iudicio Rotvvilensi außbringen.

Welche Beleutung vermög der alten vnnnd neuen Kayf. Rotw. Hoffgerichtes Ordnung / auch Bralten herkommen vnnnd gebrauch nach nichts anders ist / dann ein publicum proclama, dadurch der Besizer der Güter / auff welche geklagt / namhafte gemacht / vnnnd ohn vermeldung des Besizers Namen citirt wird nachfolgender Form: Wir N. der Kayf. Majest. Hoffrichter oder Amptsverweser bekennen hiemit / das N. auff weiland N. Haab vnnnd Güter beleutet / ob sich jemand derselben in Erb auff oder andere rechtmessige Titul / annemmen vnnnd ihm auff sein Zuspruch vnnnd Gerechtigkeit / auch Kosten vnnnd Schaden / so viel ihm an diesem Kayf. Hoffgerichte taxirt / Bezahlung vnnnd Aberag thun wolte / oder sonst einreden / zu haben vermeint / das derselbig dann solches thue vnnnd vorbringe bis zum Hoffgerichte / so seyn vnnnd gehalten wird Dinstag nach N. nechstkommen / welche sich dann auff die außganaene Beleutung abfordern lassen / die werden nach innhalt angeregter Kayf. Hoffgerichtes Ordnung vnnnd etliche hundert Jahr hero obseruirten gebrauch nach pro veris possessoribus gehalten. Concordat ius commune. Nam qui se liti obtulit, cum rem non possideret, condemnatur, nisi euidentissimis rationibus possit respondere, Actorem



initio sciuisse eum non possidere. *l. qui se obtulit. de petit. her. l. is qui se obtulit. de rei vind.* Vnd vermög der Kayf. Kotw. Ordnung/würde der jenig so sich absfordern läßt/ pre Reo indubitato, vnd für einen Besizer der Güter / darumb der Kläger beleuet worden/etiam ante lit. contestat. gehalten. Sic etiam iure communi lis ante litis contestat. dicitur. *Auth qui semel. C. quomodo & quando Iud. & per solam citationem quo ad iuris effectum inducitur litis pendētia. Clem. 2. vt lit. penden.* Hæc N. in quodam producto coram Episcop. Argent. Hoffgericht exhibitio, Anno 71.

### Berichtschreiben.

**S**A sich solches vber bestimpte vnd angesetzte Zeit verzöge / soll dem Supplicanten nichts weniger die Gebühr erkannt werden. B. 75.

### Bona.

**B**ONA præsumuntur allodialia, nisi probentur feudalia. Conclufum in causa **Steckenstein contra Kneil vnd Stetterberg** 9. Iun. Anno 50.

### Bona Fides.

**A** SYCCESORE non requiritur allegatio bonæ fidei; cum ex possessione longissimi temporis præsumatur. In causa **Hans Tripenschereers / sonst Gronngemannt contra Albrechten Schradern** 17. Iunii Anno 1556.

### Brachium seculare.

**A** Liquando etiam mandata executorialia sine clausula decreta, etiam in causa matrimonii à Iudice & Officiali Monasteriensi sententia lata 17. August. Anno 91. in causa **Annæ vnder R. contra B. von T. zum B. Gail. 1. obs. 115. & libr. 2. de pac. publ. c. 2. c. 13 & 17. nu. 34.** Item in causa **Ulrici Weissen Casplan S. Catharinæ Altars zu Speyer in S. Peters Kirchen contra Rudolffen von Zwisfen & Consorten.** 5. Septemb. Anno 73.

Brachium seculare inuocatum, & desuper mandata executorialia decreta cum clausula in causa **Wormbs contra Staden** 5. Februar. An. 91. Item **Tinnin contra Ruhr** 15. August. Anno 91. Et mandatum sine clausula executorialiale decretum in causa **Luciæ Bucherin contra Adam Recken Apotekern zu S.** 19. April. Anno 92.

Contra contemnentem excommunicationis sententiam brachium seculare inuocari potest, addit. Oldrad. c. 89. Inuocatio Brachii secularis non habet locum, nisi sententia Ecclesiastica lata transierit in rem iudicatam, etiam si Reus, contra quem mandatum pœnale petitur, sit excommunicatus, aggravatus, reaggravatus & interdictus.

Quando Iudex secularis requisitus à Iudice Ecclesiastico pro executione sententiæ eiusdem iudicis Ecclesiastici, non vult impartiri Brachium seculare,



seculare, recte tali casu ad cameram peruenitur, & ad talem iudicis Ecclesiastici requisitionem decernuntur processus, per *authen. & differentes iudices. in princ. auth. statuimus. Cod. de Episc. & Cleric. Bart. in l. de pupillo. §. mem. nisse. num. 5. Alexand. ibid. num. 12. de nou. oper. nunciat. Ord. part. 2. titul. 26.* Nec obstat, si Iudex secularis Augustanae confessionis opponat officialis iurisdictionem, ut notoria incompetentis Iudicis, iure sperni posse per Innoc. & commu. Dd. *in c. 2. de dilat. & sic processum contra non comparentes esse nullum. gl. in c. si Episcopus Verb. conuocari. 3. quæst. 2. c. veniens. c. si duobus, & c. si auide. de appellat. in 6. communiter Dd. in c. 2. de dilat.* Sicque executioni mandari non debere, quia quod nullum est, executionem non meretur. *l. 4. §. condemnatum. & ibi Bart. Alexand. & Dd. de re iud. l. cum nulla. d. tit. Bart. l. 1. C. de execut. rei iudicat. Marant. part. 6. tit. de execut. senten. num. 3. fol. 671.* Responderetur enim quod in confesso sit, locum aliquem cum omni iurisdictione ad iudicem secularem pertinere, tamen id intelligendum est de ea iurisdictione, cuius capax ipse laicus esse potest; non autem de spirituali, quæ ad Ecclesiam tantum pertinet. Imperiali enim Iudicio iura Ecclesiastica dissolui nequeunt. *c. 1. cum certum. c. imperium. c. quoniam. 10. distinct. text. rotundus in c. 2. extra de iudicis.* Cum autem causa talis sit, ratione cuius laicus ad iudicem Ecclesiasticum vocari potest, quia agitur de rebus Ecclesiæ, quæ non negentur Ecclesiæ esse, certe officialis Reum iure citare potest, per *c. si Clericus laicum. de for. comp. & ibi Innoc.* qualitercunque agatur de re vel pro re Ecclesiæ, vel ipsius Clerici actione reali, vel personali, & hoc propter qualitatem rei. Quia res cuius occasione agitur, est Ecclesiastica: secus si agatur actione personali pure, & non de re Ecclesiastica. Quia tunc secularis cognoscit, & ita intelligendus est Innocent. *in c. cum sit recte. Abb. d. c. si Clericus. num. 13. de foro comp.* Et hoc probari inquit ex litera illius text. quia se non fundat tex. super rei vindicatione, sed videatur hoc privilegium concedi iure, qualitercunque agatur de re Ecclesiastica, quia laici ut plurimum sunt negligentes in exhibendo Clericis iustitiam *c. cum sit. infra eod.* vel quia ex detentione vel detentatione rei Ecclesiasticæ mala præsumatur detentio. Idem tenet Zabarella, quem refert & sequitur Marianus Soci. per fundamenta Domini sui Abb. *d. c. si Clericus num. 15. de foro compet.* Quando etiam in literis monitorialibus officialis qualitas expressa est, quæ omnino fundat iurisdictionem suam, ut illegitima exactio censuum & redituum ad Ecclesiam spectantium, vel quia Emphyteutæ, coloni, censuarii & rustici d. Ecclesiæ, ut possessores talium bonorum Ecclesiasticorum, moniti & citati sunt, dubium non est quin officialis contra non comparentes & contumaces procedere, eorumque contumaciam punire potuerit, & quidem excommunicationis pœna, quæ proprie pœna est contumaciæ. *Franc. in c. qua fronte. 2. not. ab. de appell. c. quoniam. in fin. extr. ut lite non contest. gloss. in c. duo sunt. in verb. videbatur. 96. distinct.* Qua dicit quod licet in minimis casibus non sit quis excommunicandus. *c. Episcopi. 2. quæst. 3.* tamen quælibet contumacia digna sit excommunicatione, facit *c. certa. 2. quæst. 13. Host. in summ. de sentent. excommunicat. num. 6.*

Non obstat etiam *der Religion Frieden* cum hæc causa non concernat fidem, nec ministerium Religionis Augustanae confessionis, eiusdemque exercitii, seu professionis ceremonias, in quibus casibus iurisdictionem Ecclesiasticam suspensam esse nõ diffiteor, sed cõcernat bona, casus & iura Ecclesiastica spectantia ad Capellaniam quandam, quo casu dubium non est officialem ut ordinarium Ecclesiasticum suam iurisdictionem exercere posse, per supra d. iura, quæ iurisdictione in tali casu per *Religionfrieden* Ecclesiasticis



contra quoscunque etiam Augustanæ confessionis homines expresse reseruata, ne dum suspensa est. iuxta recess. Imp. Anno. 55. §. *damit auch*. Ibi, *aber in andern Sachen vnd Fällern* / cum limitatio & dispositio illius §. tantum vel maxime illos concernat, vt limitatio & exceptio sit de regula. Ventilata fuit hæc quæstio in causa W. contra Z. cum vero disparia, imo omnino contraria essent vota, tandem tota hæc controuersia sopita est, Mense Iulii Anno &c. 75.

## C.

*Cæsaris cum Camera Concurfus. vide Ordinat.*  
par. 2. tit. 9. 10 & 12.



**C**ÆSAR cursum iudicii Camerae nullo modo impedire potest, si quid contra fiat, id irritum infectumq; habetur. *Ord. part. 2. tit. 35.*

*Felin. c. pastoralis in pr. de offic. deleg. facit regulam: Quod Iudex inferior habeat iurisdictionem cumulatiue, non priuatiue. Rom. consil. 393. putat Referens in nostro casu competere iurisdictionem Camerae priuatiue, quo ad Cæsarem, & ideo iudicat, quod lex voluerit, quod Iudex ordinarius, vt ordinarius, non vt delegatus habeat hanc potestatem causam tractare. Alius dominorum similiter putabat, quod Imperator non possit committere causas in imperio, & impedire cursum imperii, Felin. c. causam ex officio. de præscript. Innoc. & Abb. ibid. tenent, quod Iudex ordinarius, cui committitur causa, si eius iurisdictione non est aliena, potest procedere vt ordinarius, vel vt delegatus, excutere iurisdictionem: quando dicatur superior, vide Dd. d. c. licet, c. sepe. & c. ad audientiam. de heret.*

Imperator non est supra Camera, sed ipsemet & Camera, vt Vigl. putat, & hinc ambo habent iurisdictionem in solidum, & locus est præuentio, *l. vnic. de offic. cons. & inchoatio processus impedit alium, vt procedere non possit, quia omnis potestas præuenti dicitur exclusiua. Socin. late c. potuisti. nu. 8. de foro compet. Et quando fiat præuentio, ibid. per eum Archid. 2. quæst. 6. Salic. d. l. si vt proponis. Is qui habet concurrentem, nihil potest, nisi præoccupans impediatur cognoscere, infirmitate, vel alia iusta causa, aut si nolit: aut si malitiose procedere recuset, tunc iurisdictione vtrum sit efficax, quoad concurrentem. Item si partes prorogarent, debet tamen constare de impedimento. Ergo ex commissione videtur, quod Rex loco Cæsaris delegantis remiserit causam ad collegium suum, id est, concurrentem, & sic quod declararet voluntatem suam, quod non velit procedere: Commissio regulariter fit subdito; quomodo igitur Imperator potest committere Camerae, & sic ibi ipsi?*

Sigillo defuncti Imperatoris Caroli V. vsus est Regens Cancellariæ V. nomine Ferdinandi, in processuum subfignatione in causa H. contra R. K. tamen successor eius post obitum Ferdinandi dubitauit, ac priori sigillo oblitterato Ferdinandi I. nomine Maximiliani impressit.

Quando appellatur à sententia summi Principis seu Imperatoris, *in Sachen die Lande vnd Leut antreffen* / ad Camera, certe processus, citatio & Compulsoriales simpliciter denegantur, etiam si appellatum fuerit cum hæc additio-



additione, ad melius informandum. Qui ppe cum Imperator & Camera imperialis parem & concurrentem habeant iurisdictionem, ideo appellatio, tanquam à pari ad parem, imo ab eodem ad eundem facta, non est admit-  
tenda: Supplicans vero siue appellans talis potest adire Imperatorem, ac melius si velit, informare. Ita denegati sunt processus Episcopo **in W. B.** contra Nassaw/Anno 49.

*Cæsari reservata.*

**S**OLVS Imperator de feudis Imperii iudicat: quando tamen Camera Imperatorem præuenit, tunc & ipsa de feudis Imperii cognoscit, etiamsi tale feudum esset pars Comitatus vel Ducatus. Ita factum in causa M. contra F. 9. Ian. Anno 88. alia præiudicia vide apud Sailerum.

Quia de reservatis Principis est restitutio famæ, non potest fieri per iudicium Camerae. Ita fuit iudicatum 18. Decembr. Anno 1535.

*Calculatio.*

**C**AMERA potest dare arbitros ad calculandum, in quorum præsentia ambæ partes rationes deducunt, & relationem faciunt Camerae. text. in l. i. §. residuum, ubi Bart. & Bald. C. de distr. action.

*Calendarium.*

**C**ALENDARIUM vetus soll in Aufbringung der Proceß gebraucht werden. Decisum 14. Jul. Anno 83.

*Camera & Personæ Camerales:*

**C**AMERAE antiquus stylus semper servandus. V. M. Anno 70. §. 10. Cognitio, an sit maleficium, spectat ad Cameraam. Ord. part. 1. titul. 50. §. ult. Nyns. obs. 25. cent. 5.

Camera cognoscit de imperiali rescripto. l. puniri. & l. seq. C. si contra ius, &c. Princeps non vult per suum rescriptum alterius ius lædere, nec derogare contractui, ex quo nata est naturalis & ciuilis obligatio. l. exprimere, Cod. de duobus reis.

An personæ Camerae teneantur Spirensibus ad collectas de immobilibus, super eorum iurisdictione sitis. Senatus Spirensis per suos deputatos in consilio nostro petiit, die Schoß oder Steuer von den Personen/so bey ihnen liegen de Güter auß der Steuer kauffen/ mit Anzeigung / daß solche Steuer auff die Güter geschlagen/ & tanquam onus reale, sequens res vel bona, in quibus ordinatio nullam tribuit immunitatem. Quibusdam visum est, quod onus reale, sed domini pro maiori parte censuerunt, & fuerunt in ea sententia, quod onus illud sit mixtum. vel personale potius, quam reale, cum non tantum in immobilibus, sed etiam in mobilibus simul imponatur, & personis subditis, secundum facultates vniuscuiusque, quas hic habet sub iurisdictione Spirensi,



rensi. Et iudicatum fuit ante annos aliquot, Clericos & forenses de eorum bonis immobilibus hic nihil soluisse. In aliis locis, vbi Camera antea fuit, Norinbergæ, Eslingæ & Wormatiæ, nihil tale petatum à personis Camera. Item disputatum fuit, an talis causa sit collegii, an priuatorum, S. & alii, me contra sentiente, concluderunt, causam omnem priuatorum, & ob id in illa Camera posse cognoscere & iudicare, & iuxta illorum sententiam Spirensibus sequens responsum datum, **Man hette sich eines Erbarh Raths Ansuchen nicht versehen / dieweil solches eine Newerung / vnnd bis hero weder hie / noch an andern Orten / da das Cammergericht gewesen / gefordert worden / auch ein geringes antresse / welches der Statt nicht sonderlich fürtragen noch schaden möchte. Aber wie dem / wisse man sich von eines Collegii wegen nichts zubegeben / desgleichen den sondern Personen ohne rädliche Erkänntnuß nichts außzuerlegen / aber ein Rath möchte sie darumb anlangen / vnnd wo jnen beschwerlich von ihnen begegnet / sie / wie recht / darumb anzuhalten.** Anno 1551. Alii tractatus de eadem re cum senatu Spirensi habiti, & in quibusdam punctis collegium senatus petitioni concessit.

Personæ Camerae si quid deliquerunt, puniendi per iudicem, nec referendum ad status, adve visitatores. M. Anno 70. §. sol die **Mängel.**

Potestas quando alicui facit iniustitiam, tunc assessores & assistentes debent puniri, nisi protestentur, & ei contradicant apud acta. Ita Bald. l. qui iudicet. C. de appell. & quando aliquis est de consilio, & recedit quodam metu, quod non potest semper quis libere consulere, tunc habetur pro contradicatore. Bal. auth. sed omnino. col. 4. vers. Et quocirca C. ne uxor pro marito. Bar. Ang. Castr. in l. criminalibus. C. de iurisd. om. iud. Abb. c. si diligenti. de foro compet.

In summo consistorio Principis non secundum apices iuris, sed ex æquo & bono procedendum: conclusum in causa **Knipping** contra **Wand.** 9. Febr. Anno 1571.

Camera ex actis ab arbitris transmissis hunc in modum pronunciat. **In der Compromiß / &c. nec addit, an vns gebracht.** Nam procuratores compromissa producant.

Nota: si concessio alicui facta fuit per Cæsatem super **Stattsteuer** / alicuius ciuitatis imperii, vel super feudo imperii, vel alicuius priuilegii, &c. & postea lis super eo oriatur, tunc iudicium Camerae est iudicium competens. Præiudicium extat in causa **Geyr** contra **Zollern & Keitlingen** / in Camera introducta Anno 31. 26. Junii.

### Capitulum.

**C**APITVLVM (nisi sede vacante.) Capitulum an sedē vacante gaudeat priuilegio ordinationis, primæ instantiæ; Negatiue Gail. *obs. 30. n. 13. lib. 1.* Affirmatiue Erid. *de processibus. lib. 1. c. 19. nu. 7.* Negatiua videtur verior. Quod **Auftrag** iuri communi superinductæ sint, ac ideo strictissimam patiantur interpretationem, nec ad alias personas quam quarum expressam faciunt mentionem, extendi debeant (Gail. l. *obs. 30. num. 10.* & aliquot exceptis, **Als das Stiff zu Brüssel**) non est status imperii, ideoq; processus super constitutionibus eam qualitatē requirentibus non decernuntur. Gail. l. *obs. 30. nu. 3.* Aliquādo tamen à Capitulo Moguntino lata sententia, & ab ea appellatum ad Camera, ibiq; citatio & compulsoriales decretæ in causa **Johann Dinken**: quod nota, quia dicit. Capitulum propria multa habet, quæ nullatenus Archie-



Archiepiscopo Moguntino sunt subiecta. Et propterea fundati sumus in iurisdictione. Sic etiam à Capitulo Hamburgensi ad Cameram appellatur. vide infra in verb. *iurisdictione*.

### Captiuus.

CAPTIVUS an debeat se sustinere propriis expensis, vide Lucam de Penna in l. *fin. C. de Eroga. milit. ann. Bari. in l. sanctum. de rer. diuis.*

In mandatis de relaxando captiuo etiam solet partitionis terminus breuior praefigi, & longior ad docendum de partitione propter periculum captiuorum. Ita factum in causa *der Schifferdecke* contra *Erfurt* 20. Febr. Ann. 92. vbi praefixi 14. dies ad relaxandum & ad docendum, praefixus vnus mensis de partitione. Sic in causa P. contra C. 28. Febr. Anno 92. vbi 14. dies praefixi ad parendum, & sex septimanæ ad docendum de partitione.

Captiuus an & quando ex vinculis causam defendere suam teneatur, & quando excusetur, vide Philip. Port. *conf. 3. per tot.* quod consilium pro domino Landgrauio captiuo datum est. Anno 1551.

Carcer iustum metum inducit, & quid si carceratus ex carcere contrahat? vide Philip. Port. *conf. 5. num. 11. & 6.* Quid si autem exceptiones altiore indagine requirentes opponantur, super quibus audiendus Reus & iniungenda special *Handlung*: tum utique quando carcer est squalidus, & metus ne captiuus agrotare incipiat in carcere, supplicatur pro mitigando carcere. Et ita mandatum desuper decretum in causa E. contra L. 16. Octobr. Ann. 92. in causa nullitatis, vbi Aduocatus videtur male egisse, quia via nullitatis egit: nam per hoc paritio impeditur, donec nullitas doceatur.

Sumptus, quos captiuus facit, eos capiens ei restituere debet, alias non videtur mandato de relaxando captiuo aut restituendo satisfecisse, propter verba, *ohn alle Entgeltnuß*. Et ita ante multos annos iudicatum in Camera est, hos sumptus exsolui debere, donec super captura, an æqua vel iniqua sit, decidatur.

Hic punctus de expensis eleganter & copiose disputatus est in causa D. Travvhots contra Principem Anhaltinum, à cuius parte verba illa conditionalia sententiis eiusmodi communiter inserta, *mit dem Anhang wo er demselbigen nie also nachkommen wirdt/xc. Auch ferner Proceß er kande/das er seinem Gesegentheil die Gerichtskosten/xc.* maxime allegata fuerant, sed non obstantibus illis postea in 1400. florenos nomine expensarum & sumptuum condemnatus fuit.

Cautio iudicio sisti & iudicatum solui, maxime iudicio sisti præstanda est ab incarcerato; quaeritur, an ea per pignora, vel fideiussores facienda? Et in causa P. contra C. admissus fuit carceratus ad iuratoriam cautionem.

Item in causa S. contra A. 24. Septemb. Ann. 92. admissa cautio iuratoria, & desuper paritio iniuncta, & præstita cautio hic in Camera.

### Causæ criminales.

SANGVIS è vulnere occisi cadaueris emanans, homicida præsentè, est indicium, imo coniectura violenta contra eum, ex qua rapi ad torturam potest. Nam hoc modo sæpe innotuerunt fontes. Id Plutarch. *de Damone* scribit, Sueton. *de Caligula*. Paris de Put. *in Syndic. verb. tortura*. Hippol. *conf. 24. n. 2. vol. 1. & conf. 110. n. 4. vol. 2.* Ang. *in tract. de homicid.* Ioan. de Neuizan. *in sylua nuptiali. verb. Cadauer.* Boer. *decis. 610. num. 1.*



Criminales causæ cum in Camera non recipiantur, dubitatum fuit, an si accusator in eiusmodi causa curauit quendam *gefänglich anzuhalten*/ eidemque præfigatur terminus peremptorius, accusationem suam proponendi: Is vero intra præfixum tempus hoc facere negligat, an in Camera possit mandatum sine clausula ad effectum perpetui silentii hoc casu impetrari, casu inquam, quo alioqui sit fundata iurisdictio? Respondetur, quod sic, & extat tale præiudicium in causa *Drapp contra Baden & Consorten*. 29. Octobris, Anno 89.

An aliquis in causa criminali iniuriarum condemnatus possit ratione earüdem, nec non damnorum, expensarum & interesse appellare ad Camera? R. ex ordinatione causarum criminalium Caroli V. *artic. 12.* quod non. Et ita absolutus fuit in Camera *Zacharias Drosamer* à citatione *Ernst Garsten* / qui in prioribus duabus instantiis condemnatus in 906. *Thaler* pro iniuriis & expensis. Harum nomine appellauerat ad Camera.

*Causa S. quæ in Camera imperiali recepta.*

**NOTA**, quod priuatus immediatum, etiam pro exigua summa possit in Camera conuenire, qualis fuit causa *Bender contra Crailsheim* Ann. 84. introducta, vbi B. fuit futor, ciuis Vlmenfis, & conuenit d. Nobilem in Camera pro 24. fl. *Schusterlohn* / & obtinuit.

*Causales.*

**COMMUNICATIO**, quæ danda procuratori *auff causales zu handeln* / debet esse sub pœna confessatorum, & præclusionis viæ producendi causales, sicut in reliquis causis appellationum Anno 83. &c. Item comminatio producendi causales est alia, comminatio sub pœna perpetui silentii.

Causales quando producuntur in causa pignorationum, aut alias; etiam in puncto partitionis, Notarii in margine annotare debent, an recessus in nouis vel præfixis sit habitus. Anno 83.

Causales quando de eodem iure agitur, ab vna causa ad aliam sunt registrandi. Quia tamen sæpe incertum est, de quo nouo & diuerso iure agatur, quod ex verbis mandati, generalibus forte, nõ semper liquet, igitur Procuratoribus iniungendum, vt qui de alio & nouo iure agendum contendunt, & ideo deductionem peculiarem desiderant, illi id, & quale sit, in specie ostendant, nec per generalia solum submittant. Anno 92. 3. S. D. 58.

Si super remissione puncti causalium ad causam primi mandati certabitur, tum Procurator allegans diuersitatem, eam in specie scripto breuiter complecti, nec per mere generalia nude submittere debet. C. 90.

In puncto causalium silentium iungi perpetuum, nisi libellatum, nõ dato, quod Reus ab obseruatione iudicii absolutus esse debeat, *vnd in puncto legitimationis ist das gebetten ruffen hiemit erkant.*

Præfixo termino ad causales producendas, aut etiam à Procuratore obtento, quod perinde est, elapso statim, non expectata vltiori præfixione temporis (vt alias in l. diffamari fieri solet, vbi secunda monitione opus est) perpetuum silentium iniungitur causales non produceti. Ita factum in causa *Augsburg contra Pfalz Neuburg / Ulrich Erndlins Verstrickung betreffend* / 16. Octobr. Ann. 82. Item in causa *Teutschmeisters contra Dettingen* 520. fl. *betreffend* / 20. Septembr. Anno 85. Item in causa L. contra M. vbi (sicut & in reliquis) pronunciatum est, *lest man es bey dero am 13. Octobris Anno 1589. erogangener*



gangener vnd purificirter Urtheil bleiben/darauff D. N. derwegen Causales vorzu-  
bringen benommen/vnd ihm ein ewig Stillschweigen auffgelegt. Item in causa Ro-  
senburg contra Brandenburg / zween gefangene Einspänniger betreffend / 19. Ian.  
Anno 92.

*Cautela.*

**S**Er nicht in possessione, der sol sich ratione iurisdictionis zu disputiren nie  
einlassen / Dann wol 10. 20. oder mehr Jahr super competentia disputire  
wirdt interim retardatur causa principalis.

Cautela duæ: Si quis habet ein Gültverschreibung in communi forma  
conceptam, & libenter vellet in Camera processus executiuos extrahere.  
Caut. 1. curet requiri debitorẽ per Notarium & Testes, de solutione facien-  
da: si fateatur debitum, Notarius, tanquam Iudex chartularius desuper faci-  
at instrumētum de omnibus, quæ audiuit & vidit, & quod ipsemet Notarius,  
tanquam Iudex, eum condemnet: cum in fatentem nullæ aliæ sint partes Iu-  
dicis, nisi vt condemnetur, dictum instrumentum vna cum supplicatione  
pro processibus in Camera exhibeat, facile impetrabit, quod volet.

Caut. 2. aut hoc modo agat: requirat ipsemet suum debitorem, vt sol-  
uat; & si, vt solent, fateatur se debere, insta apud eundem, vt præfigat tibi  
terminum, quādo velit satisfacere: hac conditione tamen, vt renunci-  
et omnibus priuilegiis & beneficiis iuris. Si termino præfixo tibi non satisfaciat,  
& si in vltiori mora fuerit, possunt in Camera processus executiui contra  
eum extrahi.

*Cautio.*

**S**I extraneus ab Imperio eidem subiectum & subditum in Camera conue-  
niat, is in Imperio, ne extra fines eius quærenda sit executio, satisfacere de-  
bet idonee. *Ord. p. 3. tit. 49.*

Pignore ex mandato recepto, pignoratus id se, si in citationis puncto  
succumbat, in eadem causa victori restitutum, cauere tenetur.

Cautiois nomine in constitutione arrestorum, ac generalis bonorum  
omnium hypotheca veniat, in arbitrio iudicantis est. vide D. 15. S. 1.

Captiuus ad mandatum ex *tit. 37. Ord. p. 2.* obtentum relaxandus, ad re-  
promissionem de se iterum sistendo (etsi in pignorationum causis aliter con-  
stitutum sit) non tenetur. vide D. 19. S. 1.

Cum de captiuo agi, aliudve eiusmodi periculum subesse dicitur, de ra-  
to cautio, loco mandati, locum non habet, sed puncto principali deciso in  
contumaciam, tum demum in reliquis admittitur.

Ante citationem ad cautionem se offerens procurator tempus breue  
impetrat, intra quod nisi se legitimet, poenam 2. fl. maiorem, & emanatæ si-  
mul, ad reassumendum, citationis expensas sustinet. An. 92. 3. S. D. 27.

Cautio oblata intra tempus certum, nec admissa per Procuratorem,  
habenda est pro præstita, ita vt statim à tempore oblatae cautionis currere  
incipiat, & si præterlabatur tempus oblatae, licet non præstite cautionis pro-  
curator mulctari debet. Anno 92. 3. S. D. 26.

Et melius est, si de tempore non conueniant, ne si vnus offerat intra de-  
cem dies, alter velit 6. admittere: tamen nihilominus ad cauendum est ad-  
mittendus, tantum vt cognitio de tempore saltem ad iudicem spectet.



An omnibus in causis procuratores ad cauendum admittendi: Et videtur in casibus, vbi periculum subest, vt in mandatis de relaxandis captiuis.

Item quando antea submissum est, & tantum opus est repetitione priorum, eo casu nisi mandatum statim exhibeatur; procedendum in contumaciam. Anno 92. 3. S. D. 27.

Quod si is, qui cauere tenetur, sit Episcopus, debet cauere & suo & Capituli, ac successorum nomine, & sub sigillo capituli. Ita factum in causa *Drehsel* contra *Elbungen* mandati *der Pfandung*. & in causa *Dienheim* contra *Bamberg* in puncto 1. & 2. mandati Anno 88. Et in causa *Cassel* contra *Wärgsburg* in causa compromissi.

Cautionem non esse iniungendam victo in possessorio, nisi victor etiam titulum probauerit, Oldend. putat *Clas. 2. act. 4. in fin. fol. mih. 20*. Camera tamen id indistincte facit. Imo cautio est iniuncta victo in possessorio, reseruatopetitorio per expressum Anno 70. 7. Nouemb. in causa *Grendelberg* contra *die Gemem zu Schirmeck* Anno 1573. 21. Ian. *Seiler*. De ista cautione, & quod illa in sententia iniungenda victo, (quamuis quidam victori eam putent imponendam) vide *Menoch. de retin poss. remed. 3. quest. 95. numer. 81. cum sequentibus*.

Cautiones, *iudicio sisti, iudicatum solui, rem ratam haberi*, sunt adhuc in vsu in Camera. Vfus earum cernitur in mandatis, in quibus si earum non fiat mentio, mandatum, tanquam non sufficiens, reiicitur.

In causa sequestri non sufficit cautio *de iudicio sisti*, sed requiritur rem saluam fore, per text. in *l. ult. C. de ord. Gail. 1. obs. 148. num. 4*. obseruatum in causa *Münden* contra *Braunschweig* 27. Ian. Anno 1582.

Cautio idonea quae iniungitur in sententiis possessoriis retinendae, debet fieri per pignora, vel fideiussores. Talis sententia lata in causa *Philips von Fleckenstein* contra *Hatgaten* & in causa *N. contra N.* Anno 66. 1. Februar. vbi Marchioni iniuncta cautio sub hypotheca omnium bonorum, exceptis feudis: Et Anno 66. 4. Dec. hypothecaria cautio omnium bonorum pro sufficienti acceptata.

### Cessio bonorum.

**A**N obæratu offerens se ad cessionem bonorum liberetur ab omnibus molestiis creditorum? Item quomodo creditori adiudicetur solutio obæratu? Ferner supplicatio D. E. contra *Nordingen* lest man es bey entlichen vorrigen decreten bleiben/vnd sol D. E. denselben innerhalb 2. tagen nochmahln ein würcklich genügen thun/auch dem Pedellen von newem Handrew geben / vor außtr ag dieser sachen auß der Statt Speyer nicht zuweichen/ jedoch sol die befriedigung des Nordings anden eltern oder befreyten creditoren an shren Forderungen vnabbrüchlig vnd er deswegen de restituendo soluto, im sahl der noth zu cauiren schuldig seyn / sonst ist D. E. sein begehren/der deputation curatorum vnd cession halben noch zur zeit abgeschlagen/sondern woser er förmlich anruffen würd / sol darauß ergehen/was recht ist. Nota, D. E. ad cessionem non posse admitti, nec ei curatores deputari, creditoribus non citatis, nec auditis, qui fortasse releuantibus exceptionibus cessionem poterant remorari.

Nemo recte curator deputatur, quam ipsimet creditores, ad quam deputationem iterum stari deberent. Quare is ante omnia citationem ad videndum fieri cessionem, & bonis deputari curatores, petere debet.

Licet



Licet cedens non subsit immediate Imperio, sed tantum ex connexitate causa: tamen potest hic in Camera fieri, etiam in puncto executionis. Ita factum in causa L. contra R.

Chirographum.

QVANDO ex aliquo Chirographo non nascitur actio, nemo tenetur illud agnoscere, *wird auch hie nicht darüber/ sondern darwider* coram Iudice disputari. *C. l. comparatur. C. de fid. instrum.* Et talis recognitio probat contra scribentem, *l. public. l. fin. ff. de pos. l. si quis ex cautionibus. C. de non num. pec.* maxime inter mercatores, ubi agitur bona fide. *Guid. Pap. conf. 303.*

Circumductio Termini.

CIRCUMDUCTIO in causis appellationum non habet locum. *Gail. lib. 1. obs. 59.* Ita putarunt domini in causa H. contra K. 28. Septemb. An. 58. rationes nullas adduxerunt. *Vide Mynsing. cent. 2. obs. 63.*

Citatio. Vide Ordinat. part. 3. tit. 12.

DE citatione generali ad totam causam. *Mynf. 4. obs. 33.*  
Citatio generaliter non cassatur, sed absolvitur Reus à citatione. Aliquando tamen cassata citatio, ut in causa *Reineck* contra *Ganerban vñnd Bawmeister* Anno 88. Cassatur autem citatio quando iurisdictio non est fundata: Absolutio enim præsupponit Iudicem competetem. Ita cassata citatio in causa *Wosgruber* contra *Bayern* 7. Ian. Anno 92. & cassata citatio in causa *Weschelrein* contra *Fugger* simplicis querelæ Anno 92. 2. Junii: quia Cæsar Cameram in iurisditione præuenerat.

Procuratore aut altera parte post conclusionem in causa mortis sententia, etiam sine citatione, proferri debet: secus utroque morte absumpto. *C. 90.*

Is de cuius iurisditione non constat, citatus, comparere ad allegandam exceptionem declinatoriã fori non tenetur. *gl. 1. C. de iniur. fact.* Ratio citandi est in *c. bonæ memoria. verb. singulares. & c. 1. de elect.* Quicquid contra illegitime citatum agitur, inefficax est, nec ad citationem, quæ iure improbatur, quis comparere cogitur, etiam ut alleget priuilegium, *c. bonæ memoria. 2. de elect.*

Dominus si præsens est, citandus est: si vero abfuerit, Procurator quem constituit, vocandus est: si vero non constituit Procuratorem, proceditur contra eum, tãquam contumacem: postquam vero per litis contestationem Procurator factus est dominus litis, tunc siue præsens, siue absens sit dominus, Procurator semper citandus est. *Bald. l. procuratorem. C. de procur.*

Citatio est fundamentum totius ordinis iudiciarii. *§. fin. Inst. de perpet. & temp. act. clem. pastoralis. de re iud. Schurff. conf. 38. Gail. lib. 1. obs. 48. nu. 1.*

Citationis finis est, ut citatus præsto in iudicio sit. Itaq; cum sententia ferenda est, ut sit penes eum, citare necesse est. *c. fin. de elect. in l. si ut proponis C. quom. & quando. Socin. in fall. reg. 357. Zaf. l. de vnaquaq. ff. de re iudic.*

Quamuis erratum sit in formã citationis, si tamen compareat illegitime citatus, valet. *clem. causam. de elect. Rom. conf. 410.*



Citatio illegitima non inducit præuentionem iurisdictionum. *Roman. consil. 412.*

Nunquam requiritur citatio eius, quo etiam absente & inuito actus expediri possit, *l. si. l. qui equam, num. 7. & 31. ff. de offic. procons. Dec. in l. qui potest inuitus. de req. iur.*

Sufficit principalem citare: an etiam ille citandus, de cuius præiudicio principaliter non agitur? licet in consequentiam. *l. si. l. nec qu. equam, numero 32. & 44.*

Subditus an possit dominum suum in ius vocare sine venia? Henning. *consil. 3. lib. 3. num. 1.* Item an vasallus dominum. Idem Hennig: *ead. lib. consil. 4. numer. 9.*

Citatus non comparens, si notorium est, quod non teneatur comparere, non est existimandus contumax. Item priuilegiatus citatus contra priuilegium suum, tenetur comparere, & allegare priuilegium suum. *Pan. & Fel. c. cum ordine. de rescript. Ioh. And. c. scienti. de reg. iur.* Hæc notanda in Camera in den **Abforderungen/vnd welche wider recht gefreyet seyn wöllen.**

Citatus ad totam causam mittens procuratorem ad vnum actum, puta ad declinandum forum constitutum, censetur contumax, nec admittitur talis procurator cum huiusmodi mandato. Ita fuit iudicatum in Camera 8. Iunii An. 31. in causa **Teutschmeister** contra G. Ducem S. Et antea in causa **Michel Hagenbach** contra **die Statt Basel.** Vide *Ord. tit. 69 par. 2.*

Citatio generalis comprehendit etiam in se articulum in ea non expressum An. 1540. in medio Decembr. citatus fuit nobilis quidam ad se purgandum in causa **Landfrieden** & in citatione fuit expressus vnus articulus, postea in termino Fiscalis etiam proposuit alium articulum suspicionis, quem etiam voluit admitti. Procurator autem citati dixit, se non habere mandatum ad respondendum illi nouo articulo, neque partem suam esse citatam ad hoc. Nos autem, quia videbamus, citationem esse generalem ad totam causam suspicionis, similiter etiam mandatum procuratorium admisimus, articulum etiam illum ad probandum, quamuis ad respondendum putauimus nouam concedi debere dilationem. Refert V.

Sex menses ad reproducendam citationem: Nota quod in Ord. Imperii dantur sex menses à tempore insinuationis appellationis ad reproducendam citationem **vnd die Appellation anhängig zumachen** quando dati sunt reuerentiales, nisi Iudex inferior præstiterit duos, tres vel quatuor menses ad proseguendam illam, tunc intra illud tempus oportet citationem extraxisse, vel saltem pro ea supplicasse, sed residuum sex mensium competit pro reproductione. Ita obseruari vidi in causa, quam ego retuli super desertione inter **G.** contra **S.** & faciunt not. *Pan. & Franc. in c. ex ratione de appell.*

Ægrotus citatus ad se purgandum: 26. Apr. Anno 1541. determinauimus, & propter ægrotudinem citati ad se purgandum in causa **Landfriedes** dedimus Commissarios, Duces Mechelbürgens. seu eorum Consiliarios, ad audiendum medio iuramento respondere articulis, & recipiendum iuramentum purgationis, V. Ref. in causa **Heinrich Schmeckers** contra **Henning Plessen** & conforten.

Citatio potest offerri seu repeti loco petitionis, quando pars non contradicit. *Ioh. And. in c. 1. de lit. contest. in 6. Dd. in auth. offeratur. C. de lit. contest.*

Citationi inferendus tenor libelli: *Bal. in auth. offeratur. C. de lit. contest.* inquit, quod tenor libelli, quando actor potest esse instructus, in principio ante comparitionem rei, est exprimendus saltem substantialiter in citatione, vt appareat



pareat causa, super qua citatur reus. Nam prima citatio fit sine causæ discussione, sed non sine causæ propositione: nec curandum, an causa sit vera vel falsa: quia principia iudiciorum innituntur ex narratis, non ex veris causis.

Mortuo Reo antequam citatio emanata ei insinuetur, euanescit, nec proclama decerni potest: quia executio ei facta non est: Imo, ne fieri quidem potuit. Nec sufficit, in domo eam exequi, quia sua amplius non est, sed sepulchrum potius: sed nec uxori relictæ recte fit, quia in citatione non est comprehensa, quod tamen requiritur, iuxta Marant. *in pract. in tit. de citat.* Citatio enim neminem alium arctat, præter eum, qui in ea nominatim descriptus est, Et ideo denegatum est proclama 2. Apr. Anno 69. Idem obseruatum est in mandato super pignoratione, in quo Comiti ab *Hohentoe* preceptum erat, vt pignora restitueret. Is autem antequam executio fieret, mortuus est, quia tamen filiis ipsius insinuatum erat mādaturum, petebatur declaratio pœnæ contra eosdem. Domini itaq; ex eadem ratione eandem denegarunt, quod filiis nil erat mandatum: & hoc amplius non constabat, quo ipsi pignorationem prædictam ratam habuissent.

Si aduersarii sunt incerti, citari debent per proclama vel edictum. Marant. *p. 6. de cit. nu. 89. & nu. 110.* Ita denegati processus in causa *Dina* contra *den Kirchen* soldaten.

So ein causa simplicis querelæ seu citationis in Camera pendens *ist/ als da ein Herrschafft Kirchengüter an sich zeugt / oder dergleichen / vnd die communion vber den Religionfrieden simpliciter citationem in Camera durch jren volmächtigen Anwalde außbringen lassen/ vnd die citationem exequirt, auch reproducirt, vnd in der sachen auch legitime procedirt worden/vnd aber inter procedendum aduersarius sich noch mehr hinweg zunehmen vnderstanden / dasselb auch ins werck gebracht/so ist zu mercken/ daß die Communion oder Herrschafft/ so den Schaden erlitten/vnnd sich solchs beklagen wil/nicht darumb ein newen Proceß anheben sol/vnnd de nouo citationem erlangen / sondern kan solches / wann zu beyden theilen noch nit ad probandum geschritten/ oder Commissarii ernennt / noch commission erkantz/ per modum additionalium commodissime geschehen / weil die Sach ex vno eodemqne fonte herfleust/ Vnnd punctus attentatorum in dieser Sach hat gar nicht statt: secus in causis appellationum. Et posito, da sichs begeben/daß die Probation geschehen / vnnd die Commission, als *Elägerin*/attentationum albereit dargethan vnd erwiesen/wie auch der Beklagte in puncto defensionalium, daß also de nouo procedirt werden müste/ so kan doch secundum qualitatem causæ dieselbe probirt/vnd documenta in vim probationis hierzu in dieser sachen repetirt werden.*

De citationibus ad reassumendum, & earum in continenti facta declaratione. Nota, daß in allē sachen/da ein Procurator obgestorben / citatio ad reassumendum nicht allein oretenus, sondern auch in continenti à iudice erkannt werden *Wann* auch die Partheyen absterben/so erkennt mans in allen Sachen in continenti. Quid autē si citatio emanasset, & antequam parti aduersæ fuerit intimata, eadem pars compareat, quid deinde impetranti agendum? debet ad completionem actorum impetratam citationem reproducere, & expensas suo tempore reddendas referuare. In causa *P. von Dicker* contra *A. von Dambach* / als vormünder weiland *Philipsen von Dambach* Kindern / denegata petita citatio. Ratio, quia aut immediate vtraque pars imperio subest, & habent *Auftrag*: aut non sunt, & adeundus erit ordinarius. Quando vero continentia causæ allegata, quod bona sub diuersis dominis sita, nulla est  
nam



nam continentia causæ non in bonis, sed in personis considerari atque perpendi consuevit. R. D. S. 13. Octob. Anno 70.

Cum in causa **Fraw A. Wittib vnd Grauin zu B.** contra **den Churf. zu C.** peteretur citatio & inhibitio, quod Commissarius excessisset fines mandati, admittendo scilicet allegatos articulos in examine, qui in Camera nõdum producti, neque ad probandum admissi: quia tamen frustranea videbatur appellatio, cum ius ætrici vel appellati saluum esset opponendi exceptionem, scilicet nullitatis, etiam post publicatas attestations, processus denegati sunt. R. A. 27. Octob. Anno 1570.

Citatus ad domum dicitur fiste contumax, ideo à sententia intra decem dies à die scientiæ appellare potest. Vant. *de nullit. senten. ex def. cit. num. 92.* vide *tit. 38. p. 1. §. zum siebenden.* Vide votum in causa **Trief** contra **Drachensfels** Anno 92. in interloc. vbi plene disputatum.

A citatione an appellari possit? Ad decisionem huius quæstionis sciendum, quod in foro seculari ius Ciuile, non Canonicum sequamur, in appellationibus recipiendis, vel non. *Guid. Pap. decis. 71. nu. 1. in fin. concord. ord. p. 2. tit. 28. §. fin.* Et de iure Ciuili non est permessa appellatio ab interlocutoriis, nisi in casibus à iure expressis, *Guid. Pap. d. decis. 71. n. 2.* quos casus ibi refert, inter quos casus neutiquam reperitur appellatio ab aliquo decreto, vel insinuatione citationis, seu ab ipsa citatione permessa. Imo *Bart. in l. ante sententiam. nu. 12. ff. de appell. recip.* & ibi additio *lit. C. & D.* tenet citatio omnino valere, & citatum debere comparere ad allegandam incompetentiam, etsi in patria iudicis esset notorium, citatum iurisdictioni citantis non esse subiectum. Notorium enim ab onere proponendi non releuat. Quæ regula fallit, primo in his ratione quorum incompetencia non in facto, sed in iure fundatur, id est, de quorum exemptione notorie ex iure constat, vt quia illa iuris corpori inclusa atque per consequens notoria est. Exempli causa: Clericus exemptus non tenetur comparere ad citationem extra territorium, ad proponendum scilicet priuilegium fori, cum de ipsius exemptione ex ipsa lege constet.

Secundo fallit, si pars citetur ad locum notorie non tutum: ibi enim releuatur ab onere proponendi incompetenciam fori. Tertio fallit, si Iudex nimis breuem terminum assignet. Quam limitationem intellige secundum distinctionem. *Ang. in d. l. ante sententiam. nu. 29.* vide eundem, *ibid. nu. 24. & 26.* & ex hac causa processus denegati in causa **Fincker** contra **Kampshouer.** Et in causa **Siecken** contra **Eiffelin.**

*Citatio pro iuramento relaxando ad effectum agendi.*

CITATIONES decernuntur quando vtraque pars mediate imperio, vel Reus saltem mediate subiectus, ita inferior in illo casu, quamuis alias Iudex ordinarius Iudex nõ sit. Ita processus decreti in causa **Aigberts d. h. A. men Manns** contra **Wamungen**/qui fuit nobilis mediate Ducatus Bauariæ.

Citatio ex l. diffamari etiam decreta contra eum, qui nulla ratione imperio erat subiectus, vt in causa **Röblin** contra **Harpff.** Item ratione denegatæ iustitiæ, processus decreti sunt super l. diffamari fundata iurisdictione ex capite denegatæ iustitiæ. Citatio ex l. diffamari decreta super iure communi in causa **H. E. H. zu B.** contra **Duernheim** iniuriarum. Citatio etiam ex hac lege ei decreta est, qui non est status imperii, vt in causa **B.** contra **B. 20. Aug.** Anno 88. vide rationes in supplicatione.

Quod si diffamatio alicui per modum contradictionis obiiciatur, an hæc locum habeat? Domini distinguendum putarunt: Quod si ista exceptio talis







petere iurisdictionem, siue princeps sit, siue priuatus, contra quem supplicatur. Imperator enim potest esse Iudex in causa propria *l. proxime. ff. de his qua in test. delent.* In istis enim casibus dimidia pars pœnæ venit applicanda fisco Cæsaris. Talis citatio decreta in causa **Lübeck** contra **Borckwald** / vbi **Borckwald** condemnatur in 4. marcas auri puri 9. Octob. Anno 88.

Pro confirmatione, vel potius citatione ad videndum confirmari, supplicatum An. 91. 10. Dec. die *beschehene* renouation *vnd beschreibung etlicher Güter* / id est, simplici & per edictum contra omnes quorum interest, **Haxfeld** contra **Amerzbach**. Et quamuis diu per dominos deliberatum, eo quod reditus & priuilegia priuatorum non facile solent in Camera confirmari, tamen propter causæ continentiam & tam varios & incertos interessentes, dicta citatio ad videndum se confirmari, fuit decreta 22. Ian. An. 22. quod nota.

Citatio ad videndum se incidisse decreta in causa **Johan Weisters vnd Philips Slachen** contra **Lüsselburg** 13. Dec. An. 88. vbi reus absolutus.

Si quis impetrauit citationem ad videndum sibi dari curatores ad litē, & veniente termino nemo comparet, potest petere, vt citatis in contumaciam ex nobili officio iudicis curator ad lites clementer deputetur: & talis quondam interlocutoria in contumaciam lata est. *In Sachen weiland Herrn N. Hunds nachgelassener Sohn* / in actis benannt / *Ist D. B. N. als weiland nachgelassenen Söhnen zu curatoren ad lites, auff alle vnd jede an diesem Kay. Cammergericht zwischen ihnen vnd gedachten Klägern rechthängigen sachen von Rechtswegen, jedoch / das er sonderlich Gelübde vnd Eyd thue / verordnet.* Et nota quod D. B. non statim post latam interlocutoriam, vt alias fieri solet, iuramentum consuetum præstitit, sed ad instantiam aduersarii, cum ex officio à iudice ad lites filiorum N. deputatus sit: & an iuramentum tale more solito præstare velit, petit deliberatorias ad proximam, quas obtinet.

Citatio ad videndum decreta cassari contractum quorundam pupillorum citra consensum *der Vormünder* / in causa *der Westernachischen Vormünder* contra **Graff S. von Eisenberg** & consortes.

Citatio ad videndum se incidisse in pœnam priuilegii si petatur, (vt puta si subditus supplicantis alium subditum eiusdem coram alio tribunali contra priuilegium conuenisset) & opponuntur exceptiones declaratoriæ & auocatoriæ. Item priuilegium insinuatum iudicibus: eo autem non attento, iudices competentes sententiam pronunciant, seruato iuris ordine appellandum est ab hac sententia, & non petenda citatio.

Citatio ad videndum se ordinari in tutorem. In causa **Keipolskirch** contra **Falckenstein** citationis ad videndum ordinari in tutorem, petebat Dn. à **Keipolskirch** iuuenis 17. annorum Comitem à **Falckenstein** pro tutore, vna cum duobus nobiles: mater domini à **Keipolskirch** obstabat filio: verum non obstantibus exceptionibus comitissæ, putarunt Domini, Comitem à **Falckenstein** deputandum, cum pro rationibus tutelæ domino à **Keipolskirch** obligatus sit, quo nomine ipse iam Comes debitor est minoris. Existimarunt domini, duos nobiles vassallos Comiti, tanquam contutores, adiungendos, præcipue ea quoque ratione, quod Comes se sua sponte ingereret, quod suspicionem non caret. Vide patrocinium pupillorum Damhuderii. Ratio etiam deputationis duorum nobilium desumpta fuit ex *l. libertum. 14. ff. de excus. tut. in princip. & l. liberos. s. C. eod. tit.* argumento scilicet sumpto à liberto ad vassallum, quod concludens est, quoties eadem subest ratio, ac contra rationem argumenti ab vno ad aliud, vel iure communi vel iure feudorum respectiue diuer-



diuersum expresse non est dispositum. Quod si hoc argumentum non sufficiat, magis concludens illud est, quod saltem vt extranei, licet non vt vasalli, veniant deputandi, siquidem illorum excusatio in alio extraneo pro satis releuanti vix haberi posset. Accedebat, quod vasallus propter beneficium ex naturali obligatione ad antidora, ac debita gratitudine magis, quam alius extraneus ad onus curæ domini minoris subeundum teneatur. Sententia lata 4. Febr. Anno 86.

Interdum *vid* citatio ad videndum se incidisse in pœnam mandatorum am *Kays. Hoff* außbracht / aber doch ins *Cammergericht* citirt, vt factum in causa *Zöllern* contra *Fürstenberg* 5. Maii Anno 71.

In causa citationis ad videndum se incidisse in pœnam *Kaysers. Schuß vnd Schirms*, quando scilicet agitur conditione ex lege seu priuilegio Cæsareo probanda sunt 4. 1. Priuilegium esse concessum. 2. parti legitime esse insinuatum, 3. Contra tenorem priuilegii à reo, vel quod idem est, iussu & ratificatione rei attentatum 4. Idque ex proposito & dolo malo factum esse. Non enim incurrunt pœnas constitutionum, qui non sunt dolo versati, *Bald. in l. fin. ff. quod quisque iuris, &c.*

### Ciuitas Imperialis.

**A**N ciuitates imperiales habeant die *Hofe Landtsfürstliche Obrigkeit*? Semper ego fui in illa opinione, quod habeant, sed quod illa resideat penes Imperatorem: multiq; alii Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem iuri & praxi consentaneam: Attamen Catholici aliud & contrarium asserunt in ciuitate Colonensi, adeo quod nisi hoc illis concedatur, Catholicam ibidem conseruare religionem nullo modo possint, & ideo vigore huius *Landtsfürstlicher Obrigkeit* fiscum constituerunt in hac ciuitate contra hereticos, quo illos compescunt, cum alioquin ius fisci sit regale penes solum Imperatorem. Consultius tamen facerent, si hoc ius fisci sibi per priuilegium curarent tradi ab Imperatore, ne alia ciuitates illius vestigia sequerentur, & consimilia tentarent contra Catholicos, quod hi faciunt contra hereticos.

An ciuitates imperiales hactenus Catholicae possint nunc demum mutare religionem? De principibus nunquam dubium fuit: secus autem de ciuitatibus imperialibus.

An ciuitas *Niderwesel* sit ciuitas imperii? Reperitur quidem in matricula imperii, & præterea dicunt, quod in causis illorum, quæ Aquisgrani deciduntur, immediate appelletur ad Cameram. Ergo ciuitas est imperialis. Resp. Aquisgranenses ex priuilegio quorundam Imperatorum habere aliquod iudicium, quod vocatur *Schöffensstul* / vbi quælibet partes, præsertim vicinæ, quales sunt *Vesalienses*, se mutuo conueniant, & ab illo Cæsareo priuato, quod est instar *Rotvilensium*, appellent ad Cameram imperialem. Et ita *Vesaliensium* causæ ad Cameram non tamquam ipsi immediate imperio subiecti sint, sed ex priuilegio iudicii per appellationem recte deuoluuntur. Sin vero litigant *Vesalia*, appellatur inde ad Ducem *Cliuensem*. Et hic nota, partes sæpe posse se mutuo conuenire coram iudice aliquo, qui tamen illorum Dominus non est prout rustici sæpe habent *ein Oberhoff* / vbi illorum causæ etiam in alieno territorio agitantur. Sic nobiles mediati in *Ehehafften vnd Schuidesachen* conueniunt *Rotvilæ*, nisi obstat priuilegium aliquod.

*Freie Reichs Stätt* werden genannt, die nichts vom *Adeler* in insignis haben / olim sub iugo Episcoporum vel aliorum fuerunt, & postmodum libera factæ.



Simpliciter aber Reichesstätt / die einen ganzen Adler / oder etwas davon führen / vt Nürnberg. Hinc in genere dici debet, die Erbare Freye vnd Reichsstätt.

### Clausula.

**C**LAUSULA salutaris nullam omnino deinceps vim in supplicationibus habere debet, nullumque effectum. R. 52.

Clausula, **Sampt vnd sonders / vnd je einer für alle.** Hæc clausula est firmissima in obligationibus, quæ singulos fideiussores in vniuersum, & non in capita obligat, **dann wo der Fall kompt / daß etwan fünff oder sechs für einen Bürg werden / vnd die fünff sterben oder verderben / vnd bleibt der sechst der soluendo ist / so muß er dem Creditori das ganz Debitum zahlen :** alias si hæc clausula abesset, nihil magis quam suam portionem deberet.

De consuetudine obligationis clausula inseritur, quod Actori, quoad expressa damna & expensas afferenti, nudæ eius assertioni stari debeat. Talis autem cōuentio de stando super damnis & expensis simplici verbo alterius partis tenet, & valida est. tradit Socin. Senens. *conf. 90. num. 12. vol. 4. Can. in c. 2. de fid. instrum.* quapropter & in Camera ita iudicatum in causa **Jugold Fuchs** contra **Stolberg** 1. Septemb. Anno 74.

Clausula, *ex certa scientia*, habet vim derogatoriæ clausulæ. *glo. in l. fin. C. si contra ius & util. pub. Dec. conf. 390. num. 14. & conf. 313. num. 7. & 8.* vbi dicit, quod factum est ex certa scientia Principis, in dubium reuocari non potest, & non debet audiri quis contra illud, quod Princeps facit ex certa scientia, iure debet repelli, & illi perpetuum silentium imponi. Vide *Bal. in c. cum super. nu. 1. de caus. propr. & possess.*

Per clausulam, *super quibus omnibus & singulis petit sibi ius & iustitiam administrari*, existimatur omnis actio intentata, qua quis melius expeditiusq; obtinere possit, nec cumulationis exceptio admittitur (*Aret. conf. 103.*) Hæc not. *Alciat. in l. edita. nu. 104. C. de edendo.* Et causidicis notandum putat.

Clausula; **vnd solches** in contumaciam. In interlocutoria nunquam additur, **vnd solches** in contumaciam, nisi quando omnino nullus Procurator comparuit. Audiui tamen sententiam talem: **Ist der Krieg Rechtsens vor befestiget vorgewandter Eynrede vnverhindert angenommen / vnd solches** in contumaciam, si expositio est apposita. Ergo comparuit. R. primum comparuit Reus & opposuit expositionem, mox mortuus, tunc hæredes citati fuerant contumaces.

### Clericus.

**C**LERICVS venditor, cui per emptorem laicum denunciatur lis mota super re vendita, coram Iudice laico tenetur emptorem defendere, per ea quæ tradit *Panor. in c. fin. de emp. & vend. Et Bal. in l. prima. C. vbi in rem act.* Quæ opinio approbata in Camera in causa **Lorenz Morings Priester** contra **Marsgreth Statsch** 8. Iunii Anno 73.

Si clericus osculatur mulierem, præsumitur causa benedictionis hoc facere, inquit *gloss. in c. absit. II. q. 3.* quam refert *Ang. de Aret. in tract. malefic in verb. che hai adulterata la mia donna. vers. an patri liceat.* vbi iocose subdit, quod à tali benedictione liberet nos Deus, &c.

Colle-



## Collectarum Exactio, Solutio &amp; Receptio.

**T**ALLIÆ & collectæ quando à principe suis subditis possint imponi, vide Aym. Publicium in consuet. Aruern. tit. 25. art. & Chassan. in tit. des iustices. § 4. vers. iuxta sæpius dicta.

Nobiles habentes merum & mixtum imperium, an possint collectare suos subditos, vide infra verb. *Iurisdictio*.

Sed quid si Imperator expresse vna cum regalibus nobili etiam cõcessit ius talliandi, an possit collectare suos? Et videtur quod non, quia ius collectandi non semper competit principibus, sed tantum in casibus publicæ necessitatis. Vide Aym. Publicium in consuet. Aruer. tit. 25. art. 1. num. 7. Chassan. in consuet. Burg. in rubr. des iustices. §. 4. vers. *hodie*. fol. 29.

Captiuus dominus pro sui redemptione quando possit collectas imponere suis subditis, & an possit, quia captiuus, vide Publ. d. loc.

Dominus collocans filiam nuptui, an collectare suos subditos possit? Stare hoc consuetudine. Et an hoc de primis, vel etiam secundis nuptiis filii intelligendum sit? Item si filiam faciat monacham? Publ. d. loc. n. 10. & seqq.

Quid si dominus spuriam habeat, an teneantur subditi eam elocare, cum causa dotis & alimentorum à pari procedant? Publ. d. tit. 25. art. 2. nu. 14. Chassan. in rubr. des iustices. in verb. *Mariage diuine*.

An mortuo patre antequam filia nuberet, filius postea possit à subditis collectas petere, ratione sororis dotandæ. Item an pater possit id exigere, nondum existentibus filiabus nubilibus, & sic ante tractatum matrimonii. Publ. tit. 25. art. 2. num. 15. & 16. Item num filia ipsa patre mortuo? d. titu. 25. art. 14. num. 2.

Quid si plures filias habeat, an ad singulas nuptias debeantur collectæ? Publ. tit. 25. art. 3. num. 2.

Vtrum collectæ, **U**nderhaltung des Cammergerichts / censeantur priuilegiatæ, sicut aliæ subditorum imperii collectæ? conclusum quod non, sed quod sit causa ordinaria, concurrens cum aliis collectis non priuilegiatis & perpetuis.

Ducis LB. Consilarii supplicarunt contra Ciuitatem LB. narrando recessum 44. **von Defensif/Item Offensif/Item vom vorrhat vnd Bawgelt** / quæ sine omni expositione persolui, & quod superiores à suis subditis colligere & exigere possint, sed d. Ciuitas sæpe requisita nolit soluere & cõtribuere ipsis & superioribus. petunt mandatum decerni & impartiri. deliberatum est ex perpenso recessu An. 44. an isto casu habeamus iurisdictionem iuxta literas recessus, quia Camera non tribuitur iurisdictionem, nisi quo ad Fiscalem, non autem quo ad priuatos conquerentes, quia ordinaria via inter se agere debent, tanquam pro controuersa possessione. & si aliquis superior sit aliquorum, qui nolunt soluere; tunc debitis viis & modis subditos ad hoc cogere potest, sc. mulctis, pignoribus, comminationibus, & præceptis solitis. Sic isto casu consilarii Ducis asserunt Ciuitatem LB. esse sibi subditã, vt duces non omnino illius potentes sint. & si Ciuitas conueniatur, nõ potest alioquin, vt putarunt, alium iudicem habere quam Cameram, & ideo domini mādatum decreuerunt cum clausula. Allegauit Zasius vidisse exemplũ & casum, quod etiam Dominus contra suos subditos nolentes soluere & contribuere in huiusmodi collectis decreti sint processus citationis & mādatum, & maxime si tales subditi per se immediate teneantur collectas dare. Quia hoc casu Fiscalis etiam cõtra eos procedere potest, id quod etiam sæpe ad petitionẽ superioris



rioris (qui alias non possit propria autoritate eos cogere.) Fiscalis solus, vel yna cum superiore facit, quia recessum intelligit, vt se non solum ad ipsos superiores & immediate status, sed etiam subditos contumaces extendat.

### Comitatus.

**Q**VOMODO & de quibus comitibus agatur in Camera? Cum aliquando consultus DM. quænam esset ratio, quod cum in Ordinat. expresse prohibitum esset, ne de ducibus & comitatibus ageretur in Camera: appareret tamen, quod præter alias, vt illa inter Ducem Lotharingiæ & Comites de H. ageretur *die Graffschafft S. betreffend*. Respōdit primo mente tenendum esse, non omnes comitatus esse *Reichs Lehen* / sed quosdam esse *Eigenthumb* / ita vt bene de illis in Camera agi possit. Secundo posse eiusmodi causas bene per viam appellationis ad Cameram deuolui. Verbi gratia, cum aliquando contentio esset inter Ducem Iuliacensem & Comitem de N. ratione comitatus M. causa illa fuit delegata ab Imperatore Comiti Palatino, qui cum processisset in d. causa, præfato Duci Iuliacensi iniunxit litis contestationem, à prima sententia Dux appellauit ad Cameram, tãquam à delegato ad delegantem propter concurrentem iurisdictionem, ibidem pronunciatum fuit, bene iudicatum & male appellatum, & causa remissa fuit ad D. Palatinum.

### Comminationes.

**C**OMMINATIO confessatorum in puncto responsionum semper adhiberi debet. *Ord. p. 2. tit. 28.*

Paritione in primo termino non docta, nec exhibitis litium exceptionibus, comminatio euentualis subiungenda. C. 76.

In processu mandatorum cum clausula, Actor, cuius contumacia ob non productum ante omnia libellum accusabitur, sub comminatione vtraque, tam cassationis mandati, quam absolutionis à citatione, libellare porro iubendus est.

Negata per decretum prorogatione vltiore, comminatio nulla adii-cienda, sed quæ primi termini concessioni vel expresse annexa, vel tacite comprehensa fuit, repetita censetur.

Comminationes abundantes & superflue vitandæ: ideo si in primo termino à Iudice præfixa comminatio annexa, vt saltem à Procuratore tempus obtentum, tunc si postea prorogatio eiusdem termini petatur, primi sci. non amplius repetenda prior comminatio, *mit dem Anhang 2c. sed sic, laß man es bey dem N. Lagerhaltener Zeit bleiben* / quia primo termino semper comminatio præfixa, si à iudice datus est, si oblatus à Procuratore, subintelligitur comminatio, ideo eius repetitio in prorogatione est superflua Anno 83. in antiquis f.

Comminatio in punctis responsionum debet esse non sufficientium responsionum, sed conclusionis in primo termino. Anno 83. f.

Comminatio *auff Libell zu handeln* / Procuratore apud acta existente, sub pœna confessatorum & præclusionis viæ producendi defensionales. Idem etiam fieri debet *auff causal zu handeln*, quando tempus præfigitur in causis pignorationum.

Quando



Quando autem nullus Procurator apud acta existit, tunc talis comminatio non solet fieri sub comminatione praeclosureis via defensionalium, nec etiam sub poena confessatorum, sondern dasz lis pro contestata angenommen/ vnd das Gegentheil zu fernerer Handlung gelassen/ hoc est, ad probandum articulos positionales. Et si postmodum contumaciam purget, potest defensionales producere. C. 83. E.

In puncto exceptionis contra responsiones sola conclusionis in primo termino comminatio locum habet. C. 83.

Comminatio quando tempus petitur auff Probation vnnnd Exceptions schrift zuhandlen, debet esse non sub poena conclusionis in causa, sed praeclosureis via. C. 83.

Comminatio producendi libellum in causis simplicis querelae, fit sub poena absolutionis à citatione.

Comminatio causales producendi est sub comminatione seu poena perpetui silentii.

Comminatio auff causales zuhandlen/ est poena confessatorum, & praeclosureis via producendi defensionales. C. 83.

Commissariis pluribus simul nominatis, si contra eos releuanter exceptum sit, ita vt vno solo idoneo placeat alios nominari in locum reliquorum dubitatum fuit de comminatione, & conclusum, non dandam comminationem praeclosureis via probandi, sed tantum via nominandi, dasz ime der weg andere zu ernennen hiemus benommen seyn soll/ & quod ille deputatus esse debeat, vnd dasz N. hierauf verordnet seyn soll/ Anno 93. S. 3. D. 43.

Probation vnnnd Exceptionschrift post publicatas attestaciones non conclusionis in causa sed praeclosureis via comminatio apponenda. C. 83.

- N. { 1. Comminatio simplex fere est.  
2. Debet esse peremptoria siue finalis.  
3. Ex superabundanti, cum adiectione denuo finalis comminationis.

Comminatio praeclosureis via probandi vel aliud quid agendi fundatur per l. mancipiorum. ff. de opt Legat. vide Abb. in c. dilectus. n. 4. ext. de fide instr.

Wann sub comminatione praeclosureis via probandi dem Sempronio mit seiner B. weisung zu vollfahren/ Commissarien zu ernennen/ vnnnd Commission zu bitten/ angesetzt were worden / oder selbst praedicialiter angenommen hette / vnnnd also die Zeit purificiren/ vnnnd in rem iudicatam ergehen lassen/ vnnnd also nach purificirter Zeit nominationem Commissariorum einbringen wolte / vnnnd Titius darauff replicire/ weil die Zeit purificire / so bitt er Sempronium in sezigem seinem Vorbringen nicht zu hören / sondern ime Titium bey Iudicis Bescheid gnädig hand zu haben. Sempronius duplicire/ mit Wiederholung der Nomination / vnnnd submitire drüber/ wird ihm also sein Begeren abgeschlagen der Probation halben/ vnnnd ad concludendum 6. Wochen oder dergleichen angesetzt / so kan er sub praetextu conclusionis, waser mit briefflichen Urkunden erweisen kan / nachmals animo concludendi in vim probationis eyngeben/ recognitionem sigillorum bitten/ vnnnd cum oblatione, si quid facti, &c. zu Iudicis gnädigem Erkenntnuß setzen. Vnd ob gleich Titius auch darüber concludirt dem Sempronio die Beweisung abzuschneiden/ also seine Innlagen cum oblatione in vim probandi eynkommen nicht anzunehmen/ sondern zu verwerffen bitt/ so releuirt doch solch Intent nicht in tam fauorabili puncto, vnnnd wird also zugelassen/ vnnnd ihm Titio auch pure vnnnd simpliciter darauff zuschliessen angesetzt.

Commis-



## Commissarii.

COMMISSARIIS pluribus iuste recusatis, si ex his vnus tantum idoneus putabitur, in recte recusatorum locum, sub comminatione vnus illius deputandi nominari iubendum, nec tamen id passim, sed regulariter solus ille recte in Commissarium ordinabitur, neq; facile permittendum, vt plures nominentur propter moram, sed sibi imputet, quod suspectos nominauerit, Anno 92.3.S.D.43.M.62.C.90.

Commissariorum nomina in schedula annotata danda coram deputatis exhibeantur B.85.

Commissarii & commissiones sollen von den Deputirten mündlich begere werden B.58.

Commissarii in commissionibus aduersario tempus idoneum præstituerere, nomina testium mittere, testes super articulis & interrogatoriis diligenter examinare, eorumque dicta ac ius ad publicationem vsq; arcane habere conseruareque iubendi. M.79.

Commissarius inferior non potest examinare testem iam editum inuitum. Gail. 1. obs. 98. & quando eiusmodi testes cogendi. Vide infra verb. Testis.

Contra nominatos zu Commissarien soll in Schrifften / vnd nicht mündlich excipit werden. B.85.

Commissarii ad examinandos testes nominari debent à parte producente testes: non autem ab aduersario. Iudex autem non nominatus, vel ab aduersario nominatos dare ex officio.

Si Commissarius commissionem suscipere recuset, aut cœptum examen ad finem perducere nolit, dœrnitur contra illum pœnale mandatum in Camera vt commissionem suscipiat, vel examen finiat, vt factum in causa E. contra P. 30. Aug. Anno 66. & in causa G. contra BB.

Examinatori creditur, si in actis scribat, testem esse leuis opinionis, quia forte hoc deprehendit in actu depositionis. Abb. c. licet. n. 36. ante fin. ext. de probat. c. quoniam contra. nu. 34. cod. tit.

Commissarius si fines commissionis vel mandati excedit, non opus est appellatione, cum salua sit exceptio nullitatis post publicatas attestations. Ita processus denegati in causa Frau A. Wittib / Gräffin zu W. contra Churf. zu Cöln 27. Octobr. Anno 70.

Quando Commissarii in contumaciam ordinantur, tunc non adiungitur clausula, salua adiunctione Notarii, quia semel contumax amplius non auditur, nisi contumaciam prius purgauerit, semperq; habetur pro absente. Ita in causa Jörg Johann contra Luader 30. Maii Anno 89. omisla d. clausula. In eadem tamen causa inter easdem partes commissio decreta, & Commissarii ordinati, salua adiunctione Notarij, & sic contraria extant præiudicia. Idem factum in causa Kirberg contra Poland Ref. D.M.D.R. quæ sententia quoque verior videtur.

Commissariorum punctus, sodarinn submitteirt / soll vnverzüglich befürdert vnd in extraordinari Räthen ertediget werden. V. 64.

Commissarii sollen ex officio nicht leichtlich erkannt werden / wann die exceptiones contra nominatos nicht erh. blieb.

A Commissariis Imperatoris appellatum esse in causa Costens contra Wolgemuth 7. Ianuarii Anno 89. reproducta citatio. Commissarii fuerunt conte de Zinbern, Apt zu Sallmishweiller / vnd Statt Oberlingen. Anno 1498.



1498.30. Maii causa pronunciata non deuoluta, tanquam nulliter esset appellatum à Commissariis Cæsaris.

Commissario post publicationem aduocare vel procurare licet.

Commissarius in Camera ad literas inuocatorias, seu mutui compassus ordinatus, quando procedere debeat, vide infra in verb. *Testis*.

Commissarius iniuriatus (Camera sc.) potest iniuriantem in Camera conuenire. Vide infra in verb. *iniuria verbales*.

*Contra Commissarios exceptio.*

**C**ONTRA nominatos zu Commissarien soll in **Schriften vnd nicht mündlich** excipiri werden. B.85.

Exceptiones contra Commissarios non debent fieri in genere per Procuratorem (sub pœna ordinationis) **daß sie verwandt seyn / sed in specie, oder ihr Angeben in continenti bescheinen.**

*Commissio.*

**C**OMMISSIONEM petentes quo in puncto & super quibus articulis petant, coguntur exprimere. V.6.

Commissio in nouis non verbaliter, sed vel in scriptis **neben anderer Handlung /** vel coram deputatis peti debent.

In commissione semper clausula annectenda, *salua adiunctione Notarij.* Fallit tamen. 1. Quando commissio in communi forma decerneretur. 2. Fallit in causis litigiolæ possessionis, quia processus litigiolæ possessionis est quædam q. inquisitio Iudicis ex officio. Ita omissa 2. Octobris Anno 90. in causa **Rosenberg contra Räden / & in causa Hohentoe contra Brandenburg Anno 92. Teutschmeister contra Pfalz /** litigiolæ possessionis **des geleitens halben /** 1. Decemb. Anno 90.

Denegata clausula, **brüffliche Urkunden zu transumiren /** in commissionibus. Cautela: **So einer viel Sachen wider den andern hat / vnd wann es ad probationes kompt / ihm in einer Sachen clausula transumptionis zugelassen / in der andern aber nicht / kan er in der jenigen Sachen / darinnen ihm commissio cum tali clausula erkant worden / alle seine literaria documenta, damit er etwas zu probiren vermeint / auff einmal transumiren / vnd die hernachmals expensis suis zu jeder Sachen in sonderheit registriren lassen.**

In commissionibus **brüffliche Urkunden zu transumiren /** non opus est, vt adfit Notarius creatus: & licet multe subtilitates quærantur à Saxonibus & aliis, **ist es doch nichts / vnd man fragt in Camera nichts darnach.**

Commissionem etiam decerni in causis appellationum, & sæpe etiam testes prius productos reproduci, nec attendi ius Canonicum constat.

Commissarij **sampt vnd sonders verordnet:** Commissio tali modo facta in omnium Commissariorum nominatorum personas dirigitur: sed cui Procurator voluerit, mittet commissionem exequendam.

**L**ien der **Com-**



## Commissio in communi Forma.

**C**LAUSULA, *briefliche Brkunden zu transumiren* / an annectenda sit commissioni in communi forma, an vero commissioni in meliori forma, an. 92. I. S. D. 23. quod de inceptis commissioni in communi forma inferi non debeat, cum ei tantum conueniat, quæ in optima seu meliori forma est.

Commissio in communi forma dicitur, quando aut testes tantum, aut etiam ocularis demonstratio permittitur.

Commissio cum clausula, *briefliche Brkunden* / simpliciter est etiam in communi forma. Et tunc non licet Commissario tertium, qui non est in lite, cogere, vt edat instrumenta. Distinguunt igitur domini, quod si alicui commissio decernatur cum clausula, *briefliche Brkunden zu transumiren* / quod sit in communi forma, & Iudex vel Commissarius saltem documenta partis transumere possit: secus si in optima forma decerneretur, quia tunc & tertium ad edendum documenta cogere potest. Gail. tamen *obs. 96. nu. 1.* non distinguit. vide ibi. Et secundum istam distinctionem pronunciatum 9. Ian. An. 68. vbi commissio decreta in communi forma, doch cum clausula transumendi, & in causa *Cassel contra Krelsheim & Consorten / die abschaffung des Juden zu D. betreffend* Anno 83. 18. Martij.

## Commissio in optima Forma.

**C**OMMISSIONES in meliori & optima forma petentes causas iustas allegabunt, aliter non obtinebunt.

Probatoriorum transumptione in productis obtenta, eorum designatio Cancellariæ exhibenda, & ad protocollum registranda.

**Wann man bitt** simpliciter commissionem in optima forma, darumb die *nothwendige clausula, als Auffnehmung brieflicher Brkunden.* Item clausula, *Eynnemmung des Augenscheins* darunder nicht verstanden werden / sondern müssen die in specie, welche man deren vnder obbenandten von nothen hat / benennet / vnd solche derselben inseriren zulassen begert werden / vnd es solt es à Procureatore ex aduerso per generalia widersprochen / mag darüber submittere werden / oder so durch den Procuratorn oder Partheyen ein solche Clausul außgelassen / man aber derselben bedürfftig / kan supplicatio pro assertione clausulæ talis petite commissionis eyngeben werden. Ita etiam obseruatum in decreta commissione in communi forma in causa *Sachsen Lawenburg contra Wechelburg & Consciren* / turbata possessionis, da bey *Wittung* der andern Dilation ein Originalschreiben à Commissario ad producentis Procuratorem abgangen 2. August. Anno 95. vberreichte / vnd dabey à d. Procureatore recessirt / daß darauß erscheine / daß Commissatio ohneden *Abriß* streittiger Possession nicht ins *Werk* gericht werden könne / vnd deswegen der andern Dilation berürte Clausul eynzuverleiben gebetten / auch 17. Maii Anno 96. also erkandt.

Commissio in optima forma decreta in causa *Dorekhan* contra *Bernsfelde* 29. Ian. Ann. 73. Tenor commissionis erat: *Als dann die Zeugen in gewönllich Gelübd vnd Eyd / auch alle vnd jede briefliche Brkunden / so zu solcher Beweissung dienstlich vnd noth / was deren auff ewer erfordern oder sonst von der Producenten wegen für euch gebracht vnd gelege werden / auff vnd annehmen / vnd ob*  
auch



ob auch derau zu Zeugen benannten Personen eines oder mehr auff einer Vorheischen nicht erscheinen oder Kundschafft thun vnd zusagen / auch die brieffliche Befunden für euch zu legen sich sperren oder widern würden / in was Schein das geschehe / diese bey ziemlichen Pöenen der Rechten dazu zwingen. Commissio datiri 29. Ian. Anno 73. Nota tamen, quod commissio in optima forma hoc non operatur, vt cōpelli possit aduersarius, vt edat sua instrumenta, sed tantum tertius. Nee etiam illa clausula compellendi testes comprehendit clericos. Sic etiam talis Commissarius in optima forma non potest tantum non cogere clericos, vt sine præeunte requisitione superioris deponant & testificentur. Sed si clerici etiam examinandi sunt, iidem etiam in Camera cum petitione commissionis nominandi, vt possit prædicta clausula commissioni inferi. Vide commissionem in causa *Spreur* contra *Spreur* / quam expediuit D.R. Procurator.

Sic apparet, commissionem cum clausula, *brieffliche Documenten zu transsumiren* / esse in communi tantum forma, non in optima, quamuis Gail. 1. obf. 94. & 96. contrarietur. Vide *Abschied* Anno 73. §. 6. mit was *Gefahr*. Et ita in causa *W.* contra *O.* decretum: *Ist commissio cum clausula, brieffliche Befunden / re.* in communi forma *erfandt* / 28. Febr. Anno 90. vide *Recess. Imperii* Anno 76. nam Commissarius hoc in casu non potest compellere aduersarium, aut etiam tertium, vt sua edat instrumenta.

Forma petendi commissionem in meliõri forma. Vide memorial. vi. Anno 78. §. 15. mit was *re.*

Commissionum in optima forma petitiones sollen mit *Allegirung der Fall* im visit. *Abschied* Anno 73. benannt *geschehen*. V. 38.

Commissionum petitiones sollen mit *Benennung der Puncten beschehen*. V. 62.

### Commissio ad perpetuam Rei Memoriam.

COMMISSIONES ad perpetuam rei memoriam non sunt annales, sed perpetuæ An. 92. I. S. D. 21.

Commissio ad perpetuam rei memoriam ei, qui natam actionem habet, eam tamen proponere non vult ante commissionis petitionem, non concedenda videbatur, haftenus tamen eius rei nulla extant præiudicia. In contrarium tamen maioribus itum est, ita vt etiam hoc casu decerni debeat, accidentibus requisitis senii Ann. 92. I. S. D. 22.

In petenda commissione ad futuram rei memoriam Commissarios petendi, præcipue narrandum, daß die zu *Commissarien* begerte *shine mit Diensten / Râtheu / Pflichten / Eyden / Subiection / oder Landtässerey / noch sonst in einigem anderm weg nit verbunden / re.* tunc periculo partis admittuntur, & commissio, si nihil obstat aliud, decernitur. V. 97.

Commissiones pro futura rei memoria pendente lite coram deputatis in scriptis postulandæ, audito de super aduersario, eique ob id ad summum 4. septimanis sine prorogatione vltiore indultis, celerrimeque ob allegatum periculum moræ decernendæ. M. 85.

Nota: vult visitationis *Abschied* An. 85. §. *Dagegen Anwald* / quando præsens periculum in mora, tempus tantum 14. dierum, vel ad summum 4. septimanarum aduersario concedi: queritur, an in posterum eidem recessui strictè sit in hærendum, an vero Procuratori existenti apud acta terminus laxior, 4. puta vel 6. mensium, etiam renitente supplicatione, concedi possit ac debeant?



placuit recessui strictè inhærendum Anno 92. 4. S. d. 10. B. An. 93. 30. Martii.

Examine ad perpetuam rei memoriam peracto, Commissarius Notarii vtriusque protocollum, vna cum rotulo obfignatum ad Cameram transmittere, atque hoc in commissionibus in cancellaria inferi debet. C. 79. §. *derhalten in dem Fall.*

Commissioni ad perpetuam rei memoriam non solet annecti clausula, *briefliche Brkunden zu transumiren* / nisi quando propter bella & alia impedimenta loco moueri non possunt. Item cum periculum est in mora, ne pereant, tum decernuntur. Ita factum in causa *J. Râhe / Ritterschafft vnd Landsassenden des Herzogthumbs Bergen / contra Râhe / Ritter vnd Landschafft des Herzogthumbs Cleven* 26. Iun. Anno 78.

In criminalibus testium examinationes in Camera num admittantur ad futuram rei memoriam? Vide Gail. *lib. 1. obs. 92. num. 13.*

Accusaturo aliquem nocentem criminaliter, super crimine, denegatur in Camera examinatio ad futuram rei memoriam. Hoc non ideo, quod Iudex criminalium non sit Camera, sed quod in criminalibus nunquam fit talis examinatio, quod probationes in eis strictissime accipiantur. Committi tamen potest examinatio testium in criminalibus de stylo Camera. *Myns. 3. obs. 40.* Alias Camera inter exemptos decernit tale examen, prout not. *gl. 3. c. quoniam frequenter vt lit. non contest.* Et fuit ita decretum, cum tutor nomine pupilli D. H. peteret testes eo modo examinari contra *Valentin Matthes von Streitberg* 22. Septemb. Anno 36.

Testes ad perpetuam rei memoriam vbi examinentur? Quando Reus ex Ordinatio ad instantiam Actoris Iudicem nominare debet, vel alias in prima instantia plures Iudices habet, vt sunt Comites, Barones, & Nobiles inter se, vel contra Duces, aut quando ciuitates in prima instantia sunt priuilegiatae; tunc, si Actor ad futuram rei memoriam testes examinari petit, ante acceptam litem in Camera decernuntur Commissarii, per quos examinare licet, alias Iudex causæ hoc regulariter facere debet. *Abb. c. si quis contra Clericum. n. 3. ext. de foro compet. alleg. Frid. de Senis. conf. 221. c. significauit. vbi pulchre gl. mag. de sent. & c. Alberic. ext. de testib.* Et ita fuit decretum in Camera ad instantiam ciuitatis S. contra H. 20. Iunii Anno 1537.

Testium rotulus ad perpetuam rei memoriam cui edendus? Licet partes immediate Imperio subiectæ (tamen in prima instantia priuilegiatae) possint petere examinationem testium ad perpetuam rei memoriam: in Camera tamen tales commissiones ita fiunt, vt Commissarius, qui examinat, testium dicta clausula ad Cameram remittat. Et quando pars producens petit Commissarium compelli per Cameram, vt sibi edat examen, negatur illi, sed decernuntur Compulsoriales, vel mandata cum clausula, vt edat Camera, expensis producentis. Et ibi retinetur, donec partes illæ vel coram priuilegiato Iudice, aut in Camera vti habent necesse: vel quando Reus illud publicari petit, vt in Camera publicatio fiat, tanquam à Iudice. Et ita fuit decretum ad supplicationem Ferdinandi Rom. Regis, ex parte regiminis sui in *Inspruck* contra Ernestum Marchionem Baden. 5. Aug. Anno 41. præsentè D. F. H. Protonotario.

Ad examinationem testium ad perpetuam rei memoriam, à quo Commissarius detur? Testes ad perpetuam rei memoriam, licet debent examinari coram eo, qui futurus est Iudex causæ, iuxta ea quæ habentur *in c. quoniam frequenter. ext. vt lit. non contest.* Tamen in casibus, in quibus Ordinatio ordinat Iudices, vt in causis contentiosæ iurisdictionis, seu possessionis, & similibus,

puta



puta quando Principes & eorum similes conueniuntur, in illis iudicium Camerae dat Commissarium ad tales testes examinandos. Et hoc quia difficile esset, & longum, colligere vicinos principes, item consiliarios, &c. qui commissarium dare possent ad tales testes examinandos.

In commissione ad perpetuam rei memoriam non possunt in die productionis alii testes produci, vt fieri solet in aliis commissionibus communibus. Ita conclusum in causa **Hans Marren** contra **Statt Nord**, 23. Octob. An. 65. vide *c. quoniam frequenter. vbi Socin. vt lite non contest.*

Quæritur, an testes ad perpetuam rei memoriam in iudicio Camerae iuxta *c. quoniam exir. de prob.* ad examinandum committi possint? Respondetur posse: idq; tam in reo, quam in actore locum habet. Attamen vt talis commissio sic decernatur, requiritur. 1. Vt in senatu vel iudicio per supplicationem petatur. 2. allegetur, testes esse absentes vel abfuturos. 3. Vt supplicans exhibeat articulatam materiam, petens hanc ad probandum admitti. Et quidem si illi articuli sunt admissibiles, iam saluo iure impertinentium admittuntur, danturque petenti commissarii. Et si ii forte Assessoribus sint ignoti, iam datur parti aduersæ facultas, vt Notarium non suspectum examini adiungere possit. 4. Vt ambæ partes immediate sub Camera vel Imperio sint, ita vt priuilegiatos iudices habeant. Idem putarem dicendum, si is, qui in hoc puncto reus est, tantummodo sub imperio vel Camera sit. Sed hæc fallunt in criminalibus. Ita decisum in causa **Zeits N.** contra **Scherberger** 22. Sept. An. 36.

Commissio ad perpetuam rei memoriam extraiudicialiter decernitur, si supplicatur, & articuli simul exhibeantur, & commissarii nominentur. Necessesse autem est, vt denunciatur aduersario, ad videndum iurare testes, & ad dandum interrogatoria: nec obest, si excipiat contra Commissarium, tanquam suspectum: saluæ sunt enim aduersario suæ exceptiones.

Commissio ad perpetuam rei memoriam raro decernitur cum clausula, **den Augenschein einzunehmen**. Si tamen narratur, **dass ohne den Augenschein die commissio nicht könnte verricht / auch die testes, als in facto obscuro, welches mehrertheil auff dem Augenschein beruhet / nicht wol zeugen könnten** / tunc decernitur commissio cum d. clausula, **den Augenschein einzunehmen**. Ita decreta commissio in causa **Hessen** contra **die Churf. Pfalz** 4. Octob. Anno 91. Item in causa **Sachsen Lawenburg** contra **Meichelburg** in causa turbatæ possessionis Anno 95. Vbi similiter decreta commissio ad perpetuam rei memoriam cum clausula **den Augenschein einzunehmen**.

In interdicto retinendæ quando versamur, in quo vterque & actor & reus est, & pars aduersa citata est ad videndum iurare testes in commissione ad æternam rei memoriam, potest tali casu ab actore examen testium ad perpetuam rei memoriam produci, etiam si post annum actionem instituat: quia cessat ratio prohibitionis, *c. quon. frequenter. ext. vt lit. non contest. Gail. 1. obs. 94. in fin.* & ita obseruatum in causa **Sarburg** contra **Hagenaw** 11. Feb. An. 84.

An commissio ad perpetuam rei memoriam parti actrici sit decernenda, quando iam actio instituta fuit decreta pendente appellatione etiam extraiudicialiter in causa **Eplingen** contra **G. & P. C. Augustanos**, quam expedit **D. A.** disputatum est in causa **Erzbischoff zu Magdenburg** contra **Braunschweig** 16. Aug. Anno 88.

Nota cautelam: si Reus citatur ad audiendum iurare testes ad perpetuam rei memoriam examinandos, tunc non compareat, sed sit contumax. Deinde si actor non petit publicari, vel vtitur isto examine, aut non denunciât Reo de receptione testium, tunc examen est nullum: secus si ab initio



ad videndum iurare, &c. compareret, tunc alia denunciatione opus non esset, per Abb. in c. quoniam frequenter. qu. st. 7. vt lit. non contest. Ita intellige **Landesrecht** fol. 107. vid. Hart. in pract. obs. lib. 2. de testib. c. 8. & 10. Myns. 4. obs. 71. Alex. cons. 202. vol. 2 Ga l. obs. 92. nm duab. seqq. lib. 1. qui simpliciter vult, prout & alii Dd. quod ad hoc, vt eiusmodi examen valeat, necesse sit, vt actor intra annum actionem instituat. Fallit in interdicto Vti possidetis, prout supra.

Actione iam introducta actori non facile commissio decernitur ad perpetuam rei memoriã. Ita processus denegati in causa **Hohentlohe contra Brandenburg** 18. Iunii An. 88. Cifn. ad tit. 16. §. die Känsf. Comm. Ord. part. 3. fol. 439.

Quamuis dici posset, commissionem ad perpetuam rei memoriã tantquam remedium extraordinarium, non facile decernendam. *l. quaedam sunt. 29. ff. de edend. Gemin. an. c. 2. nu. 2. de lib. oblat.* præsertim si impetrans sit actor futurus, & statim ordinaria via experiri possit: Item ne quid fraudis in præiudicium aduersarij committatur: tamen talis commissio pro causã & personarũ qualitate non facile deneganda est, præsertim si testes senio confecti, & periculum mortis immineat, vnde multi anni sæpius elabuntur propter oppositas exceptiones, donec ad terminum probatorium ordinaria via perueniri possit. Nec parti aduersã vllum creatur præiudicium, cum ad examen citetur, & notarium adiungere, interrogatoriaque ei dare liceat. Et nisi producens intra annum agat, examen annullatur. *pract. Papiens. in form. commiss. ad ætern. re. mem. gl. 1. num. 2. Myns. 4. obs. 71. & 1. obs. 18.* An autem testes sint in senectute sufficiente, id totum relinquatur arbitrio iudicis, Menoch. de arb. iud. qu. lib. 2. casu. 59. cum tribus seqq.

In causa **Wolmershausen contra Brandenburg** petita commissio ad perpetuam rei memoriã, quæ vix tandem, & solum ex eo capite, quod narratum, testes omnino valetudinarios 27. Sept. Anno 1589. erkandt.

Notandum, **daß die commissarii, so fürgeschlagen seyn / omni exceptione maiores, vnd ihme supplicanten in keinerley weis mit subiection oder Aydtopflichten verwandt:** Ideoque in causa **Fuchsen von Bembach contra Würzburg** quia hoc omisum est, **ist solche commissio auff vorbrachte narrata abgeschlagen** 23. Maij, Anno 89.

Commissio ad perpetuam rei memoriã vt decernatur, requiritur 1. Supplicatio porrigenda. 2. vna cum supplicatione articuli directi non super petitorio, sed possessorio. 3. narretur, testes valetudinarios, senio confectos, aut metuendum esse, ne discedant ad loca remotiora, vt bellum, &c. 4. commissarios esse omni exceptione maiores, mit subiection oder Ayden nicht zugehan. 5. Si petatur **der Augenschein** / narrandum **daß ohne einnemmung des selbigen vnmöglich dem commissario die Zeugen zuverhören:** sine eo enim testes deponere possunt. memor. visitat. Anno 78. §. 17. vnder andern. Item memor. visit. Anno 79. §. 13. 14. & 15. Commissio ad perpetuam rei memoriã sol non attentata appellatione desuper facta **der gebär nach vollendet werden.** V. 68.

**Sollen pendente lite coram deputatis per supplicationem cum probatorialibus gebetten werden.** V. A. II. Iunii Anno 85.

In causis vero non pendentibus **sollen sie extraiudicialiter, vnd altera parte absente gebetten vnder erkandt werden.** V. A. II. Iunii Anno 85,

Quæritur, an commissio ad perpetuam rei memoriã extraiudicialiter in Camera impetrata, & facta postmodum per impetrantem in Camera archiuum depositione, si postmodum corã inferiore competenti iudice lis illa est cœpta, & deponens depositum suum rotulum, vt coram iudice iudicialiter produci possit, per supplicationem iudicialẽ ex archiuo Camera sibi restitui



restitui petit, recte ipsi petitio sua denegetur, donec aduersarii sui consensum prius doceat, solitum est ita decerni: **wosern N. des gegentheils bewilligung glaubwürdigen schein fürbringen würde / soll als dann darauff ergehen was Recht ist.**

Commissio ad perpetuam rei memoriam in Camera decernitur ex causa & lite pendente, ante tamen litis contestationem. Ita factum in causa **Bueter** contra **Hanawische Vormünder**. 20. Decemb. Anno 68.

Commissio ad perpetuam rei memoriam nunquam datur in optima, sed in communi forma, *Gail. 1. obs. 94.* Et ita denegata commissio talis in causa **Lübeck** contra **Dennewarck** 28. Vide tamen supra §. commissio in optima forma decreta. Quamuis & aliud requisitum in optima forma decreta, *ibid.* deficiebat, nimirum iussus vel mandatum Regis Daniæ, quoad turbationem factam.

In commissione ad perpetuam rei memoriam plerunque inseritur, **daß der Commissarius das Rotul neben dem Protocollo adiuncti Camera vberschicken sol/ damit der Zeugen Sage nit offenbar werde.** *Myns. 1. obs. 18.*

Nota: Da die commissio ad perpetuam rei memoriam **verrichtet / sol der Commissarius beyder Notarien beschriebene Protocollen in ihren beywesen verpflischen / vnd neben dem verschlossenen Rotulo an das Käyserl. Cammergerichte zu verwahren vberschicken / welches alles der commission in der Cansley conzuz verleihen / damit solche Kundeschafft keinem theil ohne erkandnuß auß den Protocollen etwan durch lesen oder sonsten zu theil werden mögen.** Ita factum in causa **S. D. contra B. S.** 1. Aprilis Anno 95. & in causa **Eßlingen** contra **G. & B.**

Quando timetur de festinato discessu testis, potest ille recipi etiam parte non citata, *Innoc. in cap. Albericus cir. princ. de testibus.* Non cognito quoq; de grauamine. *Rota decis. 2. num primo, de testibus, in antiquis.* Et ita decreta commissio in causa **Fransberg** contra **Fugger** 30. Iulii Anno 72.

Attestationum ad perpetuam rei memoriam restitutio fit parti. Attestationes ad perpetuam rei memoriam si iudici Camera à commissario transmittantur, dominus Iudex lectoribus illas tradi iubet, qui registrant (sic enim appellant) & si pars, quæ est in alio forte iudicio, iis uti velit, ac pro restitutione Rotuli supplicat, eiusmodi decretum dari solet, **ist dem supplicanten sein begeren der restitution rotuli halben zugelassen.** Quo facto supplicans rotulum à lectoribus repetit, sed non prius consequitur, quam sufficientem recognitionem recepti rotuli ipsis det. Ac ita obseruatum in Camera in causa **Wimberg** contra **Reinberg** 29. Iulii Anno 69. vt in protocollo Notarii F. Verum quia supplicans copiam quoque Rotuli & deinde obsignationem à Domino iudice petiit, adiectum fuit decreto, **das vbrige abgeschlagen.**

Fit autem aliquando, vt eiusmodi attestations iudicialiter producantur, & eo casu per sententiam eorundem restitutio concedenda, vt ex margine Registraturæ lectorum videre est. Memini tamen meo tempore non facile parti d. rotulum restitutum fuisse, nisi verisimiliter esset etiam per iudicem, coram quo ventilata causa, fides facta, quod actor vel supplicans eo indigeat, ne fraus fieret & per hoc.

Nota: in commissione ad perpetuam rei memoriam testes examinantur tantum in causa ciuili, non etiam criminali. *Hartm. pract. obs. tit. de test. c. 10. Spec. in tit. de testib. in rubr. nu. 6. vers. Quod si criminaliter.*

Rotulus ad perpetuam rei memoriam per Commissarium ad Cam. (gege einer recognition rectorum) missus si pars, q̄ examinari fecit testes illum petat sibi reddi,  
densel



denselbigen zugebrauchen coram iudice inferiore, & si lectoris recognitionem vna transmittat, tum permittitur. Ita factum in causa Würzburg contra Mainz die Geleidis Gerechtigkeit zu Gemänden betreffend/10. Januarij Anno 92. Decretum ist dem Supplicanten sein begereu zugelassen.

Commissio ad perpetuam rei memoriam decreta in causa Seckdorff contra Brandenburg: licet Seckdorff fuerit aut debuerit esse actor. 16. Febr. Anno 88. Et in causa Cunk von Belberg contra Baltin von Berglingen/ decreta commissio, quoad 50. & 60. annorum testes peregre abituros. 16. Nouembris 86.

Commissio ad inspiciendum quatenus alimenta apud Treuiros defecerint. In causa Bürgermeister / Rabe vnd Statt Trier contra H. J. postea I. Archiepiscopum Treu. mandati so die Statt wegen des Churfürsten verbott/ das man ihnen keine alimenta in die Statt solte zuführen/ Episcopus vel Elector dedit supplicationem extraiudicialiter pro inspectione oculari, sind darauff in Camera ex officio 2. pro commissariis ordinirt vnd abgefertiget worden/ in der ganzen Statt vnd im Landt vmbhero den Augenschein einzunehmen vnd zu fragen/ wie es beklagter Abstrickung der Alimenten halben bey der Statt geschaffen/ haben sie die Commissarii allerhandt esculenta funden/ vnnnd hirt vnd da/ auch vnder andern einen Juden/ doch vnvermercket ding gefragt. Cum autem Treuirenses suspicati essent, quod res erat, & quæsiuissent, an vt commissarij à Camera eo missi essent, haben sie vorgewendet/ sie seyn die Antiquiteten zubesichtigen dahin gezogen. Nec enim commissarius licebat quicquam indicare iuxta commissionis formam, ist commissio verrichtet circiter finem Decembr. & initium Ian. Annis 67. & 68.

Pœna eius qui post lapsam primam dilationem petit secundam. Quæritur quæ pœna, si post 4. menses primæ dilationis petatur tandem secunda dilatio, an via probandi præclusa sit? hoc nimium esset, tam cito aliquem probationibus destituere: disputatum aliquando, sed nondum decisum, quæ pœna esse debeat.

Commissio testium ad futuram rei memoriam ex parte Rei & Actoris habentium Iudices ex ordinatione, obtineri solet, in Camera: & Rotulus clausus, ibid. seruari vsque ad litem motam coram iudicibus partium. Et ita fuit decretum in Camera ad instantiam Schweinsurt contra Hennenberg 2. Ian. Anno 37. Gail. lib. 1. obs. 1. num. 16. & obs. 93.

### Communio & Communitas.

COMMUNITAS quando obligatur, quæ solennia ad hoc requirantur. Item quid si pro principe suo se obligauerit, quatenus teneatur, per multas limitationes & doctrinas tradit Colet. de process. Execut. p. 2. c. 3. num. 332. vsque ad num. 400. Item Hartm. Pist. quæst. 37. num. 1 p. 1.

Vniuersitas pro pecunia mutuo accepta, vtrum constituere possit redditum annuum in pecunia, vide Menoch. conf. 441. num. 23.

Communitas æquiparatur minori Ecclesiæ: Menoch. conf. 447. Vide productum in causa Brandenburg contra Raminger.

Vniuersitatis partem maiorem consentire non sufficit, in his quæ sunt magni præiudicii. Menoch. conf. 426. num. 39.

Compa-



## Comparitio Citatorum.

**S**I Reus ab Actore citatus in termino cōparet, & Actor emanatos processus non reproducat, Reus copiam processuum sibi insinuatorum reproducat, Actore tunc denuo non comparente, Reus petat visa executione *Ruffen* in contumaciam: decreto proclamate petat 6. iuridicis præteritis absolutio- nem à citatione in contumaciam, submittendo desuper.

Processus in puncto paritionis. Hic citatus exhibet instrumentum siue documentum factæ paritionis, & citans contra instrumentum præteritionis exhibet exceptiones, & vice versa citatus exhibet contra exceptiones, repli- cas & in euentum conclusiones. Denuo citans exhibet conclusionem in scriptis, siue viua voce concludit.

## Compromissum.

**A**N in causa matrimonii in arbitrum vel arbitratorem compromittere possit quis? Vide Rom. *conf. 299.* Nota: in causa S. contra C. Sunt tales traf- actores & arbitratores compromissarii in causa quadam matrimoniali puni- ti, & illi appellarunt ad Cameram, sed illa appellatio non fuit recepta.

In causa S. contra B. supplicatum pro citatione, inhibitione & compul- sorialib. *aber auff vorbrachte* narrata *abgeschlagen* 9. Februar. Ann. 88. Ratio: à compromissis enim appellationem non esse recipiendam notum est. *l. i. C. de arbi.* vt nec reductionem (quæ in arbitramento frequentius conceditur) nisi euidens iniquitas ipsius laudi appareat. Cum igitur à laudo appellatum narretur, nec vlla læsio euidens allegetur, multo minus in specie deducatur, maluit Ref. processus negare. Nec mouet allegata nullitas, quod Dux B. sen- tentiam tulerit, in quem tamen compromissum non fit, quia in Cancellariũ & Consiliarios non tanquam priuatas personas, sed in genere tanquam vi- cem domini gerentes, vt consensum appareat, vt ad similitudinem huius iu- dicii Dux, cuius vicem D. Cancellarius & Consiliarii gesserunt, pronuncia- re potuerit.

Nota: Quandoque lege ciuili in ordinarium Iudicem compromittere non permittitur, cum is arbiter esse non possit. *l. prætor. ff. de iur. & cur. l. etsi ser- uum. §. si quis. de arbitr.* Tamen secundum æquitatem canonicam diuersum statutum reperitur. *c. ex parte. eod. tit.* de his omnibus plene tractatum in causa S. contra M. M. Maij Anno 82.

Quando in compromisso habetur, *beneficio appellationis renunciatum esse*, licet tunc censeatur q. iuramento vallatum nec facile cōcedatur appellatio: tamen cum sententia compromissariorum sine veris probationibus & vera causæ cognitione lata est, ei stari non oportet, sed tale arbitrium per superio- rem emendari potest. *c. 2. ext. de arbitr. l. ita demum. ff. eod. l. arbitratorum. C. eod. tit.* præsertim quando agitur de rebus pupilli, siquidem compromissum super rebus immobilibus minoris per tutorem factum sine decreto non subsistit. *Bal. in l. preses prouincia. num. 9. C. de Transact. l. non solum. vbi Bal. C. de prad. min. sine de. ret.* Nam sicut tutores & curatores sine decreto transigere non possunt, ita nec compromittere. *Bal. in l. preses prouincia. nu. 9. C. de transact. Id. in l. 2. nu. 3. & 4. de offic. eius cui mand. est iuris.* Vide *Reichs Abschied zu Regenspurg Anno 94.* *§. als auch der Compromissen halben.* cum §§. seqq. *Sehen / ordnen vnd wollen*



hierumb/ daß nicht alle compromissa oder arbitria, wie sie auch geschaffen weren / an vnserm Cammergerichte zuzulassen oder anzunehmen / jedoch mit Cammerrichters vnd Bersehern gutem freyen willen / allein die senigen / so sich zwischen den Ständen / die dem Reich immediate vnderworfen / vnd vermög der Reichs Ordnung die Austräge haben / Dann auch den Personen / welche ihrer eygenschafft nach in ersten Instanz an das Cammergericht gehörig zutragen / daselbst auff vnnnd angenommen werden sollen. *X. U. zu X. Anno 94.* Et hoc ipsum procedit non tantum in bonis, in quibus minor verum dominium, sed etiam in quibus q. dominium habet. *Iaf. d. l. 2. nu 5. per l. magis puto. ff. de reb. or. &c.*

Regulariter quidem a sententia arbitratoris appellari non potest, secundum communem opinionem *Dd. vt refert Alexand. in l. nemo potest. de leg. 1. & Bart. in tract. quest. in materia arbitratorum. num. 17.* licet diuersum sentiat *in l. 2. de arbitris*: interim tamen verum est, quod si appareat de enormi læsione, non obstante dicta renunciatione de non appellando, reduci ad arbitrium boni viri possit, ac recursus ad superiorem permittatur, cui & appellatio parificatur. *c. 2. de arbitr.* Reductio autem nulla cautela effugi possit, quando existit enormis læsio, *Menoch. de arb. iud. quest. lib. 2. cent. 1. casu 23. & lib. 1. quest. 70. num. 21. & 24. Gabr. lib. 1. cons. 3. per tot.*

Nota: quando Episcopus agens contra immediatum in Camera compromittat, quod ad euitandas cauillationes consultum sit, vt doceat de consensu capituli. *per c. cum tempore. ext. de arbitr. Benintend. decis. 21. Speier contra Speier / Fulda contra Kiedesell / Bamberg contra Seckendorff Capi. decis. 22.*

In causa Episcopi *W.* contra *G. Comitem de Cassel* 28. Octob. An. 78. cum de consensu capituli *W.* tam in compromisso, quam actis huius causæ nihil extaret, dubitatum fuit per dominos, an talis consensus in hoc negotio requireretur, maxime cum in aliis ordinariis causis in Camera Episcopi per suos procuratores sine capitulo, sæpe de arduis quoq; rebus agunt. Et hic etiam in ordinarium Iudicem quodammodo, Camera nimirum, compromissum videatur, cum Camera Iudex appellationis fuisset, tamen maioribus votis pro maiori securitate placuit, vt procuratoribus vtriusque partis indicaretur, *da ein bedencken des consensus capituli halben cynstiel / das sollen die Partheien richtig machen* / idque præcipue propter recens præiudicium in causâ *Bamberg contra Seckendorff vnd Cassel*, in qua iudicialiter hoc fuit iniunctum partibus. Deinde mouit etiam sententia in Camera lata in causâ *Fulda contra Kiedesell* / vbi propter defectum capituli compromissum fuit nullum pronunciatum, *hat mein gnädiger Herr von Frouhouen solches bey dem Procuratoren richtig zumachen bewilliget.* Et eadem se fecisse postea retulit. Actum 23. Dec. Anno 1578. item in causâ *Korff contra Münster.*

*Forma acceptandi compromissum.*

Exceptio excusationis principalis si in primo iudicio seu instantia non obiicitur, non potest postea in causa appellationis, etiamsi in prima instantia non ita debito iuris ordine processum sit, vt in inferiori via. *Dec. in l. fin. num. 29. si cert. petat.* Est enim dilatoria, & nisi ante litis contestationem opposita, non iuuat. *Bart. in l. 3. de except.* Ita obseruatum in causa appellationis **J. Berckhauf** viduæ contra **J. Losember** & **Wilhelm** ratione **Weyde** 27. August. Anno 1550.

Q

Exceptio-



## Exceptionum Cumulatio.

**D**E cumulatione exceptionum vide in *l. nemo exemplis. ff. de reg. iur. & in cap. nullus. 20. eod. in 6. vbi optime Peckius.*

Nullus pluribus vti exceptionibus prohibetur, *c. nullus. 20. de reg. iur. in 6.* cuius regulæ ampliaciones, rationes dubitandi & decidendi vide apud Peck. *ibid.* vbi docet, quod etiam procedat hæc regula 1. in exceptionibus diuersis. 2. etiam in contrariis exceptionibus. 3. quod extendatur etiam ad instantias diuersas. 4. quod etiam (quod idem tenet Alciat.) in *l. edita. nu. 66. vbi Bald. & Riminal. alleg. c. de edendo.*

## Executio.

**E**XECUTION sachen sollen priori Ref. oder da der nicht beyhanden / dem Correferenti oder andern / so den vorigen Relationibus beygewohnt / zugestelle werden. Anno 83. R.D.F.

Executionis punctus, quoad partitionem, ad nouas pertinet: secus quoad liquidationis punctum An. 92. 3. S.D. 50.

Executio non suspenditur propter reuisionem. Vide infra *reuiso.*

Executio an in fideiussores fiat? Fideiussores sunt duplices, secundum Bart. in *l. 1. ff. iud. solui.* Contractus sc. & in illis non fit executio sine nouo processu: & fideiussores litis, scil. iudicatum solui, & in illis fit executio, sine nouo processu. *l. si fideiussores. ff. mandati.* si Reus soluit, debet adiudicari fideiussori, alias ipse potest soluere, & excusatur, & habet mandati actionem. Quare denegata est in Camera dilatio, quam petiit fideiussor ad explorandum, an principalis soluisset. Vide Mynf. 4. obs. 96.

Constat Principes viros & superiores magistratus sese ab executione, nempe si ei pares non sunt, excusare posse. §. vnd soll also. tit. 48. p. 3. A fortiori ergo, Nobiles minus potentes se excusabunt ab executione in Nobiles facienda, præsertim vbi illis vi armata obstitum sit. Id quod ventilatum in causa **Wodenschweig** contra **Zeckendorff** mandati executorialis 24. Oct. An. 1573.

In causa **Eustachii Baumans** contra **Hans Schneider** / et si constabat ex relatione nuncii, factam esse executionem ad domum citati, & in personam vxoris, ipso absente: tamen videbatur non posse fieri proclama, & consequenter, facto saltem proclamate, denegandam esse declarationem. Primo enim executio facta non est ad domicilium: nam qui profugus est, aut bannitus, non videtur habere domicilium in loco, vnde excessit. *l. filius. §. relegatus. ad municip. l. eius qui. §. Celsus. eod. tit.* Et cum dixerit vxor, nescire se, an esset in ciuitate, nec ne, fuit requirendus. *Marant. de citat. n. 125. & seqq.* Et si non inueniretur, facienda erat citatio per edictum. *l. 2. C. vbi in rem act. auth. ei qui. C. de bon. auth. iud. possid. Specul. de compet. iud. adit. §. 1. nu. 33. Bart. in l. 2. §. prator ait. nu. 7. 8. 9. & 10. de damn. infect.* Vbi dicit non sufficere, si fiat citatio in loco, vbi quis iam pridem solitus est habitare, vel vbi maiore anni parte habitat, sed faciendum vbi degit tempore citationis. Nec videtur hic citandus latitare fraudandicausa, cum inuitus, & iam inde à multo tempore, nec occasione huius citationis absens factus sit. Nec sufficit, quod executio facta sit in personam vxoris, cum secundum supra dicta non sit facta in domo & loco habitationis: debent enim illa duo concurrere. *Guid. Pap. quest. 445.* Nisi forte ageretur de causa ma-

trimo-



rimoniali inter illos ipsos coniuges, addit. Rot. *decif. 1. de dolo & contum. in antiq.* aut nisi id, de quo agitur, esset eiusmodi, vt fieri posset sine litis contestatione, & sic de leuiori aliquo præiudicio esset quæstio, vt *in l. aut qui aliter. §. 1. in fin. quod vi aut clam.* Alioquin si quis agat contra aliquem personali vel reali actione, non sufficeret talis citatio. Verba sunt Spec. *de cit. §. 4. nu. 16. citat. not. in c. fin. ext. de eo qui mittitur.* Multo magis hic, vbi agitur de discrimine vitæ & omnium bonorum, quæ vtique maiora sunt, quam vt aut diligentia, aut amori, forte etiam fœcordiæ & odio vxoris recte committantur. Itaque deneganda declaratio **nosh zur zeit.** Posset tamen admoneri Appellans, vt sciat securitati & conseruationi iuris sui prouidere: potest enim citationem petere per edictum, vel vt procedatur in causa principali, vel missionem ex i. decreto, quæ vtique vigore factarum executionum videtur decerni posse. Et ita D. N. N. Fiscali *ihy der Declaration respectiue beschèhen bezogen noch zar Zeit abgeschlagen/ sondern der Bescheid/wo fern ermelter N. N. citationem per edictum bitten/ oder sonst sich der Ordnung gebrauchen wird/ daß solches gehört werden/ vnd ferners darauß ergehen soll/ was recht ist.*

Executio processuum si Procuratori prioris instantiæ fiat, nomine clientis sui, qui solus citatus est, non habetur pro legitima, & ideo proclama denegatur propter vitiosam executionem. Sic factum in causa K. contra L. 25. Septemb. Anno 67.

Executio in heredes fieri non potest, nec proclama decerni, si pater aut principalis mortuus ante insinuationem.

Nobiles **die Rees** conuenerunt Rotwilæ alium quendam Nobilem, T. **von Schönberg/** vbi d. **Schönberg** in bannum declaratus est. Sed appellauit ad Cameram, ibique Appellati ab emanata citatione fuerunt absoluti, postmodum hi Appellati, Actores in prima instantia supplicarunt in Camera pro deputatione Executorum, **auff erlangt Recht vnd Immission in des Aechters Güter/ abgeschlagen** 10. Iun. An. 87. Ref. D. M. Quia executio sententiæ suæ curiæ Rotwilensibus incumberebat, quo per sententiam absolutoriam à citatione causa tacite erat remissa.

Executio facta contra fratrem apud alium habitantem habetur pro legitima, & proclama decernitur, si saltem insinuetur domesticis alterius fratris, vt in causa **Johann Benz** contra **Pfalzgraffen G. H. & Consorten** 5. Decemb. Anno 87.

Executio Notarii debet fieri in instrumento, non à tergo, vt nuncii Cameræ: alias causa deserta pronunciat, & restitutio denegatur, quamdiu Notarius est soluendo.

Executio in factis negatiuis aliter fieri non potest, quam per cautiones de vltimis non faciendo, sicut in interdicto retinendæ, de amplius non turbando. Contard. *ad l. vn. in notabilib. nu. 15. C. si de moment. possess.*

Executio an propter reuisionem suspendatur? Quod non. Ita executoriales decretæ in causa **Hat-gaw** contra **Hanaw** (quamuis reuisio insinuata esset) **die vnaufgestewerte Fräwlein** belangende. Anno 91. Et in causa P. **Grassfen zu Hanaw & Consorten** contra **Herrn J. Grassfen zu Nassaw/ beyderseits als Hanawischen Münsenbergische Vormünder/** vbi Palatinus R. deputatus Curator, **davon sic ein Revision aufgeschrieben.** Ea tamen non obstante decretæ sunt executoriales Anno 91. Sic decisum in deputatione per dominos. Extat etiam iam præiudicium in causa **Jevern** seu **Oldenburg** contra **Rnipy penhausen.**



Comes fuit declaratus in bannum propter non partitionem mandati imperialis ad relaxationem quorundam captiuorum contra eum sub pœna banni decreti & executi legitime. Ita petunt actores mandatum sibi decerni & ad immisionem in bona banniti, & ad exequendam sententiam principalem, hoc est, ad liberandum captiuos, an obtinere possint? Video in causa Romelin contra Comitem von der Hoyen, pronunciatum, *dass auch der executoren (intellige banni) wårchtliche vollstreckung der Haupevrtheil befohlen werden soll* 11. Decemb. Anno 41.

Executio si minus legitime fiat per nuncium Camerae (porrecto eius nomine, speciali mandato prout requiritur, Mynsin. 2. obs. 29.) implorato ad hoc iudicis officio pro restitutione sc. in integrum *l. quod si. §. fin. de minor.* si is non sit soluendo iuxta Cassand. *decision. 5. num. 3. tit. de appellat.* exceptionibus non obstantibus, restituantur appellantes in eum statum, qui fuit, quando processus nuncio traditi. Ita factum in causa *Sellingen* contra *Helmstadt* 12. Martii An. 74. Vid. Ord. p. 1. tit. 38. §. fin. ubi statuitur pœna nunciorum non rite exequentium. Vide Bart. in *extrauag. ad reprimendum. in verb. per nuncium. nu. 1. 4. & 5. Zaf. cons. 20. num. 23. lib. 1.*

Sententia priuationis contra Clericum lata à Laico quomodo executioni mandanda? Litigabant quondam in iudicio Camerae presbyter C. B. tanquã appellans, contra quendam N. appellatum, & propter desertionem appellationis fuit in expensas condemnatus. Interim eiusdem C. B. Procurator facit taxari suos labores, & taxam ad 16. fl. obtinuit, & ad eius petitione monitoriales decretæ, quibus iudicialiter reproductis, cum *Curtenbach* fuisset contumax non solum in comparendo ad d. monitoriales, sed & in parendo; eousque contra eum processum, vt demum fuerit declaratus in pœnam priuationis, priuatusque per sententiam omnibus bonis, *auch Recht vnd Berechtigtheit / Schutz vnd Schirm / so er vom Reich hat*; Procurator petit immisionem in bona illius C. B. & præsertim in fructus beneficiorum suorum; Quæritur iam, an & quomodo fieri possit executio vel immissio petita?

Et certum est, si *Curtenbach* haberet bona patrimonialia, quod possit in iis executio fieri per iudicem secularem. Quia Clericus censetur Laicus in illis bonis, *l. constitutis. ubi Pan. de relig. dom. iuncta consuet. Burgund. in tit. de success. §. 5. V. Philippo.* in aliis autem bonis non potest fieri executio. *Darumb köndte man ihm ein Bistum geben / latae sententiæ, &c.* Quia autem ecclesiasticus non tenetur exequi, nisi sibi constet de iustitia vel iniustitia sententiæ hic latae, quod esset durum supremi iudicii sententiam ipsorum cognitioni submittere; Ideoq; potest decerni mandatum, *dass sie ihn nicht schützen oder schirmen solten.* Quamuis St. putauerit, *man mög* exequi in aliis bonis & pronentibus, deducto ne egeat. Et quod Camera possit mandare eidem iudici ecclesiastico sub pœna priuationis, vt exequatur.

Nec decernere vult mandatum contra seculares, *Den nicht zu schützen noch zu schirmen /* donec soluerit. Quod contra clericum Iudex secularis possit taxare expensas, tradit Philip. Francus in *c. statutum. & c. ea qua de reg. iur. in 6.* Contrarium tenet Anchoran. in *c. si Romana. §. ne etiam. de rescript.* Et videtur quod Camera sit fundata in iurisdictione, & quod Iudex Camerae possit bene taxare salaria & expensas contra clericum, *vnd dass die iura canonica vermög der Ordnung vnd Gelegenheit des Gerichts allhie nicht stadt haben.* Idem Iudex secularis potest taxare expensas, & salaria Procuratorum taxantur in expensis, ergo potest & salaria taxare. Item Procuratores sunt iurati, & respectu salariorum secundum hanc Ordinationem.

Quo-



Quomodo autem exequendum? an in prouentibus & bonis Ecclesiæ possit fieri executio? Executio potest fieri in fructibus. Panorm. *inc. peruenit. de fideiuss. c. irreprehensibilis. & ibi Franc. de appell. & c.* Per quem autem & quando fieri debeat immissio? Dd. *in l. à diuo Pio. de re iudic. Specul. in tit. de 2. & 3. decreto. §. nunc videamus. vers. & nota. & in tit. de secundo d. crito. post principium.* faciunt distinctionem inter executionem verbalem & realem, & dicunt, quod Iudex secularis possit immittere verbaliter, sed non realiter. Putat igitur D. V. quod Camera possit verbaliter exequi & immittere, & Iudici ecclesiastico præcipere, ut ipse faciat immisionem realem. Dd. *in l. addictos. C. de Episc. aud. Bart. in l. 1. de pæn. Panorm. in c. 1. de obligat.* Adnotator ad ordinationem in patrimonialibus putat, quod secularis possit exequi sententiam contra Clericum, realiter etiam. Si igitur specificantur bona, vult immittere & dare executores. Et quamuis Paulus de Castr. velit, quod in fructibus non possit fieri executio: tamen Odofredus dicit, quod fructus non sunt bona Ecclesiæ, quia Iudex potest iudicare super illis, *c. 1. de off. ord. vere loquitur in isto casu.* Ipse vellet mandare superioribus, quod ipsi immitterent in fructus residuos, vel, *daß sie ihm die auffhielten vnd nicht folgen ließen* / & sic cogere eum ad soluendum. Clericus facit fructus suos, quia est usufructuarius. Bart. *in l. ex quacunque. in fin. vbi gloss. si quis in ius voc. non ierit. Guid. Pap. decis. 72.*

*Executoriales, & Mandata executorialia.*

**M**ANDATVM executoriale regulariter cum clausula decernitur. Fallit quando contra partem, & non contra Iudicem decernitur, quia tunc sine clausula decernitur. Ita factum in causa *Weinershagen contra Weinershagen* 2. Septemb. Anno 92. & in causa *J. Weisbrot contra J. vnd G. Overbrensdel* 5. Maii Anno 87. Item in causa *A. Loct contra J. de Priamont* 13. Nouembris Anno 92.

Executorialibus mandatis sine clausula aliquando paritio statim iniuncta, elapso termino, sine ulteriori paritione, ut in causa *H. Kalk cõtra die Statt Gemünde* Item *Mumpelgart contra Mumpelgart / Gemisch Gebrüder* contra Administratorem zu *Magdenburg*.

Aliquando tamen non statim iniuncta est paritio, sed iniunctum, ut impetrans summariam petitionem exhibeat. Ita factum in causa *Eysenburg contra Franckfurt / Nassaw contra Franckfurt / Mumpelgart contra Mumpelgart / Mozel contra Wörle jeso die Statt Speyer belangend.* 7. April. Anno 87. Quia plerunque etiam, quando facta & exceptiones contra mandata sunt, aut videntur releuantes, iniungitur in specie *Handlung* / ita tamen ut lis non contestetur, sed tantum *auff* exceptiones dentur *Replicæ, Duplicæ & Conclusiones* ad informandum Iudicem. Aliquando tamen lis pro contestata acceptata, via defensionalium perempta, quod est contra stylum. Ita factum in causa *Brandenburg contra Nürnberg / mandati executorialis, die fraysch. Seulen betreffend.*

Arctiores executoriales non debent peti vel concedi, nisi prius præcesserit proclama in contumaciam, quia in contumaciam non debet decerni citatio, vel aliud fieri, nisi præcesserit *Ruffen* 12. Iulij An. 40.

Executoriales decreta D. H. contra *Oesterreich* in specie *die Landvogten Hagenaw / ratione der Schönbergischen Güter zu Bernshheim.* Anno 90.



Executoriale mandatum cum clausula non decernitur contra Iudicem forensem, sed contra eum, ubi reus habet domicilium, **Berlich Plat** contra **Anthom von der Reck** 22. Nou. Anno 88. Item ubi bona sita sunt. Ita decreta executorialia in causa **Behlin** contra **Baumgarten** 8. Aug. An. 88. Contra partem & Iudicem decreta in causa **Schönberg** contra **Draunschweig**. Item **H. Sigell** & consorten contra **D. vnd Rath zu Jgenheim** 13. Ian. An. 81.

Pone Pauper quidam impetrauit processus, citationem & inhibitionem, reticens paupertatem, postmodum impetratis processibus, demum petiit se admitti ad iuramentum paupertatis, tunc acta danda Referenti ad videndum, ab bonam causam foueat. Referens si videt temere appellatum, denegat processus. Iudex prior, cui inhibitiō insinuata, non vult exequi. Quæritur, an contra pauperem & Iudicem executoriales peti possint? Et domini putarunt, quod debeat petere **Brkunde** denegationis processus ex cancellaria, & id insinuari curare Iudici: & ita **Brkunde** decretum in causa **Scheidman** contra **Kaullen** 13. Decembris Anno 92.

Executoriales debent concipi in dominum, non in procuratorem, vt per **Bart. in l. 1. C. de sent. & interloc. om. iud. Bart. in l. hoc iure ff. de solut.** Nam procuratoris officium finitum est per sententiam, nisi habuerit mandatum ad exequendum, vel ad negocia exigendum. vide **Bart. in l. si procurator. ff. de procurat.**

Executoriales si reproducantur, & petatur declaratio pœnæ, arctioresque processus, statim fit declaratio pœnæ (vel pura vel euentualis, secundum circumstantias negocii) & in eadem sententia copulatiue arctiores quoque processus sub pœna banni decernuntur, cum annexa citatione ad videndum se incidisse in pœnam banni, vt in causa **Siegen** contra **Hunen**.

An debitore obligante se sub pœna banni, si non soluat, statim possint executoriales decerni sub pœna banni? Respondetur quod sic, propter consensum partium, cum annexa citatione ad docendum vel videndum, aut ad deducendum causas. **Ord. p. 3. tit. 48. §. 1.** Et sic debitori manent exceptiones factæ solutionis & vsurarum saluæ. Ita decretum in causa **Harbari** contra **Zollern** tanquam fideiussorem & constitutorem pro electore B. 24. Iunii, Anno 1550.

In puncto executorialium expensarum solutio: **So condemnatus cyns reden wolt / das sich beyde Theil der Abnußung vnd interesse halb in gütliche Versgleichung begeben / vnd sonst in principali possessioni allerding parirt, vnd ad docendum 2. oder 3. Monat bitten / Sol Titius replicando contra dis bloß angesben generalia sagen / vnd weil mir erst newlicher Tag vmb Annemnung zugeschrieben / so bitte ich mich bey des Richters Brtheil gnädig hand zu haben / oder in euentum ad docendam partitionem die zeit abzukürzen.** Condemnatus repetirt sein anzeigt / im Fall aber Titius der Gütigkeit nicht geständig seyn wolt / bitte er ihn zu forderst zur liquidation anzuhalten / bitte sonst die zeit à Iudice. Titius generalia contra, vnd hette liquidum cum illiquido keine compensation, sondern soll man in principali partitionem dociren.

Executoriales auff Römische Proceß: In causa **Instätten** contra **Jacob Hochreutern / Apte zu Alberspach**: actor citarat Reum Romam, quo ibidem non comparente, processum in contumaciam, & pronunciatum pro actore. Camera implorata decreuit executoriales auff die Proceß zu Rom. Reproductæ executoriales 9. Ian. Anno 53. Refer. D. F. Anno 60. 10. Iunij.

Absolutoria sententia non habet opus executione, quia ipsa secum trahit executionem & absoluto paratur exceptio **Bart. l. mi. es. §. qui iudicati. de re iudi.**



*re iudicata.* Et ideo in causa **Regenspurg** contra **Passaw** denegatae sunt executoriales; & ita etiam tradit *Gail. 1. obs. 113. num. 18.*

Executoriales in causis matrimonialibus. Quamuis Camera in causis matrimonialibus competens Iudex non sit, prout multis Imperii recessibus dispositum: tamen quando Camera pro executione rei iudicatae imploratur, tum decernuntur executoriales. Ita decretae **dem Thumb Capitul zu Wormbs** contra **Stauden/** decimarum 5. Febr. Anno 91. Item in causa diuortii, **Tinnen** contra **Rhur** 18. Aug. 91. & in causa **Bucherin** contra **Reck** pharmacopolam **zu Franckfurt** 19. Apr. An. 92. vbi cū **Reck** sponsalibus de praesenti cum **Bucherin** contractis, ea spreta aliam duxerat, celebratis etiam nuptiis, iniunctum **Reck** tam per sententiam Officialis Mogun. quam per Executoriales, vt dimissa 2. coniuge, priorē **Bucherin** ad se reciperet, eidemq; 1000. ducatos refunderet.

Mandata executorialia sine clausula decreta in causa matrimonii à Iudice & Officiali Monasteriensi lata 17. Aug. Anno 91. in causa **A. vnder Rhur** contra **Pambold von Lünen zu Dinsfeldt.** vide *Gail. 1. obs. 115. & 2. de pac. publ. 2. 13. 17. & 34.*

In causa **Seydel** contra **Bayern** mandatum executoriale decretum, denegatum mandatum de non offendendo (quia contra magistratum non facile decernitur) sed eius loco mandatum decretum de non impediendo prosequi executionem 25. Octob. Anno 89. **Ist das gebetten** mandatum executoriale in solita forma, **des gleichen** mandatum de non impediendo prosequi executionem sine clausula, **an stadt** de non offendendo **von Ampis wegen erkandt.** Executoriales etiam contra eum decernuntur, cum quo conuentum est, **das man sñne** per modum executionis in Camera conueniren **könne oder möge/** in casum non solutionis, vt in causa **Egmond** contra **Churf. Pfalz.** Item in causa **Mündelheim** contra **Pfalzgraff H. zu B.** Anno 88. **Et. Scublin** contra **Graff P. von Eberstein** Rinder tutores, licet ibi clausula reuisionis, **vnd der Auffkündung** penes emptorem **Et. S.** inserta fuerit: quia tamen inserta renunciatio d. clausulae supplicationi, **seynd auff beschehene Erklärung. Et. S. gebettene** executoriales **erkandt.** 18. Maii. Anno 92.

Quin etiam supra dicta amplia, etiam si esset merum mutuum, nec desuper confectum publicum instrumentum, sed tantum partis debitoris sigillo & subscriptione firmatum. Ita processus decreti in causa **Armbrüster** contra **Helmstätt** 24. Ian. Anno 92.

Item eodem die vna cum S. supplicauit **Et. P. C.** contra d. Comitem **von Eberstein/** & petiit vigore obligationis executoriales, propter moram non factae solutionis. Nam in obligatione haec clausula erat: *si non solueret, quod statim contra ipsum à precepto, ac si res iudicata esset, procedi possit.* Quia tamen illi 1000. fl. dati sunt, & 63. **freuzer/** pro floreno numerati; putauerunt domini decerni executoriales non posse. Ideo decretum, **abgeschlagen/** in conf. 18. Maii Anno 92. postea tamen 23. Maii eod. anno fuerunt **Et. C.** processus decreti, quia narrauit, **das es Straßburger Wehrung sey/ auch ihme Graffen auff Straßburger Wehrung gelichen worden.** Ideo decretum, **auff beschehene Erklärung erkandt** in conf. 23. Maii Anno 92. Sic executoriales pariter decretae in causa **Rotinger** contra **Weingarten** 7. Iunii Anno 92. Et in causa **Weitershausen** contra **Erlingen** 25. Aug. Anno 91. Item in causa **Lüselburg** contra **Baden/** quia renunciauit foro primae instantiae in specie. Item ante multos annos in causa **Herbart** contra **C. F. I. zu Brandenburg** ex eadem causa mandatum executorium decretum. Quin etiam si nulla exceptio eius nomine opponatur, fit prorogatio Cam. iurisdictionis: ita tacite prorogata in causa **Abbatis zu Dachus**



**Sachs** contra **Sachsen**. vide annotat. ad ordinat. Camer. part. 2. tit. 4. §. et si tamen.

Nota: Mandata executorialia **gehen auß** cum clausula, sed executorialia sine clausula, aliquando tamen & mandata executorialia sine clausula decernuntur. Ita factum in causa **Hungern** Assessoris contra Baronem à **Schönburg** Menſe Martio, An. 90. Et Henningi Brabant contra **Lünenburg** & confortes 3. April. Anno 92. & in causa D. I. Groten, &c. contra **Lip** & Heruorden, &c. 24. Aprilis Anno 92.

Nota tamen, quod in dictis mandatis executorialibus debet esse renunciatio fori non generalis, sed specialis. Ex hoc capite denegati sunt processus in causa **Kentorff** contra **Sachsen** L. B. 13. Febr. Anno 88. Si tamen guarantee adesset, non opus esset aliqua renunciatione generali vel speciali, quia **Austrag** non habent executionem per se. Et qui se obligat ad paratam executionem, eo ipso renunciat contradictorio iudicio. Vide votum in causa **Schmids Wittib** contra **E. F. zu Köln**. Sed quid si mercator vsuras lucri cessantis stipulatus est, an eo casu etiam habeant paratam executionem? Respondetur quod sic, vt ibi in d. causa **Schmids Wittib** in fine voti.

Aliquando Episcopo Argentinensi contra Episcopum Colon. den **Grasfen zu Eiserburg** / cui Argentinensis 4000. fl. an **Gold Rheinisch / auff ein Zins Verkaufung / so aber dem Kauffer so wol als Verkauffer die Auffkündigung frey gestellt / getichen / supplicanti propter prorogatum iurisdictionem Camerae, so in der Verschreibung geschehen / die begerte executorialia abgeschlagen / vnd nur allein auff die Zins vnd interesse erkandt worden / welche à tempore moræ committirt, id est, **seithero der Auffkündigung: & illa stipulatio der Zins vnd interesse habita fuit pro vsuraria**. Fallit tamen hoc in mercatore, vt supra. Item quia pœnæ nomine adiecta.**

9. Maii Anno 89. supplicauit D. L. contra **Lorleberg / das ihm Lorleberg in halt eines auffgerichteten kündlichen Vertrags etlich hundert Gilden jârlichs zuerlegen verschrieben / mit dem außgetruckten geding / das auff nicht anhalten / man executorialia in Camera, vngeacht debitor mediatus, außbringen möge; Quærebatur, dieweil der Vertrag nie in originali bergelegt / an processus decernendi super nudis narratis? Domini putarunt, standum narratis, & maxime, quia mandatum executorialia sine vel cum clausula peteret, wanns aber simpliciter sine clausula gebetten worden / wolten sie es auch erkandt haben. Ref. D. G. consent. D. M. & A.**

In sachen aber **Knebels von Rakenelbogen** contra **Baden** / & in causa **Knebels** contra **Eberstein** / vbi supplicauit pro executorialibus 15. Septemb. Anno 92. processus denegati. Quia originale non exhibitum fuit. Ratio dieweil **aufdrücklich in der Verschreibung vermeldet / das auff Jârlegung der Kauffverschreibung processus executionis zuerkennen sey**. Item nota, dieweil in der Verschreibung talia verba inferta, **das im Fall nicht haltens in Camera sine præuia citatione oder andere Proceß Reus zu condemniren, & in causa, tanquam executiua, zu procediren sey**. An habeant vim clausulæ, ac si dictum esset, quod tanquam super re iudicata executorialia decernendæ, maxime quia mandato sine clausula Iudex satis videatur statim condemnare ad soluendum Reum posse.

Aliquando mandatum executorialia decretum ex capite continentia, cum agebatur de bonorum immiſſione faciendâ, & quia obtinens immiſſionem dicebat, bona sub diuersis iudicibus sita, vt sub Colonienſi. Episcopo, sub Duce Cliuenſi, & aliis comitibus, quorum omnium sit Camera superior, petit



petiit mandatum executoriale à Camera, licet ratione singulorum dominorum alias singulos Iudices adire debuisset. Ita processus decreti in causa **Hartlieb von Bönen contra Cunrad von Bönen** 28. Sept. An. 92.

Pone, es seyen an einem Ort / wie zu Nürnberg vund Heilbrunn / Gericht vnd Rath zu gleich priuilegire / also das man von dem Gerichte nicht an Rath / sondern gleich ad Camera appellire / wie von einem Rath selbst. Quæritur, quando mandata executorialia à Camera super re iudicata, am **Gericht erkandt** / An contra d. **Gericht / oder Rath** / tanquam Superiorem, sollen erkandt werden? Et quamuis videatur contra Senatum, tanquam Superiorem decernenda esse, qui mandat dem **Gericht** executionem: tamen in causa **Ymlin contra Heilbrunn** 3. Nouem. Anno 92. per interlocutoriam **auff der Statt Heilbrunn** eynbrachte exceptiones (nam Senatus excepit, se non fuisse Iudicem & quod **Gericht** fuerit Iudex, à quo statim ad Camera appellatur) in specie **Handlung auffgelegt worden.**

Executoriales & mandatum de soluendo quid differant? Executoriales, vel mandatum executoriale, quod in idem recidit, decernitur, quando in obligatione censuali cautum est, vt in casu non factæ solutionis per viam executionis, nulla præuia citatione, sed tanquam in re iudicata executiue procedatur: Mandatum vero de soluendo decernitur, quando debitum vel confessione partis reæ est liquidum, vel in eo sunt prægnantes clausulæ, vt liceat casu quo solutio non debito tempore fiat, iure vel iniuria, id est, non iure, debitoris bona prosequi.

Nota: in Camera nunquam decernuntur executoriales, nisi contra partes in sententia condemnatas: non autem contra tertium. Ita iudicatum 9. Ian. An. 62. in conf. post merid. dum pars victrix petebat executoriales cõtra tertium, penes quem pecunia litigiosa erat deposita. Decretũ: **Wag der Supplican vermög der Ordnung in der Canselen vmb** Executoriales **anhaltten.**

Quando Procurator condemnatur vt principalis, vt fieri solet in actionibus iniuriarum, ad euitandam infamiam: tamen adhuc executio fit contra partem. Ita quatuor menses dati D. V. ad auisandam partem in causa **Reutter contra die Landschafft zu Rottingen**. 3. Nou. An. 92.

Quid si transactio interuenit, an sicut super re iudicata, sic etiam super transactione mandata executorialia decerni possint, iterum exceptio transactionis in Camera sicut & iuramenti semper habita est pro tali, quæ altiorrem indaginem requirit. Et ideo executionem paratam non habet. Vide votum in causa B. contra B. S. **Ægidii Gefäll betreffend.** & ibi D. C. **bedencken.** Et cum in causa **Leyen contra die Herren von Elz** super transactione præcedenti mandatum executoriale peteretur, & fundaretur iurisdictio ex capite continentia, Domini mandatum executoriale denegarunt, sed mandatum cum clausula in communi forma decreuerunt, **ist das gebetten** mandatum cum clausula in communi forma **erkandt / das vorige Begeren abgeschlagen** in conf. 26. Iun. Anno 92.

Si tamen in transactione contineretur super ea processus decernendos, ac si sic iudicatum esset, decernerem.

De executoriali mandato & inuocatione brachii secularis in causis matrimonialibus, & aliis vide supra in verb. *Brachium seculare.*

Si instrumento inserta est clausula, **Mit oder ohne Recht die verpfändte Güter angreifen zuverkauffen/te.** An per hoc Camera iurisdictio fundata, vt sine clausula mandari possit? Et quamuis quidam posse putarint (extat præiudicium in causa H. contra S.) Verum illud postea 10. Iul. Anno 92. cassatum

R

fuit,



fuit, & postea 9. Oct. eodem anno ad petitum D.N. & confortes contra **Darden** pariter denegatum, ubi inserta eadem clausula tantum. Quia verba, *ohne Recht* non pertinent ad mandatum sine clausula: verbum autem, *mit Recht* intelligitur de via ordinaria, scil. legitima citatione præuia causæ cognitione. Quod si autem viam facti eligere vult, suo periculo facere potest.

### Exemptio.

**E**Xempti, etiamsi maxime vellent, non tamen possunt se submittere iurisdictioni ordinarii, sine permisso eius, cui subiacent. *Pant. contra. num. 4. de offic. ordin.*

Exemptio à subiectione, etiam vtli, præscribi potest. *cap. cum non liceat. de priuil.* Item exemptio à solutione vectigalis, & similibus onerum, ad quæ alias omnes tenentur, præscribi potest. *Henning. conf. 2. de iurisd. num. 55. Oldra. conf. 172.*

Eos qui in transactione Burgundica comprehensi sunt, non licet huc in Camera pertrahere. Exceptis duobus casibus, nimirum in causis fiscalibus, & causis fractæ pacis.

Exempti vel priuilegiati non tenentur, nisi sub certo Iudice reddere rationem delicti, contractus aut rei, si hæc sunt inita & sita in loco non exempto, conueniuntur coram Ordinario eius loci. *cap. 1. de priuileg.* Hæc nota **am Cammergerichte** in statibus exemptis, si allegant quasi possessionem libertatis non soluendi collectas.

### Exempla Instrumentorum.

**E**Xemplatio instrumentorum. Vide supra in verb. *Copia.*

### Exhibitio.

**M**andatum pro exhibenda filia patri vna cum restituenda administratione. Vide in verb. *Filius.*

### Expensæ.

**E**Xpensæ, damna & interesse. De consuetudine obligationibus inseritur clausula, quod Actori quoad perpeffa damna & interesse & expensas afferenti nudæ eius assertioni stari debeat. Talis autem consuetudo de stando super damnis & expensis simplici verbo alterius partis est valida. Ita tradit *Soc. sen. conf. 90. num. 12. volum. 4. Canonista in cap. 2. de fid. instrument.* Quapropter ita iudicatum in Camera in causa **Ingolt Fuchsen** contra **Stolberg** 1. Sept. Anno 74.

Qui liti renunciat semper in expensas condemnari debet.

In arrestis quando arrestans sit in expensas declarandus. Vide supra in verb. *Arrestum.*

In causa **Nördlingen** contra **Dettingen** Mandati der Pfändung. **R. Hohentloher**



hero Gefängnuß betreffend Talis lata sententia in sachen B. vnd Rath zu Nördlingen contra Dettingen mandati, Hobenloers/2c. betreffend. Ist auff erstatten Eynd erkandt / das gedachter beklagter dem im Mandat angezogenen W. Hobenlöbern 45. fl. Rheinisch für die geklagte Versperrung vnd Abbringung fernner Zehrung vnd Lieferung der victualien, vnd auch den zu seiner Entledigung vnnnd Verrichtung des Feltbauens auffgewandten Kosten / ihm durch ermeldten beklagten zugesüget / zubezahlen schuldig / den 27. Septembris Anno 92. Similis condemnatio facta in causa T. contra Anhalt.

Cum in fine adiicitur, *compensatis expensis*, hoc ita intellige grammaticæ, das jedes Theil seinen Kosten an ihm selbst haben vnd tragen soll. Ita decisum Anno 40. 20. Augusti. Quod si in actis post sententiam non adiiciatur dies, annus & mensis latæ sententiæ, quod tunc intelligatur lata eo die & mense, qui subiiciatur in fine actorum, quamuis videatur dies, quo acta conscripta videntur. Et hoc videtur sæpius contingere etiam in actis inferioris Germaniæ. Item ibi obseruauit, quod acta dantur loco appellationum reuerentialium.

In causis Fiscalibus si condemnatio fiat conditionaliter vel in euentum, perinde pars citata condemnatur in expensas, tanquam in definitiua sententia, etiam si iustæ causæ sunt, quæ alias releuent ab expensis, quia hoc in aliis ciuilibus causis fit, non in Fiscalibus, qui non aliter, nisi cum consilio deputatorum causas introducitur, & sicut ipse Fiscalis nunquam in expensas condemnatur, nisi de dolo appareat. At licet in euentuali declaratione etiam adnectantur expensæ: tamen formaliter esset peremptorium terminum præfigere, & ex tunc pure condemnare.

In mandatis sine clausula, quando exceptionibus non obstantibus iniungitur paritio sub solita comminatione euentuali, tunc interdum actor dat statim designationem expensarum, in quas reum per sententiæ annexa verba hæc (*ferner auch erkandt / das er seinem Gegentheil die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen / nach rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnnnd zubezahlen schuldig seyn sol*) condemnatum esse asserit: Reus vero negat, se propter allegata verba condemnatum, ideo designationem reiici petat, siquidem illa condemnatio expensarum non sit pura, sed conditionalis: quæritur, an tali casu, quia Reus excipiens succubuit, ne impune & causam & partitionem distulerit, & Iudicem & Actorem frustra vexauerit, expensarum designatio sit admittenda, ipsiq; reo ad eadem agendi terminus præfigendus; an vero alia vtendum sit forma, & qua? Anno 92. 4. S. d. 52.

Expensarum taxa ratione actorum appellationis in Camera fieri debet irrequisito Iudice inferiore, si Iudex id detrectet, contra eum monitoria discernenda, Anno 83. factum.

Expensarum punctus ad nouas pertinet, ideo ad designationes in nouis excipiendum, nec facile Replicæ admittendæ, Anno 92. 3. S. d. 50. B. 85.

Expensæ omnes ad monetam imperialem redigendæ, idq; etiam locum habet in æstimatione damnorum & interesse: ideo semper procuratores easdem in hac moneta designent, vel annotent & ascribant, quomodo moneta cuiusq; loci ad nostram monetam imperialem se habeat. An. 92. 3. S. d. 51.

Commissariis taxantur pro singulis diebus, quibus vacarunt, singuli aurei ultra expensas. Expensas taxantes semper se taxæ subscribant, An. 83. factum.

Victus victori sumptus restituere, eiq; rei Cam. terminum præfigere debet.

Procurator si se offerat in iudicio pro partibus expensas (in quas hic forte condemnata sunt) exoluere, illa oblatio sufficit & acceptatur. Et si deinde moras neccat, & subterfugia quærat, iam ei iudicialiter per decretum sub pœna



4. vel 5. m. a. p. mandatur, vt suæ obligationi intra certum tempus satisfaciatur.

Von mündlichem excipirn contra designationem expensarum: So Titius designationem expensarum vbergibt / sol Sempronius darwider excipiendo generalia sagen / vnd als dieselben mehrertheils vbermessig / auch zum theil zu diesem oder jenem Puncten der sachen nicht pertinentes, so bitt er nur allein iudiciales & pertinentes zu taxiren / vnd darüber submittiren: Titius kan per generalia mit Repetirung seiner cynkommen designation darauff beschliessen / vnd weil alle in iudiciales necessaria & pertinentes designirt, es bey vorigen designation bleiben zu lassen bitten / vnd ebenmässig submittiren. Processus in puncto expensarum: Victor exhibet designationem expensarum, victus exceptiones cōtra eandem: victor concludit viua voce: victus itidem. Expensæ an statim debeantur, quando in causis mandatorum fertur euentualis sententia; an vero tum demum, si nec rea pars huic sententiæ parere velit, prout videntur verba sonare? Quidam putant, quod tum debeantur, si sententiæ parere nolit, prout habent verba comminationis in fine adiecta. Alii vero dicunt, quod statim debeantur, vigore sententiæ: nam Iudex, qui denuo per sententiam iniungit partitionem, nil noui decernit, vel absque vltiori causæ cognitione quid statuit, sed manet in terminis mandati, & quod per mandatum prius iniunctum erat, hoc ex benignitate, reiectis exceptionibus, si quæ fuerint exhibitæ, præfigendo terminum peremptorium iterum, vt mandato per omnia satisfaciatur, sub comminatione arctiorum iniungit, & veniunt expensæ illæ restituendæ, in Krafft aufgangen Mandats / ex natura restitutionis, & non sententiæ, quæ vt dictum, nihil in se noui continet.

Ahung / Unkosten / Zehrung vnd Verschmunn an veniant in restitutionem in puncto partitionis? Respondetur quod sic: vt in causa **Churf. Pfalz** contra **Brandenburg** mandati der Pfandung / 2. verstrickte Vnderthanen belangende. Anno 89. Et in causa **Nördling** contra **Dettingen** / mandati der Pfandung. Ita factum in causa **Landtschad** contra **Steffen Räden**. & in causa **Cuno Eckbrechts von Lürkheim** contra **Herrn P. zu Hanaw** / die von **Froschweiler zu Werch** verstrickte Vnderthanen belangend. Allda die Ah müssen entrichtet werden.

De expensis litis, &c. Procuratores exigunt salaria per monitoria, quæ tamen iis non decernuntur ratione der Dienstgelt / nisi ipsi exhibeant ihre Dienstverschreibung.

Sed & procurator, qui causa cecidit, potest petere per supplicationem extraiudicialiter taxationem laborum, quo casu taxatæ expensæ per monitoria quoque exiguntur, quæ ex cancellaria dantur. Et sciendum, quod monitoria habeant vim executionis, ideo non dantur pro debitis aliis, et si pecunia sit mutuata.

De expensarum condemnatione, absolutione, & compensatione. In appellatione ab interlocutoria succumbens, in expensas dilatae litis condemnandus: Si procuratorum ea in re versabitur culpa, ipsi luant. *C. 90.*

In causis expensarum plerunque ad porrigendas expensas dantur 6. septimanæ & 3. dies, vt factum in causa **Worms** contra **Wendel** / Anno 75. 24. Maii, Item in causa **Wendel** contra **Wendel** / Anno 83. 13. Febr.

Si exceptiones contra mandata siue clausula prorsus deprehendantur friuolæ & impertinentes, condemnatio expensarum in sententia partitionis, non vt hætenus in euentum, sed pure deinceps concipienda. Expensarum taxatio: Pro literis scribendis & actis redimendis procuratoribus pro discretionem taxatur fere iuxta annorum rationem, quibus pependit, in singulos fere annos. 2. fl. vel 1½. fl. si procurator id petat.

Nuncio-



Nunciorum quoque habetur ratio, & pro singulis miliaribus taxantur  
6. Rr.

Schedula expensarum ante omnia taxatur, & quod in illis reicitur, per hanc notam O. d. N. signatur in margine. Quod vero in dicta Scheda non taxatur, ut sunt labores Aduocatorum & Procuratorum, qui deinde separatim taxantur, ita notatur  $\odot$ . quod vero in Scheda taxatur, in margine uniuscuiusque capitis scribitur. Deinde taxantur Aduocato producta singula ex æquo & bono. Postremo taxatur Procuratoribus protocollum, ipsis pro vnoquoque verbali recessu taxatur  $\frac{1}{2}$ . fl. aliquando duo recessus pro vno verbali taxantur.

In parte citata eius expensæ ex æquo & bono taxantur, ut & omnes alia in litem factæ.

Pro Scheda expensarum & recessu 1. fl. vel  $\frac{1}{2}$ . fl.

Omnes expensæ in vna summa conficiuntur, & sigillatim exprimuntur, quid Aduocato & cuique Procuratori debeat, idque actis inscribitur.

In taxa 1. fl. valet 15. **Dahen.**

Non facile æqualis numerus taxatur, accepta deducuntur, iura Cancellariæ asseruantur.

In causa **Geier** contra Episcopum Herbipolensem non habita fuit ratio expensarum pro consiliis. D. B. fecit taxam.

Expensæ & omnes pœnæ sunt taxandæ & soluendæ in **Reichsmünz**. Ita in puncto partitionis etiam fieri solet. Sic in causa **Tüngen** contra **Würzburg** iniunctum, **dass er innerhalb 2. Monat die an Königlichen Thalern erlegte 3. fl. 3. Schilling mit guter Reichsmünz aufzuwechselfen vnd zu erstatten schuldig.** 9. Ian. Anno 90.

### Extraiudicialia.

**EXTRAIVDICIALITER** obtenta commissione ad perpetuam rei memoriam, Rotuli iudicialiter non producendi, sed lectoribus in Cancellaria ad custodiendum tradendi, eiusque rei cognitio accipienda.

Apocha contributionum solutarum nomine confecta, extra iudicium ad partem, vel domi fiscali exhibenda, is si recipere nolit, possunt iudicialiter produci.

Tempus obtentorum è Cancellaria attestationum iudicialiter non significandum, sed per Scribas Protonotariis suggerendum, & in protocollum marginibus annotandum. C. 90.

## F.

### Famosus:



**F**AMOSVS libellus: probatio criminis in famoso libello, Edens famosum libellum non admittitur ad probandum allegatum crimen. Ita in Camera iudicatum in causa **Vogelsberg** contra **Fürstenberg** 22. Augusti Anno 41. per leg. 1. C. de famos. libell. Roman. in cons. 96. dissentis Panorm. in cap. tante, de re iudic. per text. c. 1. 2. 3. 6. quest. 1.

R 3

Fatalia.



## Fatalia.

**D**E fatalibus prosequendæ appellationis, *Ord. p. 2. tit. 30. §. 1. & §. 5. Mynf. cen. s. obs. 57. Gal. 1. obs. 140.*

Fatalium prorogatio non est faciendæ ei, qui sex menses introducendæ appellationis habuit, nisi impedimentum allegatum sit notorium, aut aliquo modo edoctum. R. D. F.

Fatalium prorogatio ei, qui minus quam sex menses habuit ad introducendam appellationem, potest sine impedimento edicti, *vmb geringer Brsachen n. illen geschehen*, sed tantum proroganda ad tempus sex mensium, & non ultra. R. D. F.

Fatalium prorogatione facta id citationi inferendum esse, traditur in visit. recess. Anno 59. §. *Als sich dann zu Zeiten*. Id tamen tantum procedit in prorogatione facta termini hominis, quod fit sine documento.

Prorogatio fatalium petita ad reproducendum processum, illa prorogatio cum reali reproductione processuum per iustas causas decerni debet, alioquin causa pro deferta habetur.

Causæ reproductionis fatalium an debeant exprimi in citatione? Et putant domini, quando cum causæ cognitione decernuntur, per documenta, id est, probata impedimenta, aut etiam si petatur prorogatio termini hominis, etiam si sine documento non inferendæ sint causæ citationi: secus si sine documento, ad nuda narrata.

Fatalia si quis petat prorogari, post elapsos iam aliquot menses, an audiendus? Ea in re distinguendum est: aut enim petit sibi prorogari terminum hominis, aut terminum legis. Primo casu vnica tantum causa releuans est in ordinatione, scil. distantia locorum. Si vero alia iusta impedimenta allegantur, restitutionem in integrum petere debet, vel agere ad interesse contra eum, qui impediuit: altero vero casu concedenda est prorogatio.

Vnica causa prorogationis termini, scil. distantia locorum, in Ordinatione expressa, potest extendi ad alias similes, vim maiorem belli, pestis, inundationis aquarum, &c. si modo exhibeatur eius rei documentum in continenti: alias non: aut si notorium.

Fatalia appellationis si incidunt in ferias, vt si quis protestatus non sit: tamen non præiudicat, idque ex recessu Spirensi Anno 70.

Item etsi ordo eum non apprehendit, *wann aber der letzte Tag ist / vnd er besorge / das ihn die Ordnung nicht erreichen möge*: tunc producit coram deputatis, protestando.

Fatalia in causis pauperum non prorogantur, quia ipso iure tuti sunt. Ita denegata prorogatio in causa *Verens des armen Wanno* contra *Johann von Weppen* 20. Iunii Anno 88.

## Feria.

**C**LAVSVLA, *exceptis feriis*, seu, *exclusis*, de maioribus duntaxat feriis, *da ein ganze Wochen / oder drüber / kein Gerichte gehalten* / intelligenda est.

*Fendum.*



## Feudum.

**I**N feudo imperiali quando Camera Imperatorem præuenit, cognoscit de feudis imperii. Ita factum in causa **Gils** contra **Dredenrod**: **Fels** contra **Nassaw**: **Schönburg** contra **Halle**: **Duches** contra **Erstenberg**: **Aach** contra **Gällich** mandati de relaxando captiuo, etiam si tale feudum pars ducatus vel Comitatus esset. Ita in causa **Wechselrein** contra **Fugger** Anno 88.

Licet feuda, vt feuda, & per se non veniant in petitionem hereditatis, tamen veniunt cum vniuersitate, ratione possessionis, quæ fuit penes defunctum. *Cantiunc. conf. 23. num. 55.*

Cum hæc quæstio (ob **H. F. mit dem Wändelheimischen Lehen von der Röm. Kayf. May. habe belehnet / vnd die alte vngemittelte Lehensgerechtigkeit / so die Statt Wändelheim vor diesem im Reich immediate gehabt / derselben entzogen vnd sie sub vasalla, vel valuasua dicti Fuggers hat gemacht werden können**) directo Cæsarem, non Camera concernat, nemo alius quam ipse Imperator huius controuersie Iudex esse poterit. Nam si inter ipsum & vasallum aut alium controuersia fuerit, ipse solus cognoscit, nisi forte ex proprio motu permittat, vt alii cognitionem illam faciant, & quod æquum & iustum fuerit, pronuncient. Eatenus enim Imperio maius esse videtur, sese iis legibus, supra quas est, publicæ vtilitatis gratia submittere. *Ferrar. Montan. in vsibus feud. lib. 5. c. 1. §. adeo autem.* Imo dato, quod illa contentio directo vergat contra Fuggerum, tamen adhuc Imperator in ea Iudex esset. Secundum *Zaf. in Epit. p. 11. num. 6.* asserentem, quoties inter duos controuersia est, quorum vterque contendit, sibi deberi ius inuestituræ ab Imperatore vel Rege tribuende, quod tunc Imperator vel Rex ipse Iudex sit. *Concord. Iac. de S. Georg. in vers. & dicti vasalli. pro dictis rebus feud. num. 1.* inquit: quando duo æqualiter contendunt de feudo quocunque, quod immediate tenetur ab Imperatore vel Imperio, inter ipsos Cæsar ipsiusmet Iudex esse debet. Adde omnino *c. 1. in pr. de L. Conrad. vbi Schenck à Tautenb. num. 1. Sonsbeck. in vsib. feud. p. 14. num. 19.* vbi ait, non obstante, quod alterutri contendentium de feudo Imperator de euictione teneatur in casum succumbentiæ, eum nihilominus in controuersis super feudis regni & imperii Iudicem esse. Rationem vide per eum. Et sic hæc causa **Wändelheim** contra **Fugger** / neque per viam simplicis querelæ, neque per viam appellationis, vtpote à mero delegato Imperatoris interpositæ, ad Camera deuolui potest. Accedat quod Ordinatio in huiusmodi casibus Camera nullam tribuat iurisdictionem, nec iuri communi derogat, ea de re in proposito themate, quoad competentiam fori, merito standum est prædictis iuribus & autoritatibus. Et sic denegata supplicatio pro citatione ex parte **Wändelheim** 26. Iulij Anno 1587.

Agnatus proximior consentiens alienationi feudi, filiis præiudicat.

Agnatus proximior quando consentit agnato alienanti feudum paternum antiquum in extraneum, de consensu domini, non simpliciter, sed se obligando & promittendo, quod contrauenire & reuocare feudum non velit, tunc præiudicat filiis suis, adeo quod alienatore etiam mortuo, filius feudum reuocare non possit, prout distinguit *Iac. de Beluis. & post eum Bal. in c. 1. §. hoc quoque. tit. de success. feud.* & fuit secundum prædictorum *Dd.* opinionem iudicatum in Camera Anno 1538. 27. Augusti in causa appellationis in causa **Weiherman** contra **Jacob vnd Hansen die Weisherer.**

Feudorum quando fœminæ capaces sint, vide *Iac. Phil. Port. in conf. 1. nu. 4.*

Fœmina



Fœmina semel exclusa semper manet exclusa à feudo, vt decisum fuit in causa *Habern* contra *Churf Pfalz* Anno 89.

Feuda alienabilia, emptitia & hereditaria ad quoscunque heredes transferre, & quod regalia ab iis separari nequeant. Item quod Imperator, si de euctione sit obligatus, Iudex esse nequeat in feudis, & quod feudorum Imperii nulli alii sint pares & iudices quam ipsimet status, narratum in causa *Weschelrein* contra *Fugger* 9. Ian. Anno 88. & tunc processus decreti.

Anno 1580. 19. Nouembris supplicauit A. G. *Wolfskeel* contra *V. F. von Daun Graffen zu Falckenstein* narrans, sibi de Comite à *Falckenstein* feudalia bona adempta, & ad nouem annos iam detineri. Et licet sapius pro restitutione & iure dicendo supplicarit, & 3. Nouemb. nuper conuentum, vt ad 8. Septemb. pares conuenirent, de causa iudicatur: tamen id non factum, & eos non comparuisse, *sey ihnen auch zum Tag weder verkündet noch abgefändt worden / darauff er in præsentia Secretarii Comitum, item Notarii & testium protestirt vnd angezeigt / vigore eyngelegts Protestation instruments, so wolt er sich nuhnmehr apud Cameram beklagen.* Oriebatur primo dubium, *ob auff angebracht* denegationem iustitiæ in bonis feudalibus Camera proximus superior *were?* Et certe cum pares Curia sint loco *der Auftråg* post primum Iudicem immediate superior, id est, Camera adiri debet. Et sic voluerunt discernere. Verum obstitit ex instrumento, quod non constabat, iustitiam denegatam *fündtlich* / cum non constet ex documento, an Comes pro administranda iustitia fuerit requisitus: Si autem ter denegasset, tunc feudum repetere potuisset: Ideo decretum, *auff vorbracht* instrumentum protestationis *abgeschlagen.*

Feudum ex pacto & prouidentia alienatum non potest reuocari per heredem, & eum, qui successit: Vide *Menoch. conf. 439. num. 12. & conf. 89. num. 62. 66. & 67.* vbi latissime: quia heres est vna persona cum defuncto, ideo eius factum impugnare nõ potest. Quod nota pro creditoribus Marchionis E. F. B. Ex quo enim mobilia alienauit, *das Silbergeschir hinweg geföhrt* / item alienam hereditatem adiuit, & per consequens tenetur etiam ad æs alienum exsoluendum, licet sint feuda ex pacto & prouidentia in causa *Luxelburg* contra *Baden* Anno 92. Item nota, *er hat etliche pensiones bezahlet / als D. H. auff außbracht* mandat; Item *hat hin vnnnd wider Vertröstung gethan* de soluendo, als *D. W. R.*

Feudum hereditarium cum est, non potest heres feudum retinere, repudiata hereditate. *Menoch. conf. 1. num. 316.* & pulchra doctrina Curtii iunior. hic notanda, quam ipse Curt. refert *in tr. feud. in 1. pr. quest. 8. num. 19.* vbi dicit, se aliquando interrogatum respondisse, quod cum feudum hereditarium esset, vasallique filia extaret, & patris heres, sed feudi illius masculini incapax altero autem ex latere extarent vasalli agnati, feudi quidem capaces, sed non illius vasalli heredes, neutrum eorum in feudo succedere potuisse. Filia non potuit, quia erat incapax ratione sexus: agnati non poterant, quia non fuerunt heredes. Vide *Couar. var. resol. lib. 2. num. 3. vers. idem omnino. Menoch. conf. 1. num. 316.* pessime, nisi intelligere velis de primo acquirente, non etiam de vltimo defuncto. Sufficit enim primi acquirentis esse heredem. *Menoch. consil. 1. num. 318.*

Inhihetio an pendente lite super possessorio contra Reum decernenda? Responderetur quod non, si Reus dicat se fuisse in q. possessione iuris venandi ultra hominum memoriam, & offert probationem in continenti, & verisimile hoc reddit, *dass die Bawren den Hag so der Gräff für 16. Jahren geschlagen* (propter suum ius venandi) *eyngerissen/ & sic constet Reum habuisse possessionem, & continuasse vsque hodie mit Auffbauung der alten Hag/sonider gehauwen worden/* iuris est possessorem debere vt iua possessione lite etiam pendente vel appellatione, *gl. fin. in c. non solum. de app. in 6. Bald. in l. general. ter. in fin. de reb. cred. c. 1. & ibi Abbas. num. 4. vt lit. pend. Guid. Papa decis. 578.* Et quia agitur de iure venandi, Iudex decernens inhibitionem hoc ipso videretur principalem controuersiam terminare, ita vt si sententiam definitiuam ferte vellet, bis videretur iudicare, quod contra eius officium esset, præsertim eum cognitio causæ nondum suscepta, Reus autem dicat se vt i possessione sua. Cum enim principaliter sit mota quæstio de possessione, Iudex non debet vsum eius inhihere, & sic breui manu ac per indirectum partibus largiri, quod non posset per directum: quia hoc totum pendet ex euentu futuro, scil. sententiæ definitiæ declaratione, *Abb. in c. si caute. de appell.* Remedio ordinario electo, & per litis contestationem causa in iudicium deducta, non potest decurri ad extraordinarium *l. in causa de minor.* Malum publicum timendum esset, vt inhibitioni in possessorio sit locus *text. & Dd. in l. aquissimum. de vsufr. par. 2. tit. 21. ord. Vid. Roland. decis. 2. vt lit. pend. in nou.* Hæc referens L. consentientib. reliquis dominis in causa *dass die Gemein* contra **Johann Dassenheim** vñnd **Steinburg** contra **P. Graffen zu Hanaw Lichtenberg** referri cepta 14. Martii An. 59. sententiatum in puncto supplicationis. *It D gebetten inhibition noch zur zeit abgeschlagen.*

Inhihetio Pontificis non ligat Camerales. Vt in causa **Bremer** contra **Bremer Thumprobst**/ vbi frater fratri suo Canonico succedere voluit, inhihuit Papa iudicio Camerae. An inhibitioni paritum nescio. Sed cum constitutionibus imperii cautum sit, Pontificem non posse impedire iurisdictionem Camerae, non solent eius inhibitiones attendi, & ita Camera obseruat.

Inhihetio & mandatum de non offendendo: Nota quodocunque quis timet, ne indebite grauetur, aut molestiam patiat, quod possit iudicis officium

cium



tium implorari, qui inhibeat ei ne iniuste vexet. *Lud. Rom. in conf. 244.*

Inhibitio in absoluteione quando locum habeat? Quando ab absoluteoria appellatur, regulariter non solet inhiberi: tamen, quando pars quoque in expensas condemnata, & in eo grauata, cum ad solutionem quotidie cogi possit, etiam tum inhibitio decreta, &c. Ita factum in causa H. contra N. de aureo annulo.

Licet in causis appellationum ratione inhibitionis semper dubium occurrat, quod scilicet ratione praetensi decreti, à quo inhibitio non debeat decerni: tamen quando grauis comminatio banni & solutionis faciendae decreto annexa est, & Rotvilenfes plerunquē ad poenam banni procedunt, nisi inhibeatur, & styli sit Camerae, quod contra ipsos inhibitio plerunquē decernatur, Camera etiam plerunquē inhibitionem decreuit. Ita decreta inhibitio cum citatione & compulsorialibus in causa Hohenzollern contra Grempen 17. Augusti Anno 81. R. D. G.

Inhibitio non facile decernitur, quando appellatur à Commissariis Caesaris. Ita denegata inhibitio in causa Widman contra Berlichingen in Maio Anno 92.

Sic etiam inhibitio decreta den Schulischen Unterthanen contra Fabr. Rammiermeister zu Cosniz. 8. Augusti Anno 88. quae lata fuit Rotvilæ.

Nota tamen, quando Rotvilenfis Iudex se competentem pronunciat, & ab illa sententia appellatur ad Cameraam, quod non inhibetur, nisi allegetur se priuilegiatum tali casu, & tale priuilegium iudicio Rotvilenfi insinuatum.

Delegato Principis ordinarius Iudex quo casu inhiberi possit? Vide apud Iacob. Phil. Port. *in conf. 5. nu. 29.* nempe si talis noua causa superueniat, de qua delegans cogitare non potuit.

Quaestio: Pone, inhibitio emanauit in causa appellationis contra Iudicem priorem, is inhibitione non obstante mandat executionem fieri. Queritur: an arctior inhibitio vna cum citatione ad videndum, se incidisse, peti & decerni possit extraiudicialiter, propter summum morae periculum? & responderetur quod sic. Praeiuudicium extat in causa Steinberg contra H. J. H. zu B. vbi arctior inhibitio decreta. 4. Septemb. Anno 92.

Quando quis verissimiliter, & metus iustis rationibus timet, se ab aliquo grauatum iri, tunc potest concedi mandatum inhibitorium, etiam non praetia causae cognitione, vt per Roman. *in conf. 144. Gail. lib. 1. obseru. 16.*

### INIVRIA.

**I**NIVRIA inter Camerales. *Ord. p. 1. tit. 10.*

In causis iniuriarum etiam mandata cum clausula decreta, de restituendo ad honores pristinos. Ita factum in causa I. G. B. contra den Erbsiffen M. credo tamen ratione continentiae.

Quamuis remotio à statu & dignitate, als wann einer seiner Ehren entsetzt, non spectet ad tria capita actionis iniuriarum ex lege Cornelia, quae 30. annos durat: tamen si agitur actione spoli, tum adhuc durat 30. annos, & potest iniuriarum actio cumulari, modo intra annum intentetur. Ita intra terminum anni vterque processus decreti, ratione spoli & iniuriarum, vt in causa Jmling contra Heilbrun 21. April. Anno 91.

V Quod



Quod in causis iniuriarum verbalium agi possit per actionem ad reuocationem verborum iniuriosorum fuit obseruatum in causa iniuriarum, **Wolradt** contra **Gutenberg** primo coram **Friderico II. Rom. Imp.** & ab illo desuper pronunciatum: & fuit talis causa postea in executiuis agitata in Camera Anno 1495. & sic determinatum in causa **Briglin** contra **Glafer** Anno 40. 13. Ianu. scil. quod tunc censeatur actum ciuilititer, & non criminaliter. Fuit etiam conclusum incidenter in causa iniuriarum appellationis **Göbel** contra **Hans Göden** in Sept. An. 41. & sic considerandum, an expressio loci & temporis, item aestimatio sit necessaria.

Causa iniuriarum criminalis ciuilititer intentata non est **chehafften** **Rotvillae**. Ita ostensum per **N.** in quadam causa **Strasburg** contra **Rotweil** inter relationem **S. 7. Febr.** Anno 38.

Iniuriarum realis actio ciuilis ex lege **Cornelia** descendens, est perpetua, **Myns. cent. 1. obs. 84.** & anno non tollitur, quemadmodum **gl. in l. Corn. ff. de iniur.** tenet, quam etiam **Odofr. & Bal.** sequuntur. Et ita fuit in Camera iudicatum, & opinio **Azon.** reprobata in duabus causis iniuriarum, scil. **Comitis L. de Hannaw** contra ciuitatem **Argentinesem**, appellationis, relata **21. Martii An. 37.** vbi simul fuit approbata glossa praedicta in eo, quod pars non iurare debeat, sed Iudex pro arbitrio taxare possit, contra opin. **Cyn. in l. si non conuitu. C. de iniur. & Bar. in l. iniuriarum aestimatio. ff. de iniur.** Ita quod prior sententia iudicis à quo, ob non praestitum iuramentum, non fuit annullata. Attamen in Camera de stylo permittitur iuramentum post taxam condemnationis. Et ita fuit iudicatum in praedicta causa **Göbel Emerich** contra ciuitatem **Coloniam 27. Martii Anno 37.** & antea in causa **Bogel** contra **München.**

Quamuis in verbalibus iniuriis condemnatio fiat in procuratorem, tamen in realibus iniuriis absurdum est, procuratorem condemnare, qui nihil fecit, quin potius in personam litigantis sententia concipienda videtur, reseruato honore, vt in causa **Dhr** contra **Münster** & **Erlin** contra **Spat.** & in causa **Speth** contra **Chingen.** In causis iniuriarum receptum in Camera, vt poenalis & reuocatoria cumulentur. Ita factum in causa **Eiffelin** contra **Ench.** & in causa **Guilhelm** contra **Mariam.**

Ad obtinendos processus in causis iniuriarum in Camera non sufficit in genere allegare, sibi iniurias illatas, sed debent iniuriae in specie deduci. Et sic processus denegati **13. Decembr.** Anno 91. tali decreto: **Wo fern der Supptis tant die angezogene iniurien in specie fürbringen wird / soll ferner darauß ergchēn wß recht ist.**

Iniuria picta vel scripta anno non tollitur, sed instar realium perpetua est, & post annum intentari potest, & ita in Camera obseruari testatur **Gail. 2. obseru. 104.** obseruatum in causa **Hanaw** contra **Großschlag** **22. Sept. An. 78.** Et in causa **Webesser** contra **G. Vorangel** **25. Sept. Anno 67.**

Transactio super iniuriis an infamet, & an confirmetur in Camera? **Gail. 2. obs. 102. nu. 16.** vbi praedicta allegat, quod denegata sit confirmatio. Vide **Sayerum**, qui adfert praedictum de Anno **1526. 2. Nou.** vbi transactio iniuriarum in Camera obseruata, & confirmata.

Magistratus iniuriam sibi illatam an ipsemet vindicare possit? **Gail. lib. 1. obs. 39.** vide consil. **German. tom. 1. cons. 1. nu. 46.**

Iniuria verbis generalibus prolata, vt si dico, quod vrbes recusantes dare principi tributa, vel vectigal, sint infideles principi, non dicitur iniuria: ita quod vrbs recusans dare tributum, non ideo possit iniuriarum agere: **Menoch. cons. 107. nu. 10. & seq.** si sc. maneat in **H<sup>ni</sup>**, nec descendatur ad **v<sup>ni</sup>**.

Quando



Quando actum est ad poenam pecuniarum, & summa non est conformis Ordinationi, scilicet 150. fl. puta si condemnatio facta in 140. fl. tunc processus denegantur, per Ord. p. 2. t. 28. §. vnd sonderlich. vers. doch sollen /c. Ego tamen illum §. Ord. non intelligo de summa, in quam condemnatur, sed de summa in libello secus est, quando non agitur ad pecuniariam poenam, sed vel ad reuocationem, vel ad condemnandum, das er zu viel vñ vnrecht gethan hab / zu Car vnd Wandel /c. totaliter iniuriando, quia tunc semper appellatur.

Etiamsi talia verba sint apposita: *condemnamus te, saluo honore tuo*, quod maneat adhuc iniuria facti, & ideo tali casu processus decreti in causa *Christoff Pencker* contra *Rotermund* & Ducem P. 14. Febr. Anno 92.

Iniuria quando aestimanda & sententia ferenda, tunc semper praebula praecedere debent, de quo vide *Gail. 2. obseru. 102. num. 8.* & ita factum in causa *Göbel Emerichs* contra *Fürstenberg*. Et An. 87. 26. Aug. in causa *L.* contra *B.*

Quando aliquis deponitur ab officio vel dignitate, tunc competit ei actio iniuriarum. *Bal. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offic. procons.* Alioquin etiam imploratur officium iudicis. *Fab. in §. aliena. Inst. de bon. poss.* quin etiam comperunt remedia possessoria, sc. interdictum vti possidetis: Item vnde vi, si esset in q. possessione honoris. *Pulchre Rebuff. in repet. l. 1. C. de sent. quae pro eo quod interest. gl. 1. nu. 171.* Ita factum in Camera in causa *Jmling* contra *Hailbrunn* 20. April. An. 91. Vide absolutoriam in casu degradationis consularis dignitatis, 5. Iunii An. 1522. apud *Sayl.* & plerunq; tales causae intitulantur, spoliū & iniuriarum.

An vero taliter remotus ab officio, reali, vel verbali saltem dicatur iniuria affectus? Et sane videtur esse realis iniuria: quia habet actum permanentem, & ideo dicitur perpetua: aut saltem durat ad minimum per quadriennium, *per l. sicut exceptione. §. 2. ff. quod met. causa:* quia facta est per vim & metum compulsuum. Vide *Mynf. 5. obs. 7. Wormbs de iniuriis. obs. 1. Hart. pract. obs. lib. 2. obs. 2. tit. de iniur.* Verum si penitus rem inspiciamus, videtur, eam tantum annum durare. Etenim tantum 4. species iniuriarum realium recensentur, inter quas haec species non repetitur, videtur esse fragile argumentum: alias iniuria in scriptis facta non esset perpetua, sicut iniuria in scriptis. Ergo, &c. Eamque opinionem domini Camerales saepe secuti sunt. Sed ita solet res temperari, vt scil. quoad actionem iniuriarum, actio illa tm̄ annū duret, sed quoad spoliū, habet 30. annos: idque in Camera obseruatur. Vide pulchrum exemplum eiusmodi illatae iniuriae apud *Paris. cons. 149. num. 13. cum seq. per tot.* vbi dicit, iniuriarum agi posse, si alicui scamnum sublimius in Ecclesia remoueat. Vide *Hartman. pract. obs. lib. 4. tit. de iniur. obs. 4.*

In Camera producto aliquo iniuriatus, potest iniuriantem ibidem conuenire, & processus decernuntur. Ita factum in causa *Kiefferschied* contra *Kloster Bernaw*. Sic quotidie fit in Camera.

Sed quid, si Commissarius, durante commissione, ratione d. sui officii, als ein Commissarius iniurirt würde Domini eo in casu aequae processus decernendos esse contra iniuriantem in Camera censuerunt: quia iniuria delegato vel commissario eius facta, censetur Camerae, non Imperatori facta, & ideo censuerunt in causa *Komspergs* contra *Gothhart Hofelin Bürgern zu Cöln* 20. Maii An. 92. processus decernendos, si narrasset, quo tempore iniuria commissa: nam videbatur annus elapsus.

An in causis iniuriarum petita poena pecuniaria sibi applicanda possit mutari, vt in vsum pauperum erogetur? *Mynf.* in quodam responso suo *fol. 59.* sub finem putat, quod sic: contrarium tamen deciderunt domini in causa *Schönbeck* contra *Droffen*.



Infamia ut euitetur, sententia ferenda in Procuratorem. Et ita factum in causa **Lebizamen** contra **Bushaw**. 26. Augusti Anno 87. Gail. 2. obs. 102. n. 7.

Iniuria in scriptis facta, an sit annalis vel perpetua, vide Gail. 2. obs. 104.

Si Iudex talem fert sententiam in actione iniuriarum, condemnando Titium ratione illatæ iniuriæ, saluo tamen honore suo, si summa, in qua condemnatus, non est appellabilis, nec ratione condemnationis simplicis est appellabilis: propter verba, saluo honore tuo, &c. Ita denegati sunt processus.

Assessori Cameræ quando iniuria infertur, ratione sui status vel conditionis, tum Fiscalis se intromittit. Ita factum Anno 1515. 12. Septembris. Vide Saylor.

Nota: Ciuilitèr ad æstimationem iniuriæ tantum is potest agere, qui principaliter fuit offensus, vel is qui habet vel habuit offensum in potestate sua, ut pater pro filio, maritus pro vxore agere potest: sed non contra, liberi, vxor, vel alii consanguinei, pro patre, marito, fratre, vel alio consanguineo agere possunt, & prætere aliquid interesse pecuniarium, sed tantum affectionis. *Marant. fol. 81. 307. & 317. Cranetta consil. 119. Hart. pract. obser. lib. 1. de in:ur. cap. 20. Henn ng. Godeu. cons. 107. num. 2. & 7 102n. Faber. Inst. de iniur. §. sed etsi. vbi videtur contrarium. Vide addit. in decis. Tholos. quest. 127. num. 4.*

Verum pro supra dicta opinione fuit decisum in Camera, in causa **Longam** contra **Bonshaw**.

Quando Iudex pro suo arbitrio possit aliquem suo loco & magistrature mouere? Vide Menoch. 1. arbitrar. iud. quest. 55. & in causa **Jmlin** contra **Hailsbrunn**. 20. Aprilis Anno 91.

In causa iniuriarum quomodo impediatur præscriptio annalis? Si causa iniuriarum oriatur ex alia causa iam pendente in Camera: tunc in causa iniuriarum proceditur, vsque ad litis contestationem inclusue ad impediendam præscriptionem annalem, vñnd wird als dann causa iniuriarum **Witt zu Erörtes rung der Hauptsachen eingestelt** / per text. in l. si quidem auiam. C. de iniur. & Salic. in l. si tibi seruitutis. C. de lib. causa. atque ita 3. Nouemb. Anno 61. in Camera iudicatum.

Iniuriatus in iudicio is potest vel statim iniuriam deducere, vel protestatione facta ad definitiuam sententiam principalis causæ differre, & ea lata etiam de iniuriis conqueri. l. si tibi seruitutis. Cod. de lib. causa. vbi Salices. Sic post longam disputationem 3. Nouemb. Anno 61. iudicatum, vbi Comes à N. conuentus ab vxore sua pro donatione propter nuptias, ille contendit se illi nil debere, quod impudice vixisset, causa illa pendente Actrix supplicauit pro processibus, super iniuriis actura. Quidam ex Dominis censebant illam agere non posse, donec causa illa præiudicialis esset decisa, sed maior pars censuit processus posse decerni, & procedi vsque ad litis contestationem, qua facta causam iniuriarum deferendam vsque ad decisionem causæ principalis, vt & alias sæpe in Camera obseruatum. Verum contrarium fuit obseruatum in causa **Loue** contra **Truppen** / vbi cum esset actum petitione hæreditatis, & obiectum Reo, quod res hæreditarias dolose subtraxisset, petereturque citatio à Reo ad persequendam iniuriam illatam, per decretum denegata fuit 4. dilatio vsque ad litis decisionem, quod putarent Domini illi interea non currere annum prætorium, idque in aliis causis obseruatum. Idem fuit obseruatum in causa **Homic** contra **Osnabrucl** / mandati executorialis, vbi **Osnabrucl** supplicauit pro citatione. Narrabatur in quodam producto, quod dolose Osnabrugenses differant sententiam latam exequi, cum disceptatum esset inter dominos, quid iuris, *ist der Supplicans iudicialiter gewiesen*: Putabant tñ omnes

omnes



omnes Domini ante decisionem causæ principalis citationem vix decerni posse, allegabatur præiudicium Loue contra Truppen/ vbi etiam partes iudicialiter getwiesen/ & tandem per sententiã tantisper, donec principalis causa decideretur, denegata supplicatione Honig contra Sfnabruck. 4. Febru. Anno 65. Referente Domino W. B.

Iniuria ex lite surgens non potest determinari nisi lite finita: sed bene querela super causâ propria, etiam lite adhuc pendente, *Milis in repertorio suo, in verb. iniuria præcedens Henning Goden. in conf. 30. num. 15. per text. in l. siquidem. C. de iniur. l. si tibi seruus. C. de liber. causa. Ioan. Fab. in §. iniuria. m. 2. ve s. caue autem. Inst. de iniur. Abb. in c. fin. de iniuriis.*

Iniuria ex actu iudiciali procedens, in eodem iudicio proponi & determinari potest. *Cranetta consil. 53. per totum, incipiens, Nobilis Hugo.* An in causis iniuriarum auocatio locum habeat? In causis iniuriarum si ad Cameram appellatur, & tertius quispiam interueniens (puta superior aliquis) ratione priuilegii sui causam aduocat: quaeritur; an is tertius sit audiendus? Et obseruatum est, quod sit admittendus, cum pro interesse se intrromittere etiam non citatus possit, alias amitteret priuilegium, pro illa vice ex non vltu, *cap. si de terra. extr. de priuil. Ferr. in form. opp. contra instr. vers. penitus. Afflict. decif. 235. per tot.* Nec obstat ordinatio Cameræ, quæ disponit causas iniuriarum indifferenter recipiendas, quia pro arbitrio iudicis vltra summam vel infra taxari potest, quia & aliud disponit Ord. *§. es were dann. p. 2. tit. 25.* præiudicium extat *Bram contra Franckfurt.* Et ideo tali casu iniungitur editio priuilegii, ne is qui se pro interesse intrromisit, in exceptionibus probandis multum vexetur, & casu, quo ex priuilegio postmodum producto apparet intra certam summam in causa iniuriarum non posse appellari, causa remittitur. Ita factum in causa *Georg Holtsheimer contra Brandburgen/ vnd Steffan Reinharten* 3. Octob. An. 64.

Obiiciens testi quod sit criminolus, infamis, an teneatur actione iniuriarum? *Bald. & Ang. in l. fin. quod quisque iuris, &c.* putant non teneri, quia censetur hoc facere ad defensionem sui iuris. *l. cum maior. §. si liberius. & l. ff. de bon. que li.* Et pro ista opinione pronunciatum est in causa *Gesert Bigel contra Tenhem Gauen Appellanten.* Anno 40. 17. Sept.

Actio iniuriarum verbalis intra annum expirat. *l. si non conditii. Cod. de iniur.* sed si postea reiteretur iniuria, potest ex reiteratione agi. Item si fiat iustitium, & sic stetit per iudicem, quo minus lis contestaretur. Sic quoque iniuria facta mortuo, aut cadaueri, defertur ad hæredes. *text in l. 1. §. quoties. & §. si fuere. ff. de iniur.* Et sic exceptionibus non obstantibus ad articulatam libellum litem contestandam pronunciatum; vt in causa *Michel Bleck Erben contra A. Grasse zu Hohenlohe.* 3. Iunii. Anno 1550.

Quando in actione iniuriarum in genere petitur, vt puniatur Reus, est criminalis. *l. fin. C. de iniur. l. Padius. ff. de incendi. ruin.* Et tunc est in arbitrio iudicis imponere pœnam mortis, & quando pœna in principio incerta, potest esse precaria *Anchor. conf. 272.* sed an tunc appellari possit Camera propter Ordinationem, quæ vetat in criminalibus recipi appellationes: id posse decisum est, cum saltem in iis nolit causis fieri, quæ corporis pœnam contineant, *dic. cum Leibstraff auff sich tragen* 20. Aug. Anno 81.

Nota differentiam magnam inter *mentiri; & dicere non est ita.* Hoc enim licite sine vitio dici potest: *Illud vero præterquam quod negatur dictum factumque aduersarii innuitur: in dolose malo animo hoc vel illud dicis aut facis.* In Camera cum quidam animo retorquendi, & repellendi à se iniuriam illatam dixisset: *Du leugst wie ein ehrloser Mann/ & desuper fuisse conuentus, quam-*



uis mendacium aduersarii plane probauerat: tamen propter adiecta verba, wie ein ehrloser Mann/ fuit condemnatus, vt retulit D. M.

## INSINUATIO.

INSINUATIO donationis. Acceptata in Camera in causa Philips von Reiffenberg contra N. 6. Octobr. An. 91. denegata autem in causa Blach von Schwarzenburg Johanner Meister. Ita tamen quod insinuatio quidem acceptata, sed confirmatio denegata: Rationes vide in voto Anno 91.

## INSTANTIA.

ACCUSATORE mortuo, & sic instantia perempta, non tamen corrumpitur punctus mandati. Puta si quoad factum ipsum super fracta pace aliquo modo sit qualificatum, quod plane & docte discussum in causa Hennenberg contra Hennenberg 2. Decemb. An. 66.

## INSTRUMENTA.

INSTRUMENTA Notariorum. Quamuis aliquando instrumenta non in pergameno, sed papyro exhibeantur: tamen propter loci distantiam, & quod Notarii copiam pergameni sibi eo loci defuisse testantur, appellationes acceptantur. Ita factum sapius, & Anno 81. 10. Aprilis in causa Kollner contra Ostfrieslandt. Sed in causa Wedel contra Baldaw processus ex hac causa denegati 4. Maii Anno 73.

Instrumentum aliud est publicum, & aliud priuatum; id est, confectum à Notario duorum testium presentia, id plenam fidem facit mortuo Notario & testibus. *c. 2. de fid. instrum.*

Originale dicitur prima scriptura, matrix seu protocollum, & tale etiam plenam fidem facit.

Transumptio regulariter plenam fidem non facit. *Aath. si quis in documento. C. de edendo.*

Instrumenta confecta à spurio tabellione valent, secundum Bald. in l. i. quest. 6. C. de testam. ad latus tamen Principis tabellio talis esse non potest, quia ille debet habere dignitatem. l. 1. C. de mand. princ. l. laudabile. C. de aduoc. diuers. iud. Accedit quod not. Alex. cons. 80. circa princ. vol. 2. Vbi spurius non potest esse Notarius ad banchum iuris, nec potest esse Procurator in curia Papæ, Imperatoris vel Regis, quia talis curia non debet ab infamibus fœdari. l. sed & miles. §. si ignominia. 9 ff. de excus. tut. Bal. in l. 1. §. ait prator. 8. ff. de postul. Et in tantum vera est hæc conclusio, quod infirmetur testamentum, nedum quoad institutionem, sed etiam quoad legata & fideicommissa singularia, vt per Dd. communiter in l. fratres. 27. C. de inoffic. test. Valla consil. 87. vol. 3. Mirum ergo, quod V. F. & alii quidam spurii in Camera imperiali immatriculati.

Instrumentum publicum dicitur, cui vel de iure, vel de consuetudine plena fides adhibetur, idque multis modis contingere solet. 1. scriptura si sit sigillata sigillo Principis, vel alias publico sigillo. *c. 2. de fid. instrum. 2.* quando publicatum est auctoritate Iudicis. l. publicati. ff. de testib. citatis scil. iis, quorum inter est,



terest. 3. Quod scribentis & testium subscriptionem habet authenticam. *l. si quis caute. C. qui pot. in pign. hab. 4.* Quod exhibetur ex archiuo publico, id est, ex publica vel communi cancellaria, ut not. *in l. in frau tem. §. quoties. ff. de iure fisci.*

Instrumentum priuatum seu scriptura priuata est triplex. 1. Dicitur *Apochea*, & datur à patre patri, *ein Verschreibung / darinn er bekennet die Schulde /* & tunc quando debitor confitetur, eam esse sua manu scriptam, tum plenam probationem facit. Aut negat sua manu scriptam, & contenta in ea. Et tunc si partes subscripserunt, & tres testes etiam interfuerunt, tunc plene etiam probat, alias priuata scriptura non probat, licet quale quale iudicium faciat. *Dd. in l. admonend. ff. de iurciur.*

2. *Libri rationum*, seu *registra mercatorum*, seu *artificum*, pro illis non probant. *l. exempla. C. de probat.* An etiam semiplenam faciant probationem, ut *Salyc. & Dd. in l. bona fide. C. de reb. cred. & iuretur.*

3. *Epistola*, quam absens mittit absenti, *ein Sendbrieff /* si est confecta per debitorem, plene probat. Si autem facta est per alium tertium, & non debitore, & signum habet debitoris, tum etiam probat. Signū enim multū facit ad scripturam indubitatum faciendam, etiam secundum *Bal. in l. bona fidei. C. de rebus credit.* Si autem non habet sigillum, & debitor negat sua manu scriptam, & tunc venit ad comparationem literarum, quæ facit plenam & semiplenam probationem. Vide de hoc *Dd. in l. comparatio. C. de fid. instrum.*

Quando instrumentis appellationum nomen Imperatoris non est præpositum, nec constat de creatione Notarii, talia instrumenta ex constitutione Maximiliani censentur vitiosa, licet quandoque processus, citatio scil. & cōpulsoriales periculo partis decernantur, in causis, scil. exterorum, non subditorū Imperio. Et in instrumentis ex Lotharingia allatis, vbi non tam stricte ordinatio obseruatur. Idem factum in causa *Achatii von Treme Pomeralschen Beyawoda contra Pichtern 5. Martii Anno 74.*

Instrumentum appellationis in causa Germanica Latine scriptum, an in Camera acceptetur? Respondetur quod sic: quia non reperitur prohibitum. Ita tale instrumentum appellationis pro sufficienti acceptatum in causa *R. contra B. 2. Ian. Anno 93.*

Amisionem instrumenti allegans probare debet. *Bartol. in l. sicut. de fide instrum. Alex. in consil. 96. num. 20. vol. 2.* quæ amissio iuramento probari potest. *Bartol. in l. fin. & in l. apud eos. Cod. de fid. instrument.* & alleganti est iniuncta probatio per iuramentum. Ita factum in causa *S. Wiern contra Brigen Gnes dejn. 5. Ian. Anno 53.*

INSTRUMENTORVM REPROBATIO.

INSTRUMENTVM si per testes reprobetur in scriptis, distinguitur. Si omnes contradicunt, statur testibus, & instrumentum vires amittit. Si quidam, & quidam non, tunc si tot deponunt, quot requiruntur, sc. in contractibus duo, & 7. in vltimis voluntatibus, instrumentum valet, licet alii essent centum, qui dicerent, se non interfuisse. Si autem non faciunt numerum requisitum, vel quia vnus solus pro eo deponit, & alii dicunt, se non interfuisse, quia tunc valeret instrumentum. Instrumentum publicum, id est, in quo asseritur, testatorem testatum esse, & inscribuntur testes, & eorum nomina, sed vnus testis dicit: *ego non interfui*, an reprobetur instrumentum, ita vt non probet vltimam voluntatem, tanquam cōdicillos? Si vnus testis contradicit instru-

instru-



instrumento, eius fides vacillat, ita vt nec probet codicillos. Et hoc est verum, nisi aliquid adiuuet codicillos. *d. l. fin. & ibi gl.* secundum hominis vltimam voluntatem est iudicatum in causa Klosters Medingen contra H. W. von Habsburg, da von Amptis wegen erkannt / will der von Habsburg darthun vnd beweisen / das S. in dem vorbrachten Testament / darinn er benannt vnd zu Zeugen geföhrt / oder ein anderer des Namens bey Auffrichtung weiland L. von Habsburg Ritters Testament / gegenwärtig gewesen / oder sonst ichts / so zu Sterckung vnnnd Beuestigung fürbrachts Instruments erheblich vnd dienstlich seyn mag / fürbringen / das solches gehört werden / vnd darauff ergehen soll was recht ist.

Nota i cum in causa Statt Hall contra S. Albrechten 23. Octobr. Ann. 65. super instrumento Notarii papyraceo disputaretur: tandem non obstante constitutione Maximiliani I. de Notariis Anno 12. in Comit. Colon. promulgata (quia pars aduersa nihil opposuit) decretum, läst man es bey beschehener partition bleiben.

Si instrumento insertum est pactum *l. 3. C. de pign. & hypoth.* propria scilicet auctoritate apprehendendi rem hypothecatam, an eo casu, si creditor putat, se nimis imbecillum, & eo iure vti non vult, nec etiam superior ei potest dare licentiam, siue eum manuteneere vel defendere, vt possessionem vel ipsius tenutam apprehendere possit, vt si debitor sit princeps, certe Camera, eius superior, nō potest eum vi armata immittere. An eo casu, si creditor petat mandatum sine clausula, id ei decerni possit? Et quamuis quidam putarint, quod sic, & desuper mandatum decreuerint, hac ratione moti, quod cui licet, quod maius, &c. tamen domini crebrius putarunt, non decernendum, cum sint separata, & iudicis auctoritas ei aliter non proffit, nisi aut via ordinaria experiat, aut inhæreat pacto. Vide Cholier. *de process. execut. p. 1. c. 5. per tot. M. noch. remed. adipisc. possess. quest. 20.*

#### INTERDICTA.

**A**N contra interdictum recuperandæ admittantur exceptiones dominii & proprietatis? Respondetur regulariter: quod non: admittæ tamen exceptiones dominii in causa Egloffstem contra Egloffstem per *decis. 7. Afflict. per l. facendum. §. si de vi. ff. de vi publ. per c. in literis. & seq. de rest. spol.* prius de violentia agendum esse. Sed si defensionales articuli in vim reconuentionis opponuntur, tunc spoliatus, licet alias ante restitutionem ad respondendum non cogatur, tamen super spolio reconueniri potest.

In interdicto vti possidetis, cum quilibet possessionem suam continuare prætendit, attentata dici non possunt, cum ea nihil aliud sint, quam ipsa met causa principalis, de qua controuertitur. *Capit. decis. 72.* Ideoque denegati processus in causa Teutschmeister contra Pfalzgraffen 26. Nouemb. An. 1578. Ist die attentaten Klagnit angenommen / sonder die Parthenen in der Hauptsachen zu verfahren gewiesen worden.

Hæc duo iudicia, recuperandæ scil. & adipiscendæ, possunt cumulari, modo non cumulentur circa idem, vel respectu vnus solius possessionis: tunc enim cumulatio non admittitur: secus est, vbi cumulatio fit diuersis respectibus, vel ad diuersas possessiones diuersarum rerum. Ita cumulatio talis approbata est in causa Frau A. von Birmund / Gräffin zu Waldeck / contra P. vnnnd A. Gebrüdere von Birmund / vbi possessorium intentatum est ad recuperandam possessionem arcis Nordebeck / eiusque pertinentiarum: Interdictum vero adipisc.



adipiscendæ, pro immiffione omnium reliquorum bonorum confequenda. Quando verſamur in remedio recuperandæ, & ſic in ſimplicis facti quaefitione, licet ſuper re ſpirituali Iudex competens. *Menoch. remed. 15. num. 210.* Vnde cauſa in Camera retenta *Wünſchheim* contra *Rettenheim* An. 79. Menſe Iunio.

## INTERESSE.

**A**N ratio habenda in puncto partitionis eius, quod à reipſa cauſatur, non ſolum naturaliter, ſed etiam ad uſum quemcunque deſtinatum? Reſpondetur quod ſic: in odium pignorantis, ex qua ratione etiam iuramentum in litem admitti poteſt. R. D. F.

An in mandato auff die vier Fäll in puncto partitionis veniat omne intereſſe & expenſæ? vide Mandatum ſine clauſula.

In cauſa mutui à tempore moræ aliquando ꝑ. pro 100. ratione intereſſe taxati ſunt, vt in cauſa R. contra H. *Flettam* contra *Pottwiſch* 19. Octobr. An. 82. 6. pro 100. I. *Beyer* contra R. *Kraß von Scharpffenſtein*. *Stam* contra *Hambach* An. 88. 23. Aug. *Biſchoff zu Straßburg* contra *Salatin Graffen zu Eysenburg*/denegatæ iuſtitia. Item in cauſa *Eberhart Platte* contra *Manſfeldt vund Kemſtein*. Anno 59. 22. Dec. Item in cauſa *Herbrot* contra *Hohenzollern* / Anno 52. 9. Nou. Item vide *Saylerum* in aliis cauſis 24. Nou. An. 64. 2. Dec. Anno 69. 12. Maii An. 68.

In aliis tamen caſibus meri mutui Rei in verum tantum intereſſe liquidum ſunt condemnati, & in ſummam ſeu ſortem principalem, abſoluti vero *von den verſchriebenen Zinſen* / vt in cauſa *Fugger* contra *Schwarzenberger* 18. Iunii An. 62. Vide ſententias *Sayleri* 18. Iun. An. 61. Item in cauſa L. contra L.

In aliis tamen caſibus, non in mero mutuo, ſed annuis reſtitibus, in *Gülte verſchreibungen* / ſors principalis adiudicata non fuit, ſed tantum penſio, vt in cauſa *Schawenberg* contra *Königſtein* / & in cauſa *Lübeck* contra *Reſtock* / tametiſi 6. fl. pro 100. fuiſſent ſtipulati, tamen contractus non iudicatus uſurarius, ſed ei iniunctum, vt in poſterum ꝑ. pro 100. ſoluantur.

Nota: in quadam cauſa cum ſtipulati ꝑ. pro 100. proceſſus denegati: verum cum ſe declararet implorans in ſupplicatione, *er begerte nicht treiter / weder die Reichs Abſchied vermögen* / proceſſus decreti. Ita factum in cauſa *Säublin* contra *Eberſtein* Anno 88. & in cauſa *Kraffe* contra *Löwenſtein* / ibi 100. *Malter Frücht auß* 200. *Gülten geben* / ad declarationem eius proceſſus, & mandata ſine clauſula decreta. Executoriales tamen fuerunt inſertæ ex pacto debitoris, *der Verſchreibung cunverleibt*. Aliquando etiam ſors & penſio fuit adiudicata, quod plerunque fit, quando debitor incipit vergere ad inopiam. Ita factum in cauſa *Pottwiſch* contra *Flettam* / Anno 92. Sic in cauſa *Baden* contra *Mainz vnd Stolberg* / An. 84. & alia infinita præiudicia. Sic etiam quando illud pactum *der Auffündigung* eſt in locum pænæ adiectum.

In rebus fungibilibus extrinſecum quidem intereſſe fuit denegatum in cauſa *Stam* contra *Heimbacher* 23. Auguſt. Anno 88. quia ſcil. non erat deductum: iniunctum tamen, vt id plenius deducat: vnde patet, ſi releuanter deducatur, taxatum iri.

Intereſſe emergens ex contractu per teſtes probari debet: ſed ſi prouenit ex delicto, in quo violentia illata eſt, ſi violentia probata fuerit per teſtes, ſufficit de rebus ſingulis amiſſis probare per iuramentum. *Spec. de fact. & intereſſe. ꝑ. vno.* & ſic obſeruatur etiam in praxi.

X

Clau-



Clausula inserta obligationibus de stando nudæ assertioni (quoad damna, expensas & interesse) ipsius partis, an sit de iure valida.

Interesse deberi à tempore moræ etiam in mero mutuo.

Domini quoad vfuras illicitas processus omnino denegandos, sed quoad fortem & modum interesse liciti decernendos. Nec hoc ultimo casu vtile per inutile vitiandum. Alii voluerunt, si ex narratis appareat contractum esse vfurarium, nihil omnino decernendum.

Sic Domini & Vniuersitas aliqua potest agere vel excipere pro suo subdito, cui molestia aliqua infertur à domino aliquo. *Ferrar. in forma libelli act. neg. vaf. dictumque dominum.*

Frequens est in Camera, daß sich Statt vnd Herrschafft von wegen ihrer Burecherhanen eynlassen.

Ratione interesse seynd von 100. fl. 5. fl. adjudicirt worden / à tempore moræ. Præiudicia sunt Nassaw contra Leiningen / Bûburg contra Bûburg / Wengershausen contra Stolberg / Denigban contra Abbatem, Ingolt contra Cammerern. Idque iuxta Constitut. Carolinam. Vide Gail. 2. obs. 5. num. 10. & obs. 7. In Germania 5. pro 100. in conuentionibus approbatum testatur Guid. Pap. conf. 108.

Mercatores possunt stipulari merces lucri cessantis in mero mutuo, & de super processus in Camera decernuntur, vt in causa Schmidts Wittib contra Cöln.

Quæritur, an interesse in conditionem *l. si quis in tantam. Cod. unde vi. veniat?* Et conclusum est venire. Ita factum in causa Perstockheim contra Desseslin / An. 54.

Non solent audiri, quorum non interest, *c. cum inter. de elect. l. non solent. ff. de appell. recip. Lud. Rom. conf. 347. num. 40.*

#### INTERVENTIO.

**I**NTERVENIENS si moriatur, non iniungitur, daß sich Hæres legitimitate / nec etiam expectatur, donec id fiat, si alias Referens paratus sit, sed pronunciat in causa (etiam si interlocutorie tantum id fiat, vbi præcise partium legitimatione opus est) & sibi imputet, quod se non legitimaui: nam Iudex ex officio id non attendit, nec interuenientem curat, & ineptus esset, si quem sui priuati commodi admoneret. Ita pronunciatum in causa Schaumburg contra Hamburg in puncto der Ablösung des Willerweichs. Licet Rex Daniæ ab initio interuenierit, & post mortem eius filius se non legitimarit, 19 Ianuar. An. 93. De interuentione latius vide Gail. obs. 69. 70. 71. & 72. lib. 1. Mynf. obs. 1. cent. 2. & obs. 73. cent. 3.

#### INVENTARIUM.

**S**VPLICAVIT Marchio E. pro citatione ad videndum fieri inventarium contra Creditores Marchionis B. filii sui, in modum edicti affigendi & proclamatis: Item pro ordinatione Commissarii. Nonnulli domini putabant decernendam, præsertim si petiisset vna citationem ad docendum de creditis suis. Sed quia *l. scimus. C. de iure delib.* formam dat, quemadmodum hæres per Notarium ipse hoc faciat, existimata est illa solemnitas pro superuacanea, nec ad Iudicem pertinere. Et sic denegata est, abgeschlagen / vnd läßt man es bey der Hülf / die Supplicavit von den gemeinen Rechten hat / bleiben. 30. Ianuar. Anno 53.

Mulier



Mulier mariti defuncti bona tenetur cum iuramento patefacere. *gl. in l. 2. C. quando & quibus quart a pars debeat. lib. 10.* Et si fuerit concubina, potest torqueri. *Bal. in l. 1. C. de natural. lib. Iacob. de S. Georgio in li. feudor. verb. dictique vassalli promiss. rec. ognos. col. 6.*

Et quando celat veritatem, incidit in crimen falsi. Vide Barto. *in l. Paulus. ad leg. Cornel. de fals. Felin. c. cum olim. de offic. delegati.*

I V D Æ V S.

**S**ENTENTIA lata contra Iudæum quendam nomine Iodocum von Rescham/der sich einen Regierer gemeiner Jüdischheit geschrieben/hic Iudæus fuit in Camera condemnatus in zwey Mark lörtiges Goldts dem Kayf. Fisco zu straff cum expensis zu entrichten/ scilicet licet enim alii Iudæi sic scripserint, quod probavit, cum tamen hic titulus sit inusitatus, elatum & seditiosum animum arguēs, nemo debet talem titulum agnoscere: si se Hebræo nomine ita appellasset, aliud videtur dicendum. Licet autem Iudæi sub imperio Romano viuant iure communi, *Rom. l. Iudæi. C. de Iudæis. gl. in cap. per venerabilem. de elect. & sic nomen suum mutare possint. l. 1. Cod. de nom. mutat.* tamen non potuit id sibi nomen vsurpare, quia Regierer requirit publicum officium, cum Iudæi priuati sint. *in cap. nulla offic. dist. 54. c. cum sit. de Iudæ. l. 1. in fin. C. eod.* Licet etiam *l. generaliter. S. fin. ff. de decur.* admittat eos ad honores. Bartol. *ibid.* Abb. *in d. c.* dicit quod possint inter se habere officia & dignitates, hat ihm doch zu viel gethan / & est in dolo, à quo non potest excusari. Et licet hoc verbum varias habeat significationes, si ex Hebræo in Germanicum transferatur: tamen verba magis accipiendâ sunt in specie, quam in genere, licet dubia sint. Bart. *in l. hoc legatum. de leg. 3.* Pœna ergo extraordinaria puniendus venit: *l. 1. de extraord. crim. l. falsi nomine. ff. de fals.*

I V D E X.

**I**VDEX laicus cognoscit quandoque in spiritualibus, quando versamur in remedio recuperandæ, & sic in simplici facti quæstione, licet super re spirituali Iudex laicus non est Iudex cõpetens. *Mench. remed. 15. n. 210.* vnde causa in Camera retenta *Windtsheim* contra *Rettenheim* An. 74. mense Iunio.

Sic Camera iurisdictio fundata quoad vsuras per cõstitutiones imperii de An. 1548. sub tit. *von Bucherlichen* contracten, & ante de An. 30. & 1500.

Iudex potest decidere causam ex fundamento à partibus expresse non allegato, modo ipsi ex actis liqueat. *Abb. in c. peruenit. n. 6. de empt. & vendit.* Et ita in Camera obseruatur.

Sic etiam potest appellari ab excommunicationis sententia incidenter in causa seculari lata vel inique.

An Iudex ecclesiasticus denegantibus Rusticis dare census, habeat iurisdictionem in eisdem, si sint Augustanæ confessionis? Item quando sententiæ priuationis executio contra clericum fieri possit?

De Iudicum corruptelis & muneribus, & quomodo illa probentur. Item cur testes singulares admittantur. Item quod etiam per vnicum testem probentur, atque et ex coniecturis. Vide *Iac. Phi. Port. conf. 94. n. 6. 7. 8. & seqq.* In causa prophana & seculari si appelletur ad summum pontificem, tum inhibitiõ



potest decerni & inhiberi partibus sub graui pœna. Et Anno 1512. 2. Feb. appellauit quidam à sententia Cameræ in causa tantum pia & tutelari ad summum Pontificem, nihilominus tamen tanquam contemptor iurisdictionis imperialis multatus fuit in centum Marcas auri puri cum expensis. Et eodem Anno 20. Octob. ad instantiam Appellantium dati apostoli refutatorii sub comminatione pœnæ. Vide Saylorum,

Sic etiam sæpe fit, quod etiam in secularibus Officiales cognoscant, vt Officialis Treuirensis, Monasteriensis, & Colonienfis: ab iis tamen appellatur, non ad Pontificem, sed ad Cameram imperii. Sic in causa *Hensch* contra *Desley* appellatum ab Officiali Treuirensi, seu potius Confluentia ad Cameram, & exceptionibus Archiepiscopi non obstantibus in pũcto deuolutionis pronunciatum, causam ad Cameram deuolutam, non obstante etiam, quod summa non attingeret priuilegium Treuirensis. Quia priuilegium loquitur *vom weltlichen wolbestellten Hoffgerichten*/ quale Officialis iudicium non est. Ita pronunciatum Anno 1592. Hic etiam 29. Octobr. An. 90. supplicatum est à Nobile *Werninghausen* contra *H. von Salsfeldt* contra Officialem Coloniensem pro promotorialibus ratione *einer Hæreditet sachen / so lang anhängig gewesen* ibidem, *auff welche Promotoriales ist ein Bescheid ergangen. Aber dauon ad Episcopum Coloniensem appellirt / qui delegauit causam specialiter dem Oberfigler / id est, Sigillifero & Officiali Colonienfi, illi se competentes pronunciarunt. Dauon hat Reus ad Legatum Pontificis, vel ad Pontificem appellirt / ab eo rursus speciales deputati, qui citauerunt Actorem Imperio subiectum. Is uero hic petiit mandatum sine clausula auocatorium cum annexa citatione, quia cum parti appellatę cum Appellante beneficium appellationis commune sit, eius interlit. Deliberarunt Domini, quid in hoc casu sit faciendum. D. H. putat, non posse sine clausula mandari: quia ibi talis sit consuetudo, quod etiam in prophanis causis ad Pontificem appelletur, & Assessores secundum consuetudines pronunciare necesse habent. (pulchra consuetudo, quæ vergit in præiudicium Imperii) Dominus A. putat bene decerni posse, propter ordinationem Cameræ, *dar auff wir gelobt vnd geschworen*. Quia appellatio in secularibus à Colonienfi Archiepiscopo immediate ad Cameram pertinet, & contrarias iurisdictiones impediens iurisdictionem Cameræ esse nullas, tradit *Mynl. cent. 1. obs. 14.**

D. M. dicebat se meminisse, *dass in einer Prophan sachen ad Pontificem seye appellirt / aber allhie inhibirt worden / vnd ob es wol per pares deputationis gangen / ist es doch erhalten worden*/ quod causa non sit deuoluta, ideo dictum mandatum auocatorium fuit decretum 29. Octob. Anno 90.

Item Clericus venditor, cui per emptorem Laicum denunciatur, litē motam super re vendita coram Iudice Laico tenetur emptorem defendere, per ea quæ tradit *Panorm. in c. fin. de empt. & vendit. & Bald. in l. 1. C. ubi in rem actio*. Quæ opinio approbata in Camera in causa *Lorenz Morings Priester* contra *Margaretham Statsch*, 8. Iun. Anno 37.

#### IURAMENTVM.

**A** Iuramento delato & præstito adhuc tamen appellari posse tradit *Mynsing. cent. 2. obs. 14.* & extat præiudicium in causa *Ristenmachers* contra *Ristenmacherische* Creditores de delatione iuramenti.

Si pre-



Si precium rei pignoratæ non excedat 20. fl. an pignorato iuramentum deferendum, vide infra *pignoratio*.

Iuramentum etiam metu extortum obligat antequam petatur absolutio, c. 1. ad aures. quod met. causa. Zaf. l. ait. §. si iudex. de re iud. vñnd darnach weiter am Cammergericht angehalten vñb Proceß ad relaxandum iuramentum ad effectum agendi.

Quando aliquis, cui delatum est iuramentum, paratus est ad iurandum, seque ad id offert, vel id Procuratori committit, si partis aduersæ mora, vel alio quodam vsu iuramentum illud diffiteatur, & is interim, qui maxime voluit in animam suam iuramentum fieri, moriatur, iudicatum in Camera hoc iuramentum pro præstito habendum. l. generalem. Cod. de reb. cred. Bar. in l. admonendi. nu. 41. ff. de iureiur.

Qui iurat, daß er dem andern nicht wölle zuwider handeln / fürnemmen / u. nihilominus pro iure suo defendendo, & in causa propria contra eundem libere agere potest, nec huiusmodi iuramento impeditur. cap. petitio nostra. de iurament.

Vrgente necessitate magis peierandum nobis, quam pro facto iuramento in alium crimen maius diuertendum. c. an si aliquid 22. quæst. 4.

Regula vulgata est: Actore non probante, reus absoluitur, etiamsi nihil præstiterit. l. qui accusare. ff. de edend. sed potest se actor ab onere probandi releuare, si libellatum debitum deferat Reo in conscientiam. Tum enim reus aut cogitur iurare, aut iuramentum referre: sed tenetur simpliciter iurare. l. generaliter. §. si autem. n. 15. C. de reb. credit. & iureiur. & tale iuramentum, siue delatum, siue relatum, habetur pro veritate, nec potest periurium probari. l. 2. C. de reb. cred. c. Christus. ext. de iureiur. Quæ autem sint causæ recusandi delatum vel relatum iuramentum, est doctrina in l. manifeste. ff. de iureiur. l. Marcellus. §. qui rerum. ff. rer. amot. glo. fin. in c. quoti. s. §. Petro. verb. credunt. de pu. g. canon.

Vilis persona in Camera vt alieno nomine iuret, non admittitur: sic Anno 39. 26. Augusti nuncius Episcopi Bamberg pro Episcopo iurare volens, admisus non fuit.

### DE IURAMENTIS QUÆDAM MISCELLANEA.

**D**E Iuramento purgationis violentiæ pacis publicæ, opifive & consilii præstiti. Ord. p. 2. tit. 10.

Iuramentum æstimationis soll in Pfandungsachen so wol magistratus als subditi pignorati erstatten/ visit. mem. Anno 79. §. in Pfandungs oder andern sachen R. D. F. Anno 85. D. 4. S. 4.

Iuramentum æstimationis: In causis expensarum non defertur vt iuret, si sit summa infra 20. flo. secus in Pfandungsachen/ vbi etiam super minima summa iuratur. Ita super 2. fl. iuratum in causa Tungen contra Würzburg / 3. mandati der Pfandung 13. Decemb. Anno 92.

Iuramentum perhorrescentiæ an deferri possit in causa denegatæ iustitiæ, ita vt iurare possit actor, se non confidere iustitiam coram tali iudice impetrare: Myns. dicit, quod sic. 3. obs. 58. Gail. obs. 28. n. 3. contra quod non. Et aliàs allegatur præiudicium per Myns. in causa Schlegelmilch contra Hennenberg. Vide vota Dd. in causa Bilaw contra B. appellationis, vbi disputatum.

Iuramentum dandorum, Huius iuramenti exactio debet fieri viua voce in recessu, nec sufficit fieri in scriptis & productis. Anno 92. 3. S. D. 41. Et raleiura-



le iuramentum præstare recusans, habetur pro confesso, circa articulos, de quibus iurare recusat, non etiam pro conuicto in tota causa, vel in casu calumniæ, &c. *ibid.*

So Titius das iuramentum calumniæ erstattet / begert er daß Sempronius dasselbige gleichfalls præstire / & merito, weil idem Titius haben will / daß Sempronius iuramentum respondendorum thue / so muß er iuramentum dandorum zuvor thun / vnangesehen / daß es in iuramento calumniæ begriffen ist.

Iuramentum respondendorum. Iuris est, quod iuramentum respondendorum recusans, habeatur pro confesso, & sic articuli pro confessatis habentur in contumaciam. *c. 2. de confess.* Fallit tamen hoc in causis fractæ pacis. Ita conclusum in Senatu 20. Septembris Anno 54. Quia cum causa fractæ pacis criminali æquiparetur, in ea luce meridiana probationes clariores requiruntur. Et ita decisum in causa *Entelsham contra Münchhausen* 14. Octob. Anno 72.

Iuramentum suppletorium vt deferri possit, quæ requirantur, vide *Mynsing. cent. 1. obs. 68.*

#### IURAMENTVM IN LITEM.

**D**E L A T O iuramento in litem pluribus, super vna aliqua summa: si vnus ex illis pro sua quota paratus sit iurare, an admitti debeat, & sic iuramentum recipiat diuisionem? Respondetur, quod sic. Ita factum in causa *Stam contra Hambach* Anno 89. in Febr.

#### IURAMENTVM PAUPER TATIS.

**P**A U P E R E S in singulis causis de paupertate iurare, vel de solutione facienda, cum ad pinguiorem fortunam peruenerint, repromittere coguntur. *R. 66.*

Quando in documento paupertatis & supplicatione allegatur, pauperem omnino valetudinarium esse, & corporis viribus destitui, censuerunt domini, ex illa causa Procuratorem ad præstationem iuramenti admittendum esse. Ita factum in causa *Hansen von Dam / Bürger zu Cöln / contra Elisabeth Müßgens.*

Quando Notarius tantum facit instrumentum paupertatis, ad examen duorum saltem priuatorum, de Supplicantis inopia attestantium, propter hoc non admittitur ad iuramentum paupertatis. Ita factum in causa *Simon Habich von Schluß contra Richter vñnd Schöpffen des peinlichen Halsgerichts daselbst.*

Ad iuramentum paupertatis præstandum nemo admittitur, nisi documentum à magistratu suo, aut alterius hominis fide digni testimonium exhibeat, quo factò, hoc modo proceditur: Si est causa appellationis, non citatio, sed compulsoriales pro edendis actis decernuntur, quæ deinde ad referendum alicui committuntur, qui videat, an pauper iustam causam litigandi habeat, vel non, ne pars aduersa per temerariam & friuolam appellationem forte inanibus sumptibus vexetur. Quod si iusta causa & probabilis reperta fuerit, tum demum decernitur citatio. Sin simplicis querelæ aduersus eam perfo-



personam, quæ Camerae immediate subiecta est, perpenditur primo & ante omnia, an illi pauperi actio aliqua competat, in hunc finem, ne aduersarius inaniter in iudicio vexetur: Si narrata aliquam actionem inferunt, citatio & alii processus, secundum diuersitatem causarum decernuntur.

**G. M. von Ernstorff** pauper, contra Ducem B. W. petebat se admitti ad iuramentum paupertatis: Item aduocatum & procuratorem: **Abgeschlagen** Sondern läst man es beydes Herrn beklagten beygefügten Urkundt eröffneten Rechtsens bleiben: 25. Octob. Anno 89. darauff pauper vbergeben supplicationem pro admissione causæ, vel in euentum, vmb würckliche Volziehung erhaltener promotorial, vnd ein Frey Kayserlich Gleit/ **G. M.** contra Ducem B. vnd J. F. G. Regierung zu M. decretum abgeschlagen / sondern ist dem Supplicanten von Amptis wegen mandatum de non molestando, bis zu Aufstrag der Sachen erkannt/ in cons. 3. Nouembr. Anno 89. Tandem petit mandatum hoc de non molestando non solum contra Ducem B. sed etiam nobilem à Freyberg / sub quo pauper domicilium habuit, eotamen spoliatus, bonisque omnibus exutus: quod propter causæ continentiam factum 8. Nouemb. Anno 89. Refer. **D. M. D. G.**

Iuramentum paupertatis etiam per procuratorem præstari potest, si speciale ad id mandatum habeat: quo non apparente, non admittitur, etiam si pars aduersa nihil opponat. Ita obseruatum in causa **Nieden** in cons. 26. Aug. Anno 60. Item in causa **Kalfurt** nomine **Greten** Cranin, iudicialiter **D. N.** iuramentum paupertatis præstitit 24. Octob. Anno 94.

Iuramentum paupertatis indifferenter, siue iudicialiter siue extraiudicialiter præstatur, licet causa iam iudicialiter sit introducta.

IVRAMENTVM CALVMNIÆ, VT ET MALITIÆ,  
NON COMMITTENDÆ.

**I**VRAMENTVM calumniæ vel in secundo, vel alio postea termino petitum, præstandum. *Ord. p. 3. tit. 13.*

In causis appellationum, lite contestata, confestim, licet iam ante in prima instantia præstitum fuerit, petitum præstari debet. *Ord. p. 3. tit. 32.*

Iuramenti calumniæ & malitiæ, nisi viua voce petiti, nulla habenda ratio. *An. 92. 3. S. d. 42. Non sufficit igitur in scriptis peti. C. 90. Vifit.*

Quando partes in prima instantia exegerunt iuramentum calumniæ, & non præstiterunt, licet de iure processus retro vsus sit nullus: tamen quando alias iura partium sunt clara, non attenditur talis nullitas prioris instantiæ in Camera: & hoc propter *Ord. wörmat. Anno 21.* Et ita fuit in prædicta causa appellationis, & aliis nonnullis obseruatum: sed si merita consisterent in articulis, quibus responsum esset in prima instantia, & super illis iudicatum, tunc forte attenderetur nullitas.

So actor iuramentum calumniæ præstirt, vñnd Reus ad id præstandum 21. Monat gebetten vñnd erhalten/ vñnd ihme aber nicht gebühren will/ ohne gründliche Erkündigung der Hauptsachen solchen Nhd zuerstatten / so kann er ex nobili officio Iudicis vmb vorerhaltens termini prorogationem bitten/ vñnd wird ihme zugelassen.

Actore non iurante de calumnia, Reus absoluitur ab instantia.

Reus non iurans habetur pro conuicto, & ei via producendi defensioales præcluditur.

Si pro-



Si procurator de calumnia iurare nolens, in animam propriam exonerationem petat, citatio ei decernitur ad videndum se exonerari, neque pars in pœnam non iurantis condemnatur. Ita obseruatum in causa *Ketten* 17. Febr. Anno 70.

Quamuis detrectans iurare de calumnia pro conuicto habeatur, ita vt eo casu appellare non liceat: tamen quando opponitur per Reum exceptio litis finitæ, vel peremptoria intentionis, vt, tibi non competit actio, & si Iudex nihilominus iniungat iuramentum calumniæ, potest ab eo appellari, & etiam inhiberi, quia punctus calumniæ est præiudicialis, ad punctum exceptionum oppositarum æque, ac si Iudex iniunxisset litis contestationem. Ita processus decreti in tali casu *Osten* contra *Osten* 19. Februa. Anno 92. quamuis inhibitio *noch zur zeit abgeschlagen*: quia dubitabamus, an iuramentum calumniæ non esset, forte ratione exceptionum, iniunctum, quod tamen verius malitiæ est iuramentum.

Iuramentum malitiæ toties præstatur, quoties est præsumptio contra aliquem, quod malitiose quid proponat, vt si quis post publicationem attestatorum excipit contra personas testium, cum antea non sit protestatus, quod suo loco & tempore excipere velit: Talis enim protestatio publicationem præcedere debet, alias non auditur, volens contra personas testium excipere, nisi prius iurauerit, quod malitiose hoc non faciat.

Iuramentum calumniæ, quando, & an remitti possit? Licet Theoria iuris sit, quod iuramentum calumniæ expresse remitti non possit: tamẽ hoc ipsum in causa *Hip* contra *Wolffin* Domini non attenderunt: præsertim cum oblatio & petitio tantum facta esset in scriptis, nunquam viua voce repetita. Idem quoque obseruatum in causa *des Abts zu Badgassen* contra *Beldens* sententia lata, Anno 63, mense Martio Fiscalis non iurat de calumnia. Ita obseruatum in causa Fiscalis contra *Brandenburg* 20. Ianuarii Anno 52. Item in causa exemptionis *Salueld* contra *Sachsen*. *Myns. 1. obs. 74. Gail. 1. obs. 90.*

Contrarium tamen sentire videtur *Andr. de Iern. c. 1. § in quib. tit. de const. recti feudi.* sed forte defendere ista ratione se potest. Quia quicquid facit, ex consilio & iussu dominorum deputatorum agere cogitur: vnde satis à calumnia excusatus. Plene *Gail. 1. obs. 90.*

Effectus iuramenti & fidei loco iuramenti datæ. Si quis promittat *bey seinen wahren Worten vnd Glauben an Ahdts statt/ oder das Religio Christiana mit eyngelauffen/* talis præstita fides pro iuramento habetur corporali in Camera. *cap. clericus. & cap. et si Christus. ext. de iure iur. Panor. in cap. 1. de sepult. circa med. & fidei violator periurus habetur. Franc. in c. vt circa de elect. sed hoc de fide quam debent fideles: alias simpliciter per fidem asserens aliquid, intelligitur de fide sumpta in pactis de manus stipulatione promissivæ, quæ vim iuramenti non habent. *Fab. in §. Item si quis postulante. de action. nisi in Fürsten vnd Herren ac principalibus. Gail. 2. obs. 59. Aber fides priuatorum an Ahdts statt habet locum non vim iuramenti. Abb. in c. querelam. de iur. iur. Zas. conf. 12. num. 20. vol. 1. Henning. God. conf. 2.**

Iuramentum calumniæ. Nota, si alicui præfixatur tempus ad iurandum de calumniis, tunc nisi inter illud tempus (quod continuum numeratur) iuret, declaratur in pœnas non iurantis, & sic in nouis illud præstandum, nec expectandus ordo præfixarum. Ita conclusum in Camera in causa *Stoming* contra *Baraw* 15. Iun. An. 66. vbi B. præfixus erat mensis ad iurandũ de calumnia cum comminatione pœnæ declarationis. Elapso mense petiit prorogationem, quæ ipsi est denegata, *vnd hat mans bey vorigem Vrtheil bleiben lassen.*

Anno



Anno 26. in August. non fuit admissus nuncius Episcopi Bambergensis pro Episcopo comparens, & se ad iurandum offerens, sed pronunciatum, so fern sich der Bischoff mit Gewalt vnd Personen/ vermög der Reichs Ordnung/ geschickt machen würde/ 26. Et persona nuncii tanquam vilis non reputata habilis.

Si pars, cui delata fuit iurandi conditio, parata fuit iurare, idque constet, vt quia sese obtulit ad iurandum, vel mandatum speciale dedit Procuratori, vt iuret is, deinde priusquam iuret, moriatur, tunc perinde habetur, ac si iurasset, fitque adiudicatio eius hæredibus. Ita decisum in causa Dionysii N. contra J. von Buchel 21. Mart. An. 49. Idemque habetur in Reform. Norica in tit. 6. c. 16.

IURISDICTIO.

**I**URISDICTIO si sit inter duos litigiosa. In villa quadam, quam Comes de Hohentlohe asserit suam, & in suo districtu esse, commissum est homicidium, & homicida deinde captus per Hallenses, qui petit & offert suam innocentiam probare, cuius causa Hallens. ciuitas ad Comitem dedit Compassbrieff/ requirendo & petendo, vt nominatos testes sub se examinari faciat. Id Comes detrectat, & se ordinarium Iudicem causæ, & conuenienter malefactorum ad se remittendum esse contendit, & eo facto se offert ad iustitiæ administrationem. Sed nec Hallenses suo iure cedere volunt, quod putent se ordinarios Iudices ad peragendum illum Reum. Cum igitur cognati homicidæ hac ratione non possint consequi iustitiam, supplicarunt ad Cameram, & ad literas prædictas compassus petiuerunt mandatum contra Comitem decerni, vt vigore earundem testes examinarentur. Conclusum, quod non decernendum foret, quantum petitum vigore literarum compassus mandari à coniunctis, & quia sic quodammodo destitueretur sua possessione iurisdictionis, & attribueretur Hallensibus: sin autem Supplicantes simpliciter Cameram implorarent, tanquam superiorem illorum magistratum, qui de iurisdictione inter se certarent & peterent per ipsam ordinari vel deputari Commissarios, tunc hic fieri deberet, quod iuris. Et sic decretum, wie gebetten/ ab geschlagen/ idque & rectius & melius fit, quam per modum mandati, quod alias hoc casu aliqui Domini putabant impetrandum simpliciter, & tamen respectu non literarum compassus, quod hoc casu etiam cum clausula decernendum sentiebant, ne per contradictionem occasione clausulæ captiuus diu detineretur, & veluti tota causa disputaretur ratione controuersæ possessionis iurisdictionis. Postea cum illius captiui amici rursus ad Cameram supplicarent, quod se pararent quidem & vellent petere ibi dari Commissarios ad examinandum testes: tamen cum duo tantum testes essent, & ipsi non possent facere vel ferre tales expensas, petierunt sibi dari promotoriales ad Comitem, quæ decreta simili forma. Seynd gebettene Promotoriales an Grafen die Zeugen vnter ihm gessen verhören zulassen erkannt.

IURISDICTIO.

**I**URISDICTIONEM Imperii tueri Assessores tenentur. Vide Impetium Romanum.

Landtsfürsliche Obrigkeit. Vide Bartol. in l. eum qui. Cod. de metallar. lib. II. die Landtsfürsliche Obrigkeit ist fürnemlich disputirt worden / in causa Trier contra

Y

contra



contra Trier / & in causa Hirnheim contra Churfürstliche Pfalz / & Würtemberg contra Obersteinfeldt. Item Hessen contra Braunschweig litigiosa possessionis.

Collectæ quando à Principe, & quo casu imponi possint subditis? Vide in verb. *Collectæ*.

Nobiles habentes merum & mixtum Imperium an possint collectas imponere? vbi concludit, quod non. Quia tamen merum Imperium habeant: tamen non habent regalia. Collectæ autem tantum vtilitatis publicæ gratia imponi possunt. Aymon Publicus in *consuet. Aruernia. t. 25. art. 1. nu. 7.*

Confiscatio bonorum est de fructibus, iurisdictionibus, & ad merum imperium pertinet. Plura de confiscatione vide in Dolberino in verb. *Bonorum publicatio*.

Sed an eo in casu attendenda priuilegia de non appellando data specialiter den Hoffgerichten? Plura vide supra fol. 31. & seq.

Iurisdictio Camerae propter renunciationem priuilegii fori non fundatur. Ita sunt processus decreti D. Adamo à Themen contra Johann Henricum Schendtlein An. 54. Vide *Gail. 1. obs. 5. n. 4. vers. 20.* Non tamen sufficit generalis renunciatio, nemlich daß er für allen Gerichten solte fürgenommen werden. Ita decreti processus in causa Knörring contra Dauid Jüden teste *Myns. 1. obs. 88.*

Nota: Dieweil die Ständt Augspurgischer Confession in Religionsachen Pontificis iurisdictionem zu erkennen mit schuldig dieweil in rata pensione solches außgehoben ist/ so haben sie an des Papssts Stadt Kay. May. vnd dz Cammergericht. Statutus enim contra alium statum, vt par in parem, non habet imperium. l. ille à quo. §. vt. ff. ad SC. Trebell. cum inferiori. de maior. & obed. *Gail. 1. obs. 41. n. 8.*

Mulctæ & confiscationes & reliqui iurisdictionis fructus, ad quem pertineant, vide Carol. Molin. tit. 1. mat. feud. §. 1. gl. 1. in verb. le seigneur f. udal. nu. 68. in *consuet. Paris. Luchin. de Curte in cons. crimin. cons. 58. n. 35. vol. 1. Bene d. Blot. cons. 3. n. 2. vol. 2. inter consilia criminalia. Mer. och. de arb. iud. q. lib. 1. q. 74. n. 12. Bonacof. in lit. M. in verb. Mulcta. in thesauro com. op.* Die hohe Obrigkeit disputata in causa Erbach contra Mainz mandati der Pfändung/ Anno 88.

Pone: Vnus emit redditus fiscales & iurisdictionales An. 1551. & alter Anno 52. In primo anno commissum est maleficium per Titium, secundo anno fit punitio per sententiam; Queritur, ad quem spectabit exactio pœnæ? Alex. quem sequitur Guil. Bened. & Chass. in tit. des iustices. vers. iuxta hanc materiam. fol. 75. dicunt, tempus primi anni inspiciendum, & sic ad emptorem primi anni pertinere. Bal. in l. fin. col. 2. C. de fruct. & lit. expens. Guid. Pap. decis. 535. Aym. Public. in *consuet. Aruern. tit. 25. art. 14. n. 6.* vbi pulchre disputat.

Pendente iurisdictione inter aliquos, si interea aliquis subditus occidat alterum, potest occisor interim capi & sequestrari apud Titium, qui homicidam faciat, ne lite pendente delicta maneant impunita. Et sic obseruatum fuit in causa pendente inter Marchionem Brandenb. & ciuit. Norimbergam, die freischliche Obrigkeit belangende.

#### IURISDICTIO CÆSARIS.

CÆSAR qualem habeat iurisdictionem, disputatum est in causa der Statt Nördlingen contra Francken/ & habetur in l. 1. ff. de off. præs. urb. l. & qui. ff. de iurisd. Bal. in vsib. feud. tit. de pace ten. §. ad hoc. n. 2. not. 2. & est fons iurisdictionis, & ab eo fluunt iurisdictiones, & cōcessiones, & cōmissiones. Si vero morietur, tunc legatus



legatus se non intromittit, sed solum princeps. *Bal. in l. si ut proponis. vers. quæro postea. C. quom. & quando Index. qui allegat Archid. 33. q. 9. Rom. cons. 335. Salic. in d. l. si ut proponis. limitat dictum Baldi, Franc. c. quando. & ibi Abb. in fin. de offic. deleg. l. more. ff. de iurisd. om. iud. nu. 6.* Imo princeps auocat à Iudice inferiore causam pendentem. *d. c. ad nostram. & eius auocationis tanta est vis, quod ei statim manus claudantur, & funditus eius iurisdictionis expiret. Franc. ibi. num. 35. & primo infert, Imperatorem etiam istam potuisse committere Augustano Episcopo. Secundo, quod post mortem Episcopi sit consumpta delegatio, & quod iurisdictionis redierit ad principem, ita quod non licuisset Camerae decernere processus sine noua commissione Regis. Tertio, auocationem Imperatoris habere locum ab ipsis Assessõribus Camerae, siue sint ordinarii, siue delegati, & hoc de iure communi.*

## IURISDICTIO CAMERÆ.

**C**ONTINENTIA causæ Camerae iurisdictionem fundat. *C. 90.* Camera habet ordinariam iurisdictionem, non delegatam. Habet enim ab ordinatione imperii. Et ordinatio est lex: & ordinaria iurisdictionis à lege, non à superiore descendit: delegata vero à superiore dependet. *Bald. in l. cum magistrat. C. quando prouoc. non est. Bar. in l. & qui. ff. de iurisd. l. 1. in l. à iudice. in fin. C. de iudic.*

Camerae iurisdictionis est etiam ab Imperatore, secundum *Alex. & Bart. in l. more maiorum, & alios, quos allegant ibi.* Et Iudex Camerae & Assessores habent iurisdictionem per modum contractus, cum certis pactis de non impediendo eam, per specialem prouisionem factam à Cæsare, quæ ipsum ligat. *Abb. cap. pen. de probat. Quia princeps obligatur de iure naturali. Bal. l. 1. de pact. in pr. Cyn. l. digna vox. C. d. tit. l. 1. de pact. in prin. Infert igitur, si causa sit in Camera ordinato modo, & non ex delegatione, quod princeps non possit auocare & reuocare. An autem apud Cameraam sit ordinato modo, vel per delegationem principis, est questionis. l. 1. in l. ius civile. ff. de iust. & iur. Bal. in add. ad Spec. tit. de legat. in fin. Latius loquitur *Mathesil sing. 5. Panor. d. c. licet. videtur domino Referenti, quod fuerit mens Regis, voluisse se causam remittere ad Cameraam tanquam ordinariam, & non tanquam delegatam.**

Camerae iurisdictionis fundata est ex Recess. imperii, Ann. 1548. §. vñnd nach dem/2c. vbi cauetur, daß da ein Stand einen andern außser seinem Kreis ziehen vñnd vnderwürffig machen will / quod hoc casu Camerae iurisdictionis sit fundata, vñnd daß sie nirgendet / weder daselbst / conuenirt sollen werden / ideo ex hoc capite processus decreti in sachen des Fränckischen Kreis Stände contra Herrn Pfaltzgraff P. L. die Herrschafft Heydeck betreffend. den 23. Nouemb. Anno 91.

Qualitas fundans iurisdictionem Camerae, si de ea non constat notoriè, processus decernuntur: & si non allegetur, non impedit, quo minus processus decernantur.

Camerae iurisdictionis fundata est, quo ad vsuras, per const. imperii An. 1548. sub tit. von wucherlichen Contracten, & ante de An. 30. & 1500.

Iurisdictionis Camerae etiam in bonis feudalibus fundata est, quando sc. non ex lege feudali ad inuestituram, vel priuationem, vel aliud ius & seruitium super feudis agitur, sed interdicto adipiscendæ, retinendæ, vel petendæ hereditatis, aut simili ratione. Et ita obtinet stylus Camerae, vt in causa *Kanstein* contra *Kanstein* & in causa *Hurd* contra *Harpff* & in causa *H. vnder Biland* contra *D. Biland* M. Iun. An. 1574. vide *Anton. Corset. in sing. suis, in verb. iurisdictionis. vers. adde septimo.*



Et quidem in supra allegata causa Hurd contra Harff per maiora conclusum, causam illam non acceptandam in Camera, sed ad ordinarium mittendam. Sicque cassata citatio 22. Martii Anno 1588. Sententiæ tenor: In Sachen J. Hurd contra W. von Harff simplicis querelæ ist erkannt / daß die aufgangene Urkunde / vñnd reproducirte Kayf. Ladung zu cassiren vñnd auffzuheben sey / als wir dieselbe hiemit cassiren vñnd auffheben.

Camerae iurisdictionem in appellationibus locum habere & fundatam esse certum est, ita vt appellari possit ab Officialibus generalibus Principum Ecclesiasticorum ad Camera, & non Romam. Ita Koch in add. ad tit. 28. p. 2. Ord. §. secunda regula. Et extat præiudicium in causa Heinsch contra Deley. Gail. lib. 1. obs. 30. num. 1. & seqq.

Super priuilegiis imperialibus iudicium Camerae quidem immediate, & omisso medio, Iudex est, quando agitur principaliter super viribus illorum, vel ad pœnas dareyn verleibt: secus si incidenter; tunc enim apud competentes Iudices agitur, vñnd an gebührenden Orten / quo sæpe partes supplicantes remissimus.

Quem Camerales citare non possunt, eidem nec mandatum, nec promotoriales, nec quicquam insinuare possunt: oportet enim vt ante omnia Camerae iurisdictione sit fundata, Zu dem seynd die Promotoriales dermassen beschaffen / daß sie ein Mandat auff dem Rücken tragen: quando enim non paretur promotorialibus, statim deuenitur ad mandata, ideo non temere promotoriales decernendæ: secus est zu Hoff / in Fürsten Hoffen / quia ibi ciuilitè & officiosè decernuntur: at mandata de non offendendo seyndt iuris naturalis, seynd gut zu erkennen.

#### IVS MOLENDINORVM ET FVRNORVM.

**M**OLENDINA seu molæ in feudum concedi possunt, quia & illa inter immobilia computantur. Et Bald. dicit in l. certi iuris. C. locati. quod molendinum sit prædium rusticum. Schneidvv. in Epit. feud. p. 2. nu. 42. fol. 28.

#### IVS PROTHOMISEOS SEV CONGRVI.

**I**N reuotione vel redemptione alicuius rei non sufficit verbalis tantum oblatio pecuniæ in marsupio facta, requiritur etiam consignatio & depositio in numerata pecunia, per text. in l. si à te. & ibi gl. & Bart. C. de pact. int. cert. quamuis in Camera quandoque contrarium decisum sit.

#### IVSSVS DOMINI.

**I**N causis pignorationum, si iussus domini negetur, & tamen pignora restituere nolit is, contra quem mandatum emanauit, satis per hoc pignorationem ratificasse censendus est, ideoque vltiori probatione iussus & mandati domini quis grauari non debet. R. D. F.

Quando in causis pignorationum deest iussus, tum cassatur mandatum. Ita factum in causa Westerstätten contra Pfalz Newburg in Iunio Anno 61. die abgepfändte Pflug betreffend.

*Iustitia*



## IVSTITIA DENEGATA.

**A**N semper opus documento, an vero etiam iuramentum perhorrescentiæ deferri possit? Negat Gail. 1. obs. 28. Affirmat Mynf. 3. cent. obs. 58.

Iustitiam dominus si denegat subditis, an per hoc possit priuari feudo? Item an iuratur in indignationem superioris, & teneatur læsis ad interesse? Vide Aymon. Publ. ad consuet. Aruern. tit. 30. act. 10. num. 4. Et de iure communi duæ interpellationes requiruntur, vt quis agere possit ex capite denegatæ iustitiæ. Aymon. Publ. d. tit. 30. art. 14. num. 2. 10 Nouembris Anno 90. supplicauit A. Spangenberg contra H. J. Bischoffen zu H. S. pro mandato ad publicandam sententiam. Nam ante promotoriales in Camera decretæ, & desuper illi dictum, *Er solle anhalten/würde ihm ein Brtheil erfolgen.* Sed Iudex id non fecit, sed citauit eum ad videndum rotulari acta & transmitti ad Camera. Sed Spangenger institit pro sententiæ publicatione, quod cum Iudex recusasset, supplicauit pro mandato cum clausula, quod decretum: eo quod monitus non esset, *daß inferior Iudex acta Camera statim vberschickte/ sed magis daß Supplicant in fünf Jahren zu keinem Rechten kommen können/ deinde Camera obrueretur causis.*

Si dominus ad instantiam vasalli nolit ei pares ordinare, qui pronuncient: an ex capite denegatæ iustitiæ causa ad quem pertineat? & decisum quod sic: quia pares curiæ sunt, prima instantia & loco der Aufstrag. Gail. 1. obs. 82. num. 1. Ita domini putauerunt in causa *Wolffskel* contra den *Graffen zu Salck. nstein* 10. Nouembris Anno 89. processus iure decernendos, si instrumentum protestationis fuisset iustum, ideo decretum *auff vorbracht instrumentum abgeschlagen.* Decreta citatio *Saldern* contra H. J. H. W. vnd D. J. Cancell. 23. Nouembris Anno 94.

Si aliquis supplicat pro processibus appellationis ad suum iudicem, & ille denegat, *ist abgeschlagen/* & tunc potest ab eo appellari, tanquam à denegante iustitiam, & causa ad superiorem deuoluitur. Ita decreti processus (idque decretum est loco instrumenti) in causa *J. Belen* contra *S. E. vnder Lipp* 20. Iunii Anno 92.

## L.

## Landgericht.



Prouinciali iudicio Sueuiæ auff *Leutkircher Heyden* semper sunt receptæ appellationes in Camera, licet Austriaci valde repugnent. Ita in causa *Abbatis Ottenburg* contra *Hans Engler.*

Nota. Ein jedes Landgericht hat ein Hoffgericht. Wann man aber in Camera appellation Process von dem Landgericht in Schwaben vnd Francken erkennt/ ist dar auß für gewiß zu halten/ daß vom selben Landgerichte recta, omittis medijs Hoffgericht/ kan rite & legitime appellirt werden/ darn ermelte Landgericht malunt subesse Imperio, eiusque Camera. Ita appellation in Camera non attentata exceptione omitti medii, acceptata est 7. Januar. Anno 51. in causa *H. Wagner* contra *L. Hebeisen.*



## Landtsfürstliche Obrigkeit.

**NOTA** pro Landtsf. Obrigkeit. l. cum cuncti. quest. 3. ubi Bart. C. de metallariis. lib. 11.

Nota: Die Landtsfürstliche Obrigkeit ist fürnemlich disputirt worden/ vt in causa **Trier** contra **Trier** / & in causa **Hirnheim** contra **Churf. Pfalz/ & Würtemberg** contra **Oberstienfelden** litigiosæ possessionis, **Hessen** contra **Braunschweig. R.D.A.**

## LEGATVS.

**LEGATI** inferiorum Principum si arrestentur, aut aliâs iniuria afficiantur, non ideo statim sine clausula auff die vier Jâll mandatur, sed opus est quadam causæ cognitione: ideo denegatum mandatum in causa **Bubenhofen** qui fuit Legatus Marchionis Badensis ad Comitissam à **Limburg/ & tuit in Gûlch** arrestatus, contra **Limburg/ & Gûlch** fuit denegatum in Maio Anno 91. si tamen Princeps ratione Legati supplicasset super arrestis, fuissent processus decreti.

## LEX DIFFAMARI.

**CITATIO** ex l. diffamari: Citatio talis decreta etiam contra eum, qui nulla ratione Imperio erat subiectus, vt in causa **Cöln** contra **Harff**. Item die **Statt Aach** contra **Regem H.**

Item ratione denegatæ iustitiæ processus decreti super l. diffamari, fundata iurisdictione ex cap. denegatæ iustitiæ.

In iudicio l. diffamari, vnica non sufficit, sed vltior requiritur citatio. *Mynf. 3. obs. 86.* Vide de hac l. diffamari latius *Mynf. cent. 3. obseru. 78. 5. obs. 81 & 6. obs. 90. Gail. lib. 1. obs. 9. 10. 11. & 12.*

Citatio l. diffamari decreta ratione illatarū iniuriarum, vt in causa **Craissheim** contra **Lûngen** 7. Ian. Anno 80.

Citatio ex l. diffamari decreta, 18. Febr. An. 92. non vigore quidem ordinationis, sed iure communi in causa **Hersog E. zu B.** contra **Duernheim** iniuriarum. Item in causa **W. E. vnd H. Graffen zu Stolberg** contra **D. V. Mader** qui apud Executores Dn. Electorem Brandenburgensem & Dn. Administratorem d. Comitis detulerit, quod vigore testamenti Comitis C. ipsi pars hæreditaria, & alia, non dentur: eo respectu etiam, quod d. Mader subditus sic Supplicantium, & sic nullum Superiorem quam Cameram habeat, quare merito citandus huc, tanquam ad Ordinarium, iuxta ius commune, vt expresse dicit *Gail. 1. obs. 16.* dicens: In casibus, in quibus aliâs diffamator iurisdictioni Cameræ subiectus est immediate, nec alium Iudicem in prima instantia habet, citatio ex iure communi decernitur. Notandum igitur, quod impetrans citationem semper immediatus esse debet, excepta causa fractæ pacis, quæ fundat iurisdictionem semper. *Gail. 1. obs. 3.*

Citatio ex l. diffamari remittit causam principalem ad ordinarium & competentem Iudicem, für die Austräg. Eadem habet insertam comminationem perpetui silentii, vt status seu ordines Imperii immediate hic in Ca-

mera



mera ex l. diffamari conueniri possint, solummodo locum habet & procedit, quando diffamatio *friedbrüchige vnd andere grosse Sachen* sapit: alias in diffamationibus leuioribus gaudent *der Austräg*. Atque hoc sensu diffamatio hæc *tit. 23. Ord. p. 2.* accipienda videtur. Ita & Gail. *1. obser. 9. & 10. in prin.* intelligendus.

Quod si diffamatio alicui per modum contradictionis obiiciatur: an hæc lex locum habeat? domini distinguendum putarunt: Quod si ista exceptio talis sit, quæ actionem parere possit, aut talis sit exceptio, quæ & fundamentum intentionis probandi habeat, tunc locum habeat: secus si sit nuda exceptio. Ita in causa *Godelman contra Dtmarn* 13. Martii Anno 89. quamuis quia vtraque pars Camerae subiecta, processus non decreti, sed extraiudicialiter processum, vide *Blarer. c. 3. n. 5.*

Ad hoc vt lex diffamari locum habeat, tria coniunctim consideranda. 1. vis publica. 2. competentia iudicis, ratione diffamati. 3. documentum de vi illata. Sed quando deficiunt illa, vel vnum ex illis, tunc denegatur citatio super l. diffamari. Ita decretum in causa *Dindel der Landschafft Limburg contra Graffen zu Seyn* 19. Aprilis, Anno 59. De his requisitis vide Gail. *1. obs. 10. per 101.*

Processus in l. diffamari. Ad quem iudicem citandus sit diffamans, notat *Abb. in c. si quis contra clericum. de for. compet. & Alex. conf. 103. in 5. vol.* Et quod in vno quoque diffamante locum habeat l. diffamari. *Bald. in l. 1. C. vt nemo inuit. ag. Rom. conf. 53. Bar. in l. Titia. ff. de accus. Alex. in l. pupillus. §. si is, cui ff. de oper. nou. nunc. Ang. Aret. in rubr. Inst. de except. Abb. in c. caterum. de foro compet.* Et quod Iudex rei diffamati sit ad eundem, tenet *Felin. in c. si autem. in fin. de rescript.* & quod tutus exceptione, antequam conueniatur, petere possit, vt Iudex ex officio parti silentium imponat, non solum excipiendo, sed etiam iudicis officium implorando, est text. *in l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. leg.* vide *Mar. Socin. in c. cum sit generale. de foro compet.* Reus tractus ad causam per actorem, potest petere in processu, quod actori imponatur perpetuum silentium. Nam sicut reo conuento fit præceptum de soluendo: sic etiam actori, quando Reus absoluitur, fit præceptum de silentio. Ita not. *Bald. in l. peremptorias. col. pen. C. sent. rescrip. non posse.* Potest actor petere in libello, Reo ius non esse, & vt sibi silentium imponatur. *Innoc. in c. super iis. de accusat. Bart. in l. posthumi. §. si quis ex his. de inoff. testam.*

Lex diffamari etiam locum habet contra eum, qui aut omnino imperio subiectus non est, & sic contra quemcunque, ad hoc saltem, vt agat. Ita processus decreti in causa *Cöln contra Harff* qui fuit subditus Brabantiae. Et ante multos annos contra Regem Daniae processus ex hac lege decreti. Et nuper in causa *A. contra R. H. als D. B. G. welcher angeschlagen / daß er Schussherz vber A. sey* domini vnanimi consensu, quamuis exemptus sit, processus decernendos putarunt 10. Martii An. 92. obstitit vnum, *daß Kayf. May. mandirt, in dieser sachen der Statt A. nichts zu decerniren.* *Gail. lib. 1. obs. 9. 10. 11. & 12.*

Quando causa, super qua processus petuntur, cognitio ad Cameraam non pertinet, nullo modo, vt pote quia Cæsari vel statibus referuata, vt casus successionis Electorum, *vnd andere sachen* de quibus disponitur in aurea bulla Caroli IV. Item vbi agitur de sessione in Comitibus inter status, tunc processus super l. diffamari in Camera peti non possunt, sed ii denegantur. Mihi tamen videtur, quoad iudicium diffamationis Camerae iurisdictio fundata. Ideoque ex hac causa processus denegati in causa *C. F. Pfalz contra Pfalzgraff X. die administration belangend.* Quia casus iste ad Imperatoré & status pertinet, in

Maio



Maio Ann. 92. Secunda ratio fuit, quia non vera diffamatio, aut saltem si fuit, iuris sui defendendi causa R. fecit.

Quando diffamatus nullum alium habet iudicem, quam Camera, ut quia aut inferior suspectus, aut diffamans alias ipse esset Iudex, tunc processus in Camera decernuntur super l. diffamari, licet subditus sit diffamatus. Ita processus decreti in causa der Statt B. contra H. H. I. B. Item in causa Erffure contra Mainz 9. Octob. Ann. 92. processus decreti: narrabatur, daß Archiepiscopus sie diffamirt, als ob sie zwo Herrschafften innen hetten / welche ein Pfandschilling senen von Mainz / derwegen daß er das gelt offerirt vnd mit der Chur Sachsen Practick gemacht / der sich darumb annemen wölle / &c. Quare petunt.

Anno 1591. in Decembr. supplicauit Eickershausen genant Klüppel contra Graff A. von Nassaw pro citatione ex l. diffamari, & mandato de non offendendo, eo quod Comes per instrumentum denunciari, daß er von Eickershausen ihn solte ein Schelmen gescholten haben: Ideoque retorfit Comes in d. instrumento d. iniuriam referuando, so wol mit als aufferhalb Rechtens gebürende Mittel gegen ihm Eickershausen / &c. Quod Supplicans negauit, & dixit, se ita diffamari, remque ad aram & pacem publicam spectare. Et quamuis domini ab initio dubitarint, & processus denegarint, eo quod retorsio non sit iniuria: tamen dato, quod ista retorsio consisteret super falso præsupposito, esset utriusque atrocissima diffamatio. Ideo tandem 5. Decembr. Anno 91. processus decreti.

In constitutione l. diffamari regulariter diffamator est mediatus, vnde tantum ex beneficio illius legis citari debet: Si vero & ipse immediatus est, & qui alium iudicem, quam Camera, non habet, tunc debet ex iure communi citari, non ex constitutione d. l. diffamari: idque indistincte in omnibus diffamationibus causarum ciuilium (quia criminales ad Camera non spectant) verum est, & in Camera super utroque iudicio tam diffamationis, quam actionis procedi potest. Gail. d. obs. 10. in fin. Sic in causa Mader duplici respectu ex iure communi citatus fuit. 1. quia alium iudicem non habuit. 2. quia causa qualificata super constitutione l. diffamari.

Constitutio l. diffamari duas tantum causas exprimit, puta fractæ pacis, & iniuriarum atrocium: & postea generalibus verbis etiam similes causas includit: ibi, vnd andere dergleichen sachen / &c. quæritur, quænam sint istæ similes causæ? Sunt omnes illæ, ex quibus publicum scandalum exoriri, & tranquillitas imperii, quomodocunq; , ob factam traductionem perturbari queat, quæ omnia ex iudicis prudenti arbitrio dependent. Not. Gail. 1. obs. 10. n. 5.

Et in causa Beltheim contra Magdeburg 10. Nouembris Anno 91. vbi ita in citatione narratum: Damit dann diese Sache nicht zu mehrer besorgten Weitläufftigkeit gereiche / auch ein grosses Scandalum vnd verderblicher Vnraht / so leichtlich darauß erfolgen möchte / verhütet werde / solem nach dieser Beschwerden durch ordentliche Rechtsmittel sich zu entladen / weil D. L. in dieser Sachen Kläger / sie aber beklagten seyn sollen / als obgedacht vnsers Cammergerichts Jurisdiction dieses fals fundirt, auß Ursachen nicht allein der Pupillus D. L. selbst / sondern auch sie die mitbeschreyte / verschiedenen Obrigkeiten vnderworfen seyn / an jetzt gedachtem vnsrem Cammergericht vmb nothwendige Hülff Rechtens ange suchte / &c.

Contra quemcunque diffamatorem decernuntur processus iuxta notata per Rom. conf. 53. & addit. ad Bald. in l. unica. Cod. vt nemo inuitus agat. ad instantiam statuum exemptorum à Camera per ordinationem. Relinquitur ergo dispositioni iuris communis, quod Iudex rei originarii habeat hoc casu decernere



cernere, & in puncto diffamationis cognoscere: tamen quando citatus status vel Princeps comparet, & in puncto diffamationis declinat, non remittitur causa diffamationis, sed discussio puncto diffamationis, si citatus petat causam remitti, iuxta ordinationem fit, quando constat de diffamatione, remissio, ita quod statuatur diffamato terminus ad agendum coram Iudice ordinario nominando, seu nominatum per Reum originarium, intra quem terminum diffamans si actionem non proposuerit, quod tunc in puncto inhibitionis & impositionis silentii debeat fieri in Camera ad instantiam Rei originarii, quod iustum fuerit. Ita iudicatum fuit in causa **Mams** contra **Mülheim** & alios Creditores. *Faciunt quae notat Socin. c. proposuisti. 26. de foro compet.* Quia fauor est Actoris habere plures Iudices, c. cum sit generale. & ibi Socin. n. 30. cui fauori Reus renunciare non potest.

In casibus, in quibus diffamatus alias iurisdictioni Camerae immediate subiectus est, nec alium Iudicem in prima instantia quam Cameraam habet, Citatio super l. diffamari, non beneficio huius constitutionis, sed ex dispositione & practica iuris communis indistincte in omnibus diffamationibus causarum civilium rite decernitur, & in Camera super utroque iudicio tam diffamationis, quam actionis procedi potest. *Gail. 1. obser. 10. num. 9.* Ita factum in causa **Veldheim** contra **Magdeburg** 10. Decemb. An. 91.

Hoc mihi verum non videtur. Quod quoad beneficium legis diffamari Camerae iurisdictioni ad grauiiores saltem casus restricta sit. Vide Ordinationem *part. 2. tit. 25.* Ibi: *Demnach setzen vnd ordnen wir/ daß Lex diffamari an dem Cammergericht verstanden vnd gebraucht werden soll/ in friedbrüchiger Schmach vñ andern dergleichen Sachen/ in denen solche Diffamation gefährlicher vñnd betrieglicher weiß dem andern zu Nachtheil vñnd Beschwerung beschehen.*

Item **F. F. von Saldern** contra **H. B.** 11. Februarii Anno 95. Vbi petitio ita formata: *Wann aber Anwalds Principal durch obdeducirte Schmähung vñnd ehrenverlesliche Auflage/ so ihnen so wol schriftt als mündtlich begegnet/ zum größten an ihren Ehren angetastet/ persönlicher weise beleidiget vñnd diffamirt/ dieselbe auch propter continentiam causae vñnd ihrer Personen halber/ dieweil sie theils hochermeltem Fürsten/ theils anderen vnterschiedenen Herrschafften vnterworffen/ in der Hauptsache/ darinn **S. F. G.** Kläger/ vñnd sie Beklagte seyn/ anders nicht dann für diesem hochlöblichen Kayserlichen Cammergericht in erster Instanz besprochen werden mögen/ dardurch dann **S. F. Gn.** Jurisdiction fundirt/ wie in gleichmäßigen Fall dem von **Veldheim** contra **Magdeburg** citatio 10. Nouembr. Anno 91. wie auß der Beplage zu sehen/ erkannt/ So ist **S. Gn.** Principal wider hochgedachten Fürsten/ vel saltem ex iure communi super l. diffamari gleichfalls Citation vñnd Ladung zu decerniren vñnd mitzutheilen.*

LIBELLVS.

**I**N causis simplicis querelae in 1. termino libellus producendus, & nisi id fiat, citatus absolendus. *Recess. Imp. An. 70. §. Biewol. & Ann. 71. 10. Jun. G. B. Anno 85. 4. Iulii.* Fallit in mandatis cum clausula. Quia tamen in primo termino producendus: tamen si id non fiat, non statim fit absolutio, sed prius praefigitur terminus sub comminatione cassationis mandati, & absolutionis a citatione. Ita factum in causa **Rohr** contra **Nassau** & in causa **Wertheim** contra **Echter** 22. Febr. Anno 92.

Z

Libelli



Libelli tenor citationi inferendus. Vide supra in verb. *citatio*.

An reus ex officio absoluendus, parte non petente, si libellum non producat? Anno 92.3. S. d. 21. vide supra *absolutio à citatione*.

Ad libellandum termino obtento, appellato nihilominus acta loco libelli repetere, simulque concludere intra d. terminum licet. Hac porro repetitione semel facta à libellando porro abstinebit, An. 92.3. S. D. 21.

In causis mandatorum cum clausula, etiam reproducto mandato, impetrans statim libellum producere debet. Fallit 1. in mandatis executorialibus. 2. fallit in mandato de relaxando captiuo. R. D. F.

An in causis mandatorum sine clausula libellus requiratur, an vero declaratio pœnæ saltem oretenus peti possit? vide mandata sine clausula.

In causis appellationis ab interlocutoria non recipitur libellus. *ordin. p. 3. tit. trigesimo primo, §. vnd so fern*. Ideo interdicens procuratoribus sub pœna, ne terminum petant ad libellandum, vel petitem admittant, sed statim in secundo termino, sub comminatione absolutionis, dicto modo agant. vt pars aduersa illico ad litis contestationem procedere possit. Et vt iudici innotescat, in intitulaturis ponendam causam esse appellationis ab interlocutoria, Anno 92.3. S. D. 21.

Si quis ante lapsum terminum libellandi petiit protogationem sine sufficienti documento causæ, & in eum euentum repetiit acta, postea vero termino lapsio libellum produxerit, an hoc ei permittendum? Anno 92.3. S. D. 21.

In causis appellationum libellus in primo termino produci debet. Sed quid si acceptato termino ad libellandum appellans in termino non producat libellum, sed tantum acta repetat loco grauaminum, an propterea appellatus à citatione absolui debeat? Pro affirmatiua facit *der gemein Bescheid* & Ordinatio ipsa, & comminatio ipsa, annexo termino dato per iudicem ad libellandum articulate, qui tempus ad libellandum acceptat: alias potuisset in 1. termino loco libelli acta repetere. R. Spiræ Anno 70.

In mitiorem tamen partem, cum ea quæstio incideret, memini dominos fuisse procliuiores, tum quod comminatio annectitur in eum casum, si omnino nihil præstetur, tum quia sumus in odiosis, ideoque (quia etiam libellat, qui acta repetit loco libelli, & tempus ad libellandum assumptum videtur potius ad deliberandum petitem, vigore R. Anno 70.) tempus vel via illi ad libellandum præcludi debet, & causa pro conclusa acceptari, sed non absoluti appellatus.

Libellus semper porrigendus regulariter. Fallit 1. in mandatis executorialibus. 2. in mandatis de relaxandis captiuis. 3. in omnibus mandatis sine clausula, vbi declaratio pœnæ oretenus peti. 4. in appellationum causis omnibus vbi acta loco libelli possunt repeti. 5. in interlocutoriis, vbi ab iis appellatum.

In libello seu grauaminibus appellationum in specie exprimendum, quid noui in hac instantia sit adducendum, alias iudices onerantur *mit Besichtigung der acten vberflüssiger weis*. Anno 92.3. S. D. 23. B. 93.

Libellus in causa fractæ pacis debet in scriptis proponi, & propterea quod quis tantum narrata citationis loco libelli repetit, fuit absolutus Reus ab instantia, licet fuerit contumax. Ita factum in causa *Andres Langen contra G. H. Pfalsgraff*. in Febr. An. 89.

Libelli emendatio fieri potest post litem contestatam, si nondum sit iuratum de calumnia. Ita fuit hic iudicatum per interlocutoriam in causa *D. H. Kofstet contra C. von Rietheim*.



In causis denegatae iustitiae (etiam per modum appellationis ad Cameram deuolutis) tantum summaria petitio exhibetur, ut in causa des Epitals zu Eusa contra Walsgraffn. G. N. 7. Mart. 89. Vide in verb. Euentualhandlungen. Libellus summarius seu petitio summaria tantum in interlocutoriis requiritur.

Libellus si in terminis non producitur, absoluitur Appellatus à citatione. Sed quid si in termino ad libellandum acceptato Appellans saltem acta priora repetat loco libelli, an per hoc excusetur, ita ut Appellatus absolui debeat?

LIBERTAS.

IN libertatis possessione quis pro libero habeatur? Lite ordinata in possessione libertatis, is, de cuius libertate agitur, interim pro libero habetur. l. 1. de liber. caus. hac lege defendi potest, si dominus rusticum tanquam proprium hominem postulat, vel tanquam colonum, quod lite pendente is rusticus non possit conueniri de canone vel pensione. Et sic defensus est rusticus quidam Spirae in causa simili.

LIBRI.

LIBRI feudorum antiqui sunt communes vasallo cum domino. Item & reuerfales. Nam ideo dantur à vasallis dominis, ut ex iis constet, quae & qualia feuda à domino habeant. Item & libri curiae. *Dd. in c. quoniam. de probat.* Ideo in causa M. Tolners & Consorten Klägern / contra Episcopum B. Episcopo editio der alten edlen Lehen / darzu auch Sall vnd Lehen Gerichtsbücher / auch der Reuerf per interlocutoriam iniuncta, 5. Jul. An. 53.

LIQUIDATIO.

IN vniuersalibus iudiciis quomodo facienda, & quae sint partes Iudicis in eo? Si haereditas adiudicatur vniuersaliter, tunc in executione liquidanda duo requiruntur. 1. Quae sit pars haereditatis legitima, *Weil in der Brtheil der gebührende Theil zuerkant.* 2. Res singularis, & quid fuerit in haereditate. *glo. & Dd. in l. 1. de edendo. Bart. in l. 2. C. de sent. quae sine certa quantitate. Canonista in c. conquerendo. de offic. ordinarii. Et ibi Innoc. Ruff in tit. de art. vniuers. & in tit. de petit. hered.* Et in hoc duo probanda. 1. Res specificatas fuisse in bonis defuncti tempore mortis, per *leg. & non tantum. & leg. item veniunt. de petit. heredit. vel per defunctum possessas.* 2. Quod illae res possideantur per aduersarium. *l. 4. ff. de petit. hered.* Nota, quod Iudex in vniuersalibus nunquam debet restringere sententiam suam ad ea, quae petita sunt. *d. l. 4. & l. fin. de petit. hered.* Vbi Iudex condemnat, nedum in petitis, sed etiam in bonis, quae non possedit tempore litis contestatae, sed quae postea possidet vigore primae instantiae actionis, debet fieri adiudicatio, nec opus est noua citatione in specificatione. *Barrol. in l. 1. C. de sent. quae sine cert. quant.* Vbi dicitur, quod nulla opus sit litis contestatione, sed Iudex pronunciat super eo, quod videt liquidum. Vigore primae actionis in iudiciis generalibus & vniuersalibus Iudex debet pronunciare super omnibus liquidatis, praeterquam super his, quae pars excipit. *Felin. in c. licet.*



vers. 6. limita. & hoc maxime, quando petitio specificata habet clausulam generalem. Felin. in d. c. licet. vers. 19. Socin. in cap. significationibus. in quæst. 13. in pr. de libelli oblatione.

## LITERÆ.

**L**ITERÆ Principis. Si Princeps rescribat potestati ordinariæ in communi forma, vt in causa inter N. contra N. iustitiam administret, vel ius exequatur, per ea verba non censetur iurisdictio delegata, nisi adiiceretur vice, vel autoritate nostra, sed saltem excitata. Panor. in apostil. in c. in singulis. n. 7. de stat. Monach. Alex. Ias. & Dd. in l. more. de iurisd. Vide Mar. p. 4. dist. 5.

Literæ denunciatorix litis werden à parte citata in Camera begert/ exempli gratia, da ein Parthey/ puta Titius, ein Gut an sich kaufft hette/ vñnd sich mit dem Kauffer/ puta Sempronio, in dem Contractu verglicchen/ daß woer Titius daris ber des verkaufften Guts halber besprochen/ daß er ihn zu Recht vertretten wolle. Item so anders mehr mitinteressirten vñnd einen nur allein citirt/ als so ein Gemein mit der andern einen Acker/ Feld/ Wiesen/ oder was dergleichen ist/ hettten/ dasselb nicht gemein nutzen oder gebrauchten/ als pars citata supplicirt/ wie sie diß vñnd das pro indiuiso, oder in gemein nutzt. Kömte derwegen sich in præiudicium vñnd ohn Vorwissen der andern Mitcitirten ohn Gewalt nicht eynlassen/ sonder bitte denunciatorias litis an sie außgehen zu lassen.

De pœna aperientis alienas literas. Super apertura alienarum literarum agitur ex crimine stellionatus ciuilitè ad interesse. Ita decisum est in Camera per Bart. in l. qui testamentum. ad l. Corn. de Fals. Panor. Felin. in c. cum olim. de offic. deleg. Ias. in l. non dubium. n. 53. C. de legib. Committit crimen falsi, qui sigillatas literas aperit. l. 1. §. is qui depositi. ff. de pos. si alteri ostendit: si vero per se legit, tunc committit crimen stellionatus. d. c. cum olim. de quo potest agi ciuilitè. l. fin. de priu. del. Ang. in §. librum. Inst. de legat. præsertim si non petit Reum puniri, aut pœnam Filco applicari. gloss. cum Bald. in l. 2. §. 1. de sepul. viol. est autem interesse allegandum & probandum.

## LITERÆ MUTVI PASSVS, SEV LITERÆ INVOCATORIAE.

**L**ITERÆ mutui compassus à Iudice spiritali, si Iudici Camerae exhibentur, solet is Pedello eas tradere, & testi examinando legendas per eundem mittere, & iubere, vt in causa illa testimonium veritati perhibeat. Ita factum 18. Febr. Anno 64. in causa matrimoniali, in qua Lt. H. deponere iussus est, & paulo ante ancilla quædam, & c. vt *Berwalter* & alii dixerunt.

Mutui compassus seu inuocatorix literæ si nobis transmittantur ad examinandum testes, nostræ iurisditioni subiectos, tunc ex officio deputatur Commissarius per decretum, nec datur dilatio, quemadmodum nec in examinibus ad perpetuam rei memoriam. Et quoniam, vti fertur, non moris est, ex Cancellaria commissionem extrahere, idcirco nec ea decernitur, sed hoc casu decretum (cui implicite inest) commissionis instar est, quo ostenso, testes deponunt: vti quæstor noster in causa quadam Francofordiana fecit, Notario GB. Commissario. Et quando tam Iudex quam testes in loco sunt, si testimonium perhibere nolint, Iudex ore tenus iubet, vt in causa deponant, sicut mandatum est T. lectori, licet ad instantiam Commissarii à Iudice implorante



rante huc misso. Atque ita conclusum fuit per 6. dominos, senioribus adstipulantibus, in causa **Euz Simon Müllers Wittib** contra **Hans Eselhausen Sohn** 1. April. Anno 69. per doctrinam Spec. tit. de testam. § qualiter autem. nu. 25. & seqq. Decreti autem formula erat, wie gebetten abgeschlagen (scil. quoniam pars Commissarium nostræ iurisdictioni non subiectum nominabat, commissionem & tempus pro dilatione petebat) sondern ist auff vorbrachte inuocatorias **Et. P. R. dieses Kayf. Cammergerichts** protonotarii zum Commissarien verordnet. Neque ex officio diximus: quoniam officialis Confluentini implorationem principaliter reiciebamus, ad cuius, non ad partis ineptam petitionem, Commissarium ordinauimus, vti latius in protocollo Notarii G. supra scripta die.

LITIS CONTESTATIO.

**EXCEPTIONIBVS** contra deuolutionem, aut formalia appellationum semper in euentum annectenda litis contestatio. R. 70.

De litis contestatione vide Ord. p. 3. tit. 13. 18. & 32. Gail. lib. 1. obseru. 73. & seq.

Ante litis contestationem sollen die merita causæ nit vergeblich disputirt/ sondern allein was nöhtig/ fürbracht werden. Ord. p. 3. tit. 28.

Litis contestatio debet fieri in præfixis, nisi quando concluditur per generalia auff grauamina, tunc simul lis contestatur, quod fit in nouis. Ita fit plerunque. Et sic factum in causa **Teppeling** contra **Ottionem Popo.** 30. Maii Anno 89.

Fallit 1. quando proceditur in contumaciam non comparentis, potest quodocunq; in nouis quis litem contestari, & Iudex statim litem pro contestata acceptat, non expectato ordine præfixarū. Ita factum in causa **Mümpelgart** pro interesse, & **Faulharten** contra **Kräkingen** 30. Maii Anno 89.

Sic etiam secundo, quando appellatus per generalia concludit, auff eyns Kommene grauamina contestetur litem negatiue in nouis, vnd nichts neues fürbrachte/ setzt ers zu Beschluß in causa principali.

An litis contestatio expresse mādato inseri debeat? Quidam dicunt, quod sic, sol auch nicht sufficienter geredt seyn/wann stehet/ auff die Klag antworten. Quidam dicunt, so das iuramentum calumniæ darinnen begriffen/ vnnnd also alle Gefährde dardurch außgeschlossen zu seyn verstanden werden/ so könnte es nicht præjudiciren/ ob schon solche clausula nicht expresse darinnen vermeldet/ dann es tacite subintelligirt/ durch das præstirt iuramentum calumniæ, vnd aber alle Gefährde außgeschlossen. Tutius tamen est, expresse inserere, quam ancipitem iudicii sententiam experiri.

De litis contestatione in casibus des Religionfriedens/ vide infra.

Litis contestatio est necessaria in appellationibus à definitiua sententia, vel yim definitiua habente, idque ex Ord. p. 3. tit. 31. §. Wo aber von einem Endurtheil: Ratio, quia ibi dicitur, libellum proponi debere, vel articulatum, vel summarium. Regula autem est: vbicunque libello opus est, ibi litis contestationem requiri, & contra: vbi non necess. est libellus, ibi nec litis contestatione opus esse, quæ fieri debet super libello. Rot. decis. 1. de lit. cont. in nouis. Dd. communiter c. 1. de lib. oblat.

Ab interlocutoria non est opus litis contestatione, idque ex mente tam ordinationis, quam communiter omnium interpretum, quia plus habet in-



commodi, quam utilitatis, vt videre est in den bedencken Cisneri de litis contestatione.

## LITIS PENDENTIA.

**P**ENDENTE causa in Camera et si processus in aula Imperatoris impetrentur, potest mandari dieselbige abzuschaffen/ vide supplicationem in causa Mechselrein contra Schwarzenberg.

Solent etiam mandata sine clausula decerni de non auocandis causis in Camera ad aliud tribunal, in præiudicium litis pendentis.

Cautela abbreviandi litem: Si quis autem velit citiori causæ definitioni consulere, deducat articulos statim in primo termino, petatque litem desuper contestari, & se ad probandum admitti, & petatur dilatio ad probandum, & intra primam dilationem curet testes examinari, petat attestatorum publicationem, & statim nominet Commissarios, renunciet Probationschriften, quæ tantum fiunt illustrandi dicta testium gratia, & parum iuuant. Nam aut dicta testium per se sunt plana, & non opus est illa deductione der Probationschriften/ aut sunt vacillantia, & tum non multum fidei adhibetur illis scriptis probatoriis, sæpe etiam ipse Referens negligit die Probationschriften/ wocor ex dictis testium sich kann informiren. Aliam cautelam notatu dignissimam vide apud Gail. 1. obs. 128. n. 45. & 1. obs. 130. n. 3.

Cautela vt eximatur quis liti in specie seq. G. Mospach Spirensis 500. fl. emerat redditum annuum in 2. fl. à quatuor collegiis Spirens. cum pacto redimendi: solutum est illi aliquot annis. Post mortem Tutores relictarum filiarum alienauerant literas super redditu confectas cuidam Iudæo, literæ habent redditum annuum possessoribus literarum numerandum: hæredibus ergo emptoris contendentibus, & Iudæo contra sibi tanquam possessori pecuniam soluendam petenti, collegia cum obligatione liberari vellent, impetrarunt citationem contra hæredes, & d. Iudæum; deponentes præcium apud iudicem Camera, petentes se liberari: citati comparuerunt, & inter se litigarunt, ac collegia ita liberata sunt. Hæc cautela notanda.

Litis pendentia in causa fractæ pacis. Hac de re acriter disputatum in causa Windaul contra H. von Salsa Anno 60. vbi Reus hat den Windaul mit 9. Pferden auff der Strassen angefertigt, vnd mit der Büchsen geschlagen/ das er in vier Tagen gestorben/ conuentus Lipsiæ super homicidio ex iure communi, atque ad fractam pacem ex noua constitutione in Camera, alleg. Zabar. in clem. 2. n. 17. vt lite pend. nihil. in nou. At conclusum non videri litis pendentiam, cum crimen fractæ pacis non sit deductum in iudicium.

Dependentia causæ, & in primis simplicium querelarum. So ein causa simplicis citationis seu querelæ in Camera pendens ist/ also den Herrschafft oder gemein Kirchen-Güter an sich zeugt/ oder dergleichen/ vnnnd die citation vber den Religion-Frieden simplicem citationem in Camera durch ihren vollmächtigen Anwalt außbringen lassen/ vnnnd Citatio exequirt, auch reproducirt, vnnnd in der Sach legitime reproducirt worden/ vnnnd aber Aduersarius inter procedendum sich noch mehr hinweg zu nehmen vnderstanden/ dasselbig auch ins werck gebracht/ so ist zu mercken/ das die Citation oder Herrschafft/ so den Schaden erlitten/ vnnnd sich solches beklagen will/ nicht darumb einen neuen Proceß anheben soll/ vnnnd de nouo citationem erlangen/ sondern kan solches/ wann zu beyden theilen nit ad probandum geschritten/ oder Commissarii ernennet/ noch nicht Commissio



missio erkannt worden / per additionalium modum commodissime geschehen / weil die Sache ex vno eodemque fonte herfleust / vnd punctum attentatorum in diesen Sachen / sc. simplicis querelæ getaufft werden gar nicht stadt / secus in causis appellationum. Etposito, da sich begeben / daß die Probation schon geschehen / vnd die Communio als Klägern attentationem allbereidt dargethan vnnnd bewiesen / wie auch der Beklagte daß also de nouo procedire werden müste / so kan doch secundum qualitatem casuum dieselb probirt / vnd documenta in vim probationis producta hieher zu dieser Sach repetire werden.

Lothringen/ AVSTRASIA.

DE priuilegio domus Lotharingicæ. Vid. Rhapsod. C. fol. De Priuilegiis statuum, in lit. L.

In causis fractæ pacis processus contra Lothringen decernuntur. Ita decreti in causa Hanam contra Lothringen fractæ pacis.

Nota: In causa Xieping contra Lothringen den 12. Ianuarii Anno 80. Ist in causa Mandati de relaxando captiuo, & non amplius offendendo iniuncta paritio sub euentuali.

Qua ratione illis processus decreti non video.

M.

MAIOR.

NVPTIÆ faciunt maiorem. Nam in contrahendis nuptiis quicumque contrahere potest, maior fingitur esse, nec illi subuenitur beneficio a-tatis. Spec. de rest. in integr. §. qualiter. vers. quid si quis contrahit. Huc videntur facere, quæ notat Myns. cons. 43. n. 3.

MANDATA IURISDICTIONALIA.

DE mandatis iurisdictionalibus seu iudicialibus in genere. Mandata, vt & alii in Camera processus, annalia sunt. V. 80.

An Actor, reproducto mandato, statim in primo termino libellum exhibeat, an vero Reus suos causales? Et maior pars in hac fuit opinione, quod sc. impetrans libellum exhibere debeat, & eius petitione declarationem petere, cum hic processus sit ordinarius, qui libellum & litis contestationem requirit, atque in definitiua, de iustitia mandati & causa pronunciarı solet. R. D. F. 35.

Fallit 1. in mandatis executorialibus, secundo in mandatis de relaxando captiuo, vbi Actor non compellitur ad libellandum, sed Reus ad exhibendum libellum causalium ante omnia astringendus, quia cum incarcerationio super causa ciuili facta omni iure sit prohibita, ideo ante litis contestationem super relaxatione pronunciarı posse, ex capite nullitatis notorię. Ita pronunciatum in causa Klingenberg contra Hamburg 18. Aug. An. 61. & in causa Fischen contra Gemmingen 15. Febr. An. 63.

Et in executiuis summarie procedendum esse notum est ex Ord. R. D. F. 3. & seq. Quidam tñ Domini putarunt, causales pducendos per Reū in 1. termino, per rationes ibi, crebrius tñ altera opinio placuit. At preiudicia in contra-

fiunt



rium videntur illa non iudicis iussu, sed sponte à partibus fuisse introducta, quod adhuc liberum sit. R. D. fol. 36.

Mandatum petatum cum clausula potest decerni sine clausula. Ita factum in causa *Limburg* contra *Würgsburg* 31. Aug. An. 88. & in causa *Orienburg* contra *Bayern* An. 88. 31. Aug. & sic quotidie fit.

Mandata prohibitiua & negatiua, vt de non vastando, &c. non habent annexam citationem de paritione: quia illa negatiua non potest probari, sed alter probare debet, contrauentum esse. Ita factum in causa *Stoekhaus* contra *Abt zu Corsey* / mandati de non vastando, reprod. 12. Septembr. Ann. 89. In causa tamen *Baden* contra *Mainz* / de non alienando, ratione *Stolberg* / annexa citatio, sed per errorem cancellaria.

In illis quę requirunt causę cognitionem præuiam, puta in restitutione ablatorum, & similibus, non concedenda sunt mandata simplicia, quia non incipiendum à præcepto & executione. In illis vero quę non requirunt iustificationem aliquam, puta quando supplicatur, illud iniungi vel mandari, quod alioqui ius commune & ordinatio mandat, pura ne quid de facto attentetur, ne vis & violentia alicui inferatur, ne aliquid fiat contra constitutionem publicę pacis, non sunt concedenda mandata cum clausula iustificatoria, sed mandata simplicia: quia nõ requirunt iustificationem, ex quo ius certum, iustum & clarum est. Sed contra eos, qui non sunt immediate subiecti Camera, non sunt etiam facile concedenda mandata, etiam cum clausula iustificatoria, sicuti quoque citationes non facile decerni debent contra eos, qui immediate imperio subiecti non sunt: quia si per comparitionem mandata resoluuntur in simplicem citationem, tunc remitti oportet ad immediate superiorem. In causis autem fractę pacis possunt mandata decerni etiam contra non immediate subiectos iudicio Camera. Imo etiam contra patrimoniales prouincias Cæsaris in Germania, quoniam & illę comprehenduntur sub constitutione pacis: vide de materia mandatorum per Paul. Castr. Alex. & Ias. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. nou. nunc. Ex relat. S. 16. Septembris An. 38. inter magistrum Teutonici Ordinis, contra Electorem Saxonię.

Nullum mandatum est sine pœna, nec putandum ex inscriptione: supplicatio pro mandato pœnali, q. essent mandata sine pœna, seu non pœnalia: non enim valet semper argumentum à contrario sensu. Interdum quædam mandatis Emphaseos gratia inserta sunt, vt cum nihil aliud mandato est insertum, vt pote *bey vnsern vnd des H. Reichs höchsten Bngnaden*. Est enim pœna, & quidem maxima, indignatio, seu læsa maiestas.

Mandata arctiora sequuntur mandata sine clausula, quando scil. reus contumax fuit in non comparendo: sed vbi mandatum cum clausula in Camera emanat, tunc contra Reum contumacem proceditur in puncto citationis, quia d. mādatum cum clausula resoluitur in simplicem citationem, reo comparente, si iurisdictio Camera est fundata, & partes immediate imperio sunt subiectę. Noë Meurer in process. p. 8. fol. 236. ibi, *Sobeklagt Syndicus, &c. & fol. seq. ibi, ihm mit Vrtheil vnd Recht zuerkennen / das er nächmals demselben mandat in zeit vnd bey Pœn darinnen verleibt / seins Inhalts volg vnd gehorsam zu leisten schuldig. num. 13.*

Mandata simplicia omnia habent pœnam pecuniariam: arctiora vero pœnam banni, raro pecuniariam. Si non pareatur simplicibus, impetrans agit ad pœnam banni pecuniariam, sibi & fisco adiudicandam. Statim enim si non pareatur, petitur declaratio pœnæ & arctius mandatum.

Punctus mandati non corruiat accusatore mortuo, & sic perempta instantia



stantia, si sc. quoad reliqua, factum ipsum super fracta pace aliquo modo qualificatum sit. Quod plene & doctè discussum in causa *Henneberg* contra *Henneberg* 20. Dec. Anno 66.

Mandatum speciale requiritur in hypothecatione rerum pupillarum, ut in causa *Reyolskirchen* contra *Fleckenstein*.

Mandatum ad compellendum testes ad testificandum decernitur contra immediatos, qui testificari nolunt, sed contra mediatos denegatur. Ita mandatum denegatum in causa *Episcopi Wormbs* contra quosdam ciues *Wormatiens.* 20. Sept. Anno 91.

Mandati fines quando Commissarius excessit, eò quod articulos ad probandum admittit, qui in Camera nondum producti, neque ad probandum admissi, non opus est appellatione eo casu cum ius actrici vel appellanti saluum sit opponendi exceptionem, scil. nullitatis, etiam post publicatas attestaciones. Ita processus denegati sunt appellationis in causa *Fraw A. Wittibin Gräfsin zu Waldeck* contra *den Churfürsten zu Cöln* 20. den 27. Octob. An. 70.

Procuratorium licet priuatam contineat scripturam, tamen si sigillatum sit sigillo constituentis authentico, plenam fidem facit: *Abb. in c. significavit. nu. 2. Extr. de appellat.* & sic obseruatum in Camera.

An mandata in Camera futuros casus respicientia, qualia sunt de non turbando, inquietando, offendendo, &c. decerni debeant cum vel sine clausula? Resp. quod ea quæ fundantur super iure communi, vel constitutione aliqua Imperii, qualia sunt de non offendendo, sc. contra pacem publicam, de non turbando, sc. contra *den Religionfrieden* eiusmodi omnia solent emanare sine clausula: reliqua vero, quæ fundantur super facto, quale est *der Münsme. ster* contra *Speyer* 23. Iulii Anno 91. emanare solent cum clausula.

Mandatum contra eum decerni nequit, qui Romano Imperio subiectus non est, *l. fin. ff. de iurisd. om. iud. Bal. in l. si aquam. num. 70. Cod. de seru. & aqua.* sed si quid contra nostros attentet de facto? Ei per læsum, vel etiam per magistratum resistendum, iniuriaque propulsanda, *Marant. disp. 1. num. 19. & 39.* Ita processus denegati contra *Cañcellarium & senatum Bruxellensem*, ad instantiam *Comitis ab Enuilla, seu Enckfurt.*

Mandata quoque impetrantur in aula imperatoria, ut factum in causa *Zolern* contra *Fürstenberg* 30. Ian. An. 70. & quidem lite in Camera pendente.

Processus in mandatis cum clausula multiplices sunt. 1. Interdum impetrans mandatum cum clausula in primo termino, si paritum non sit, petit declarationem pœnæ: in mandatis vero sine clausula, cum declaratione pœnæ etiam arctius mandatum petit: raro arctius petitur in mandatis cum clausula, ut in causa *Klingenberg* contra *Hamburg.* 2. Interdum in mandatis cum clausula reus in primo termino comparet, auditurus, quid contra eum institui velit actor, allegans, se iam parere non teneri, sed mandatum in simplicis citationis vim resolui. 3. Interdum actor in primo termino dat petitionem summariam vel articulatam, in puncto citationis, nec facit mentionem declarationis pœnæ. 4. Interdum si Reus sit contumax, iurisdictio fundata, partes immediate Imperio subiectæ, in causa principali in puncto citationis proceditur.

Si in mandatis sine clausula exceptiones Rei ad probandum admittuntur, processus similis ac idem est, qui in citationibus, iniungitur aduersæ parti, ut in specie agat. Interdum petit contra exceptiones copiam & terminum, & tum replicat. Sin Reus in primo termino in puncto paritionis nihil adfert, petitur declaratio pœnæ & arctius mandatum, ut supra dictum.



Mandatum de non impediendo decretū in causa **Georg Rackenthin** contra **Roschlagen in Pommern** Anno 92. 22. Aug. Postea 4. Iulii supplicauit pro auer-  
tenda citatione ad videndum se incidisse dicto mandato.

## MANDATA CVM CLAVSULA.

**M**ANDATIS cum clausula quæ comminatio danda, an cassationis man-  
dati, an vero absolutionis à citatione? Et putant Domini, vtriusque, tam  
cassationis mandati, quam absolutionis à citatione comminationem dan-  
dam. Ita factum in causa **Schör** contra **Officiales Archiepiscopi Leodiensis**  
12. Sept. An. 69. Quamuis vnus ex Dominis putauit, comminationem cassa-  
tionis mandati dari non posse.

Mandatum cum clausula non facile decernendum, vbi plenario & ordi-  
nario iudicio causa discutienda est, sed nuda tantum citatio, maxime si con-  
tra Imperatorem vel alios status id petatur, &c. R. D. F. Secundo etiam casu  
vbi partes ad **Cameram**, &c.

In mandatis cum clausula, quamuis in primo termino etiam libellus pro-  
ducendus: tamen si id non fiat, non ideo statim Reus à citatione absoluendus,  
sed illi prius breuis terminus præfigendus ad libellandum, & si id non  
fiat, mandatum cassandum, & Reus à citatione absoluendus est. An. 76. R. D.  
65. §. Zum sechsten. Ita factum in causa **Rech** contra **Nassau** Ann. 92. & in causa  
**Wertheim** contra **Echter** 22. Febr. An. 92.

Mandata cum clausula regulariter tantum decernuntur, quando **Came-  
ræ** iurisdictio fundata est, hoc est, quando vna pars, nempe Reus, immediate  
est sub Imperio, Actor autem non, & sic beneficium **der Austräg** locum non  
habet. *Gail. 1. obs. 19.* Secundo quando sc. partes in prima instantia ad **Cameram**  
pertinent, & non habent alios Iudices, quoad Reum sc. In pluribus tamen ca-  
sibus in Camera etiam mandata cum clausula decreta inter partes, quæ in  
prima instantia ad **Cameram** non pertinent, vt in causa **Nörtingen** contra  
**Graff L. von Dettingen / Neuerung halben / mit des Spitals gefreyten Solden.**  
An. 68. 23. Iun. Item 10. Iun. inter eisdem Ann. 69. **Wimpffen** contra **Böler von  
Kauensperg** wegen der **Pfarckirchen** vlt. Maii An. 59. **Kauensperg** contra **Fürstens-  
berg** 26. Oct. An. 59. Item **Bamberg** contra **Nürnberg** 8. Sept. Ann. 51. quod ta-  
men in his mirum videri non debet, quia ciuitates, quando comites conue-  
niunt, non habent **Austräg** vt in causa **G.** contra **R.** 11. Ian. An. 62. Item **Duches  
vnd Stiffts** contra **Episcopum Monaster** 31. Aug. An. 51.

Mandata cum clausula aliquando etiam decernuntur cum citatione com-  
parendi & docendi de partitione, sub comminatione solita: quod si fiat, non  
sunt mandata cum clausula. Ita factum in causa **Bitter** contra **Baumgarten** re.  
**S. Wittib von Innen** contra **Neumarden** 12. Dec. An. 65. reprod. 2. Mart. An. 66.  
Nota, quod hi processus cum clausula decreti, tamen ex **Cancellaria** sine  
clausula emanarunt.

Quando mandatum decernitur in Camera cum clausula, in casu iure com-  
muni vel ordine permissio, & vbi Camera fundata est in iurisditione, tunc li-  
cet pars, cui insinuatum est mandatum, non compareat: tamen proceditur  
contra eam, tanquam contumacem, secundum **Ordinem**. Et hoc ideo, quia  
tale mandatum vim citationis habet, & arctat ad comparandum, quamuis  
fiat super eo, quod causæ cognitionem requirit. Ita iudicatum 17. Dec. Anno  
40. in causa mandati pœnalis **Prioris Carmelitarum zu Cöln** contra **die Stadt  
Geldern**.

Mandatum cum clausula per comparitionem Rei non statim resoluitur  
in simplicem citationem, sed saltem eius effectus suspenditur, donec de va-  
lidityte



luditate & inualiditate mandati constet. *Ord. p. 2. t. 23. Gail. 1. obs. 19. n. 5. & obs. 78.* putat, statim resolui. Quando enim exceptiones contra mandatum sunt irreleuantes, tum paritio denuo iniungitur: si releuantes, mandatum cassatur; vel lite desuper contestata absoluitur etiam à citatione. R. D. F.

Mandatum cum clausula etsi regulariter per comparitionem rei resoluitur in citationem; si tamen actor negligens est in agendo; comminatio illi datur sub pœna cassationis mandati: quemadmodum si causa cognita in probatione defecisset, cassaretur mandatum: cum paria sint, *in probatione desice e, & nolle agere.* Ita factum in causa **Schöer** 12. Sept. Ann. 69. 2. fallit etiam, quod scilicet non resoluitur in causis mandatum de relaxandis captiuis in citationem. 3. fallit in mandatis executorialibus. 4. fallit in mandatis cum clausula noui operis nunciationis, quando post nunciationem cautio non præstatur, quia nihilominus paritio iniungitur. Ita factum in causa **Salmansweiler** contra **Walpurg** 20. Octob. Anno 90. 5. fallit, quando mandaretur cum clausula, ratione denegatae iustitiæ, quando scilicet tantum sententia etiam esset publicanda: tunc enim debet in primo termino reus causas allegare, cur iustitiam administrare non possit, si id non faciat, iniungitur paritio, & merito: quia mandatur tantum id, quod est iuris communis. Ita decretum mandatum cum clausula pro administranda iustitia Anno 91. in causa **Spangenberg** contra **I. H. B.** & Anno 92. paritio iniuncta.

Nota: quod mandata cum clausula; quoad iudicem, non resoluantur in simplicem citationem: secus quoad partem. Ita in causa **Phœe** contra **Nassaw** mandati de relaxando arresto & q. captiuo, non tantum paritio iniuncta, verum etiam in puncto citationis pronunciatum, *daß ihm nicht gebürt / reum der Gestalt zu verglibden* / vide sententiam publicatam 7. Dec. An. 92.

Quoties in causâ emanatum est mandatum cum clausula iustificatoria; & pars comparet & producit causas, tunc non amplius tractatur de pœna dicta in mandato, quia mandatum resolutum est in simplicem citationem per comparitionem partis. Et hoc ita obseruatur:

An libello non porrecto in primo termino reus à citatione absoluendus: Id quia expresse decisum est, stylus obtinuit, quod vltimus terminus datur sub comminatione absolutionis:

Ita factum in causa **Bertheim** contra **Echter** 22. Febr. Anno 92. Et antea in causa **Rehe** contra **Nassaw**. Anno 92.

Et multi requirunt; vt mandata cum clausula non aliter decernantur; quam si fundata sit alioquin nostra iurisdictio propter verba *Ordin. p. 2. tit. 23. In sachen vnd Partheyen zum Cammergericht gehörig* / propterea quod propter clausulam iustificatoriam citationem in se huiusmodi mandata habeant: tamen id fallit, 1. quando vna cum aliis processibus Cameram fundantibus, talia mandata non principaliter, sed accessorie, & in quandam consequentiam decernuntur, vt pote in causis fractæ pacis, quando vna petitur mandatum de restituendo cum clausula, vna cum citatione ad videndum; decretum in causa **Apts zu Prin** contra **Churf. zu Trier** 18. Mart. Ann. 60. **Lübeck** contra **Meister Teutsch Ordens in Lieffland** 22. Janua. An. 61. vbi cum citatione ad videndum mandatum de restituendo cum clausula decretum: Item **Erzbischoff zu Coln** contra **Güllich** 13. Mart. Ann. 59. mandati de restituendo cum clausula. Item **Johanser Meister** contra **Braunschweig vnd Bischoff zu Brödern** 13. Aug. An. 51.

2. Aliquando tamen, quamuis raro, etiam principaliter de restituendo mandata cum clausula decreta in casibus, vbi aliàs iurisdictio Cameræ fundata, vt in causa **Eitelwolffen** contra **P. Graffen zu Waldeck / vnd G. W. Herrn**



zu Iller Herman Graffen vnder Lipp contra D. Graffen zu Schaumburg 27. Oct. An. 69. Dammertin contra Hohensfels zu Reipoltskirch 22. Iunii An. 60. Lothringen contra Nassaw 14. Ian. An. 52. Meisenhausen L. Amptmann zu H. contra Winnenberg 7. Nouem. An. 60. Idque ego arbitror fieri posse, quando narrata essent qualificata auff die vier Fäll oder Landfrieden / quia eo casu non facile iniungitur restitutio sine clausula, non auditis partibus: potest tamen iudex, si videt narrata aliàs fundare iurisdictionem Camerae, ad decernendos processus sine clausula, eodem tutiori via cum clausula decernere: quia mandata, quoad iudicem, etiam cum clausula, non resoluuntur in simplicem citationem. Præterea aliud est mandatum decernere, & aliud citationem. Nec semper decernuntur, nisi quando liceat à præcepto incipere, qua de regl. in cap. ex parte. 23. §. fin. de verb. sign. & gl. in l. de pupillo. §. meminisse. 10. vbi Alex. n. 3. 1af. in l. nec quicquam. 9. §. vbi decretum. n. 6. ff. de offic. procon. Itaque ex his præiudiciis apparet, verba illa Ord. diuersimode accipi, nonnunquam de iis tantum causis & personis, quæ ordinariæ iurisdictioni Camerae subiectæ sunt, ad quas præcipue pertinere videntur: nonnunquam vt etiam complectantur eos, qui habent die Aufsträg. Vnde non immerito declaratio illorum dubiorum verborum requirenda esset, præferim cum nec statuatur aliquid in mandatis sine clausula, quæ tamen decerni possunt, etiam contra alios, quam qui iurisdictioni in prima instantia subditi sunt: idque in nulla sit controuersia: malo tamen sequi verba, licet dubia, quam præiudicia.

3. Fallit in mandatis de relaxando captiuo, non tam in fauorem captiuorum, quam etiam quod Aufsträg eo casu iudices esse non possunt, quia eiusmodi mandata non resoluuntur in simplicem citationem, & sic non iure actionis, sed mero iudicis officio consistunt, quo casu Aufsträg locum non habent.

4. Fallit, quando vna cum mandato de relaxando, etiam alia mandata petuntur, quia propter continentiam fundata iurisdictione. Ita cum mandato de relaxando decretum mandatum de restituendo, Adamus Dillings vnd seiner Söhne, contra Marggraff G. F. & eius Officiales zu Krielingen / & Zasliff von Rosenberg 14. Maii An. 51. Apt zu Reinsfeldt contra M. chelburg 8. Iulii Anno 51. Statt Trier contra Churf. zu Trier 18. Iunii Ann. 68. Hagaben Freilach contra Erzbischoffen zu Bremen 14. Octobris Anno 51. Buchol vund Johann S. Bischoffen zu Cöln 2. Decembris Anno 52. Johann von Sawing contra Metz 2. Augusti Anno 51. mandati de restituendo cum clausula inter easdem partes de relaxando cum clausula eodem die. Dhr contra Münster 3. Augusti Anno 51. Teutschmeister contra Hessische Statthalter vnd Räte / mandati cum clausula 15. Aprilis An. 51. Banerben zu Steinkallensfels contra Manderseheidt 17. Apr. An. 56.

5. Fallit, quando super pluribus factis mandatum sine clausula petitur, quia siquidem casus non sunt qualificati, vt sine clausula mandari possit, tunc ratione continentia fundata Camera, quoad mandatum cum clausula, quoad illos casus, qui non sunt qualificati auff die vier Fäll & solet dari tale decretum: Ist das gebetten mandatum sine clausula, so viel das vnd das (quoad casus sc. qualificatos) so viel aber das andere betrifft / cum clausula erkannt.

6. Fallit, quando mandatum cum clausula peteretur à ciuitatibus contra nobiles immediatos, vel Comites, quia cum illo casu beneficium der Aufsträg locum non habeat, Camerae iurisdictione fundata est. Ita mandata cum clausula decreta Nördlingen contra Graff L. von Ottingen / Newerung halben mit des Spitals gefreyten Solten / 23. Ian. An. 68. Inter ead. dem 10. Iunii Ann. 69.

Rauens



Rauensburg der Statt contra J. Graffen zu Fürstenberg 26. Octobr. Anno 59.  
 Statt Verdum contra Kechbergu. Ian. Anno 62.

7. Fallit, quando nobiles immediati, Comites: vel Comites, casu è conuerso, tales conuenire volunt, quia eadem ratione non habent beneficium *der Auftråg*/ quia casus in Ordinatione non expressus. Ita conclusum & processus decreti in causa *Mülhausen* contra *Knorren* 13. Ian. An. 79.

Mandata cum clausula, licet aliàs fundata iurisdicção, nisi facti atrocitas suadeat, non facile decernenda: Nam magna est differentia quoad processum inter mandata cum clausula, & citationem simplicem. Ita mandatum cum clausula denegatum in causa *Angeloch* contra *Graffen von Fürstenberg* 10. Febr. Anno 88. licet citatio decerni potuerit.

Forma sententiandi in mandatorum cum clausula causis. Non eodem modo hactenus in causis mandatorum cum clausula est pronunciatum: Aliquando enim in terminis actionis in principio ex edicto, *si quis ius dic. non obtemp.* instituta perstiterunt, & vel partitionem iniunxerunt, vel mandata cassarunt: Idque multoties factum audio in causis *Odenheim* contra *Brüssel*. Aliquando simul, quoad actionem mandati & principalis litis est pronunciatum, vt in causa *Knorren* contra *Mülhausen*. Item *Erfurt* contra *Mainz* 1. & 2. mandati ad poenam dupli, quæ ferme tunc maxime conuenit, cum in possessorio principalis lis vertitur. Aliquando nulla habita ratione mandati, tantum in causa principali sententiæ sunt lata. Quod maxime locum habet, cum petitorium est intentatum, vt in causa *Zollern* contra *Bamberg* Anno 80. in 4. senatu definitiuarum relata, item in causa *Wormbs* contra *Wormbs/ das Gebäu auff der Statmawrn* belangend 12. Iunii Anno 87.

Mandata cum clausula regulariter in simplicem citationem resoluuntur ita, vt impetrans in primo termino agere, libellum offerre, litem contestari debeat, Gail. 1. obseru. 78. Multa tamen extant præiudicia, vbi statim atque Reus causas non allegauit, in primo termino paritio fuit iniuncta. Ita factum in causa *Vibrach* contra *Vibrach*. alimentorum 29. Octob. An. 87.

Nota, quod hi processus decreti cum clausula, tamen ex cancellaria sine clausula emanarint. Ita factum etiam in causa *Dordmundt* contra officialem Colonensem. Vbi postea mandatum sine clausula cassatum, reseruatam tamen actoribus cum clausula, si eo vti velint, &c.

Mandatum de relaxando captiuo cum clausula. Sed obiiciat fortasse quis, quid igitur interest quoad mandatum de relaxando, cum vel sine clausula, cum utroque casu paritio iniungatur? Quoad punctum partitionis nulla est differentia, sed in eo esset, quod quando narrata qualificata *auff die vier Fälle*/ quod eo casu nullæ exceptiones admittantur pro releuantibus, quam maleficij. Altero vero casu, quando scilicet cum clausula decernuntur, tunc etiam aliæ exceptiones vel causæ. Nam causales loco exceptionum incarcerationis reus proponere tenetur, etiamsi non sint maleficij, pro releuantibus, si ita iudici visum fuerit, reputantur: vt si magistratus ex releuanti causa subditum suum incarcerauerit, quod ei etiam in causa ciuili licet, si releuans causæ allegatur, debet cassari mandatum. Secus est in mandatis sine clausula, vbi præter maleficij exceptionem nulla attenditur. Eius rei præiudicia extant in cau-

la *Trarbot* contra *Anhalt J. vnd E. die Kropffen* contra den *Bischoff zu Münster* 15. Mai Anno 71.



## MANDATA SINE CLAUSULA.

**E**XPRESSI casus, in quibus mandatur sine clausula, sunt hi. i. Constitutio super litigiosa possessione, cum subest timor armorum.

2. Mandatum de non offendendo.
3. Mandatum super constitutione pignorationis,
4. Mandatum super constitutione arresti.
5. Inhibitio,
6. Compulsoriales.
7. Nunciatio noui operis; licet partes Camerae immediate subiectae non sint. R. D. F.

8. In causa fractae pacis. Vid. *Pax publica*.

Quia autem alias sunt casus, in quibus mandata sine clausula decerni possunt, & debent, certis regulis includi non possunt, sed Iudicis arbitrio id relinquendum. Sic quoque Camera An. 56. ad grauamina statuum in hoc puncto respondit. R. D. F.

Jurisdictio Camerae fundatur, licet partes non sint ei immediate subiectae, si mandatum sit sine clausula decretum, quia alias non reperitur superior, ad quem in casibus prohibitis recurri possit An. 92. 4. S. d. 19. Alex. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. nou. nunc.

In mandatis sine clausula non ferenda lata diffusio exceptionum sub- & obreptionis in articulando, sed breuissimis comprehendenda res, neque ordinaria via probandi admittenda. Sed si utique testibus res deducenda, vna & ea breuior, pro omni dilatione indulgenda: Sit tamen hoc moderamen penes Iudicem Anno 92. 3. S. d. 57.

Mandata sine clausula an requirant libellum, an ore tenus declaratio poenae peti possit? Et certum est, verbalem saltem petitionem sufficere, idque ea ratione, quod processus hi sunt ordinarii & summarissimi, & punctus partitionis saltem sui natura huc pertineat, & qualis qualis petitio sufficiat de iure. R. D. F.

Mandatis sine clausula citatio ad videndum se declarari, semper annexenda. R. 70. Cum mandatis sine clausula omnibus citatio ad docendum petenda, alias denegantur processus. 76.

Aliquando etiam mandata sine clausula de relaxando captiuo decreta etiam in casu, vbi subditus à magistratu incarceratus: nobilis tamen narratis qualificatis *auff die vier Fäll* / vt in causa *Georg von Gladebeck contra Heinrich Julium Herzogen zu Braunschweig*, 27. Nouemb. Anno 91.

Ad exceptiones contra mandata sine clausula Procurator arbitrato suo vel tempus postulare, vel per generalia illico concludere seu submittere potest. C. 85.

Si in causis mandatorum sine clausula in primo termino non excipiat, nec de partitione doceatur, sed vltior terminus petatur, tempus eo breuius ad docendum partitionem (pro loci distantia, duorum, aut summum, trium mensium, praesertim si sit periculum in mora) cum euentuali comminatione praefigendum. C. 88.

Ad replicandum breue tempus, nullum vltius in puncto partitionis admittendum. C. 86.

In omnibus casibus *auff die vier Fäll soll Restitutio ohne Engelt* / cum omni



omni causa geschehen/ quod receptum est in odiū capientis Anno 92. 1. S. d. 20.

Mandatum sine clausula decretum, vbi Iudex delegatus recusauit causam suscipere, vt in causa **Kotenburg** contra **Brandenburg**: vbi electus fuit Palatinus P. L. qui cum recusasset, per mandatum fuit adactus. Extant tamen præiudicia, vbi causa tanquam ex capite denegatæ iustitiæ fuit hic recepta.

Super noui operis nunciatione sine clausula tantisper, dum de opere restituendo idonea cautio offeratur, decernenda. 76.

Mandata sine clausula **erkannt** contra illos, qui Iudæos fouebant, & non fuerunt status Imperii, neque privilegiati, in causa **Cassel**/ contra **Creilsheim**/ mandati sine clausula, die **Abshaffung der Juden zu R.** betreffend 10. Ian. An. 80.

Mandata sine clausula **erkannt** contra illos, so etwas contra rem iudicatam **gethan**/ vt in causa **der vier Dörffer in Hatgaw** contra **Hanaw** Ann. 79. & 1. Iulii Anno 88. Item **der Statt Tull** contra **Episcopum zu Tull**/ **Wimpfen** contra **Wimpfen** An. 88. quamuis potius religionis causa.

Mandatum sine clausula de præstando libero aditu ad captiuum, ein freyen **Zugang seines Weibs vnd Gefreundten**/ decretum 27. Aug. An. 86. in causa **Traubot** contra **Anhalt**.

Mandata sine clausula **erkannt**/ wann **Gele** wider die **Münzordnung** erlegt/ & contra tenorem obligationis, in causa **Willer** contra **Churf. Pfalz/ Hecklein** contra **Rheingraffen/ Schönberg** contra **Nassaw**, 7. Mart. An. 81. primi mandati **der Pfändung**/ vbi pecunia confiscata, quia non erat Imperialis. Item in causa **Peter Augspurger** cōtra **Löwenstein** 7. Mart. An. 87. vbi decretum monitorium, pecuniam soluendi in moneta imperiali. Item **Göler** contra **Pftraunheim**/ 28. Aug. An. 87. reiecti Paulini, vt non imperiales. Et **Cran** contra **Cöln** 13. Febru. Anno 83.

Mandata sine clausula, dem **Rechten** seinen **stracken Lauff** zulassen/ & non molestando appellantes ad Curiam **Aquitani**, **Nach** contra **Eunen von Binsfeld** vnd **Wegerlin** 22. Ian. An. 89.

Mandata sine clausula, da **neue vngewöhnliche Zöll** gefordert/ **erkannt**/ in causa **Speyer** contra **Churf. Pfalz/ den Landzoll zu Oppenheim** belangend. Item in causa **Altenhaselten** contra **Isenburg** mandati sine clausula, das **new auffgericht Wege** gelt belangend. 21. Maii Anno 91. vbi paritio iniuncta, decreta 7. Sept. Ann. 89. Item **Ritterschafft/ Prælaten vnd Landständ des Fürstenthumbs P.** contra **Stetin** P. 19. Nou. Anno 91.

Mandata sine clausula **erkannt**/ da **freyer Pass** auff dem **Wasser gesperrt**/ in causa **der Statt Staden** contra **Hamburg** 1. Iulii An. 88.

Mandata sine clausula, da **eins/ der sich selbst enlei**bi/ sein **Güter** **eyngezogen vnd confiscirt**/ vt in causa **Müllerin** contra **Erzbischoff zu Mainz**, 12 Sept. An. 88. paritio iniuncta, exceptionibus non obstantibus, & in causa **Isenburg** contra **Stolberg** mandatum de restituendo in iisdem terminis, cum clausula decretum 26. Iunii Anno 84. & ante multos annos, in causa **Lübeck** contra **Dibenburg** mandatum sine clausula decretum, quia bona naufragio in comitatu capta, quæ supererant, confiscauit omnia Comes. Et in causa **Hamburg** contra **Holstein**/ **Gail. 1. obs. 18. n. 6.**

Item als **Schulenburgs Diener** **ersoffen**/ d; **Pferde** **aufgeschwommen**/ vnd durch **H. J. B.** **eyngezogen**/ ist mandatum sine clausula **erkannt** 18. Sept. Anno 89. vt in causa **E. von Schulenburg** contra **Hersog B.** An. 89. vlt. Febr.

In causa **Teutschmeisters**/ contra **Dettingen**/ als ein **Jung** **ersoffen**/ & Comes das **Pferdt vnd Büchsen** **eyngezogen**/ petitum mandatum de relaxando arresto 30. Maii Anno 89. quod denegatum, quia allegatum, rem esse suam vnd **gebähr ihme**: Domini tamen omnes dicebant, wann er auff die vier **Fäll** würde



würde bitten/wolten sie es erkennen / Gail. Refer. quod & tandem decretum Anno 89.

Mandatum sine clausula decretum, vbi quis ad alienum tribunal fuit euocatus, vt in causa *Weydenkopff* contra *Offenbach & Consorten* Anno 89. in causa *Sülz* contra *Oesterreich* Anno 86.

Nota: Mandatum sine clausula erkant contra *Oesterreich* in causa *E. L. Grauen zu Sülz* contra *Erz. H. J.* vnd das Landgericht zu *N.* Anno 87.

In causa *Weydenkopff* contra *Offenbach* domini mandatum sine clausula auff die vier Fäll decernere noluerunt, eo quod *Offenbach* non esset immediatus.

Mandata sine clausula in genere decernuntur in sequentibus. 1. In notorie prohibitis & illicitis.

2. Si Supplicanti grauamen irreparabile inferatur.

3. Si quid fiat contra vtilitatem publicam.

4. Si periculum sit in mora.

5. Omnibus aliis quoque casibus, quibus de iure communi à præcepto inchoatur. *Ord. p. 2. tit. 23. §. Wann es auch. vers. sollen vnnnd mögen gebetten vnd außgebracht werden. Fallit in Maltschischen* Gail. *de arrest. c. 4. num. 16.* Vide gl. & Dd. in *l. de pupillo §. meminisse. ff. de op. r. nou. nunc. Zas. in l. nec quicquam. ff. de offic. pro. or. sul.*

Mandata sine clausula contra Officiales, qui in causis ciuilibus competentes se pronunciant. Tale mandatum decretum in causa *Kniphausen* wegen der Herrschafft *Bogelsang* / contra *Bockwand & Consorten* / & officialem *Leodiensem*, vbi Officialis L. propter causas ciuiles, & in specie, *Das einer vom Adel einen andern mit einer Spießgerten vber den Kopff geschlagen* / & percussus apud Officialem conquestus esset, se competentem Iudicem pronunciauert, 24. April. Anno 92.

Mandatum sine clausula decretum pro restitutione, seu potius exhibitione filie suæ, vnd *Ledigabtretung vnd Vberantwortung derselben Güter* 3. Decembris Anno 82. in causa *Boschman* contra *Strasburg* / & postmodum 21. Febr. eodem anno paritio iniuncta. *l. 2. cum l. seq. C. de exhib. liber.*

Mandata affirmative concepta, sed habentia prohibitionem implicitam, pari ratione non habent annexam citationem ad videndum se incidisse, sed expectandum, donec contrauentum fuerit, tunc petitur citatio ad videndum se incidisse. Talia mandata sunt pro præstando libero comæatu, cuiusmodi decretum in causa *der Statt Landaw* contra *Churf. Pfalz.*

2. Mandatum de præstando libero aditu vel accessu ad quæmpiam, vt pote captiuum, vel alium, vt factum in causa *Trauboten* contra *Anhalt.* 27. Aug. Anno 86.

3. Talia sunt mandata de arrestando, quando Iudex mandat arrestum alicuius rei, ne sc. debitor creditori soluat.

Sed quicquid sit, ego rem istam altiorem indaginem requirere arbitror, neque puto, citationem illam ad docendum de paritione, aut videndum se incidisse, & mandatis prohibitiuis & negatiuis annexa sine fructu esse. Primum enim ad hoc prodesse potest illa citatio, vt comparere teneatur reus, & sese declarare, num parere velit, nec ne, allegando iustas causas? Secundo, quoniam in negatiuis nulla alia ratione executio fieri potest, quam vt Reus præster cautionem de non amplius molestando, quod videtur rationem habere, ne sc. impetrans quasi in perpetuum sit in illa hæsitatione, ignorans, an Reus ipsum turbaturus sit, nec ne? Et in hanc sententiam itum est: non tamen

decisive



decisive, sed consilii loco, vt per hoc obuietur litibus. Ita in causa quadam **Rackhentin** contra **Pommern** 15. Iulii An. 92. Nam cum d. **Rackhentin** impetrasset mandatum de non impediendo (sine d. clausula, vel annexa citatione ad videndum) postmodum supplicauit, vt d. citatio mandato annecteretur, vbi domini taliter differuere. Et tñ mea hæc posterior fuit sententia.

Mandatum ex nobili officio sine clausula decernere possumus, non obstante ordinatione *die Austräg der Fürsten betreffend*. [Nam conseruandæ pacis publicæ causa hoc fieri potest, ne seditiones oriantur, maxime cum iure communi ad hoc quisque teneatur.

Quamuis regulariter processus, maxime mandata sine clausula (quoad veneficas, **Unholden**) non decernantur: quando tamen petitur mandari, quod aliàs est iuris communis, vt de non torquendo, nisi legitimis indiciis præcedentibus. Item vt detur copia diffamationis & inculpationis reæ, eo casu etiam sine clausula fuit mandatum, vt in causa **Herrn B. vñnd J. W. ihrer beyder Hausfrauen / vñnd ihrer beyder Blutsfreunde /** contra **Graff E. zu Ostfrieslandt** 3. Martii Anno 91. Et in causa **E. von Dappenheim des H. Reichs Erbmarschalck** contra **Brandenburg** 16. Iulii Anno 92. Item 22. Augusti Anno 92. in causa **G. Dider /** contra **H. vñnd P. von Newburg Geuettern /** supplicauit **Dider** pro mandato sine clausula, *diweil die Junckherrn seine Hausfrauen / tanquam veneficii suspectam, eyngezogen / voltern / vñd auff ihre Unschuld / diweil man kein Zug zu ihr / weder ledig lassen / noch auch hinrichten wollen / sondern sie drey ganz ger Jahr in carcere enthalten / welche er propriis sumptibus erhalten müsse / vñd also an Bettelstab gereichen.* Quod cum omni iure prohibitum sit, petit, &c. allegabatur præiudicium in simili casu decretum in causa **G. Moll** contra **Oldenburg**.

An magistratui possit mandari sine clausula, ne subditum suum ciuem expellat, præsertim cum de maleficio non constet? Procurator **K.** in tali casu 16. Iul. An. 91. impetrauit tale mandatum inhibitorium contra **Lübeck /** causa fuit intitulata, **Breuning** contra **Lübeck /** **W.** fuit aduocatus, allegauit in d. supplicatione pro præiudicio, **Stubenrauch** contra **Wimpffen.** Item **Eisenmenger** contra **Wimpffen** vtrumque ineptissime.

Mandatum sine clausula decretum *auff die vier Fäll /* ob denegata victualia **Braunschweig** contra **B.** 19. Octob. An. 90. Nam dux prohibuit fieri transportationem frumentorum per suam prouinciam ab exteris & sibi non subiectis locis: similiter ad implorationem *der Statt Augspurg* contra **H.** in **Beyern /** ob interclusionem victualium, eiusmodi mandatum decretum est. Item ante aliquot annos *der Statt Landaw* contra **Churf. Pfalz** simile mandatum decretum. Et plerunque exceptionibus quibuscunque oppositis iniungitur partitio, nisi forte ea exceptio pro releuanti habenda, *da gesagt /* quod proprii subditi indigerent, replicari potest, primo incolis permittendum *den Vorkauff /* & residua ad vicinos & externos transportanda.

Mandatum sine clausula decretum, cum cognati & vidua secundo nupta, voluit pupillum Comitem educare, præteritis agnatis, nempe **Hanaw** contra **Nassaw** An. 89. sub pœna 12. Marcarum P. A.

Ad edenda acta, vt nihil innouetur, etiam decernuntur mandata sine clausula, sed à cæteris, siue cum clausula, siue sine clausula (quæ ab anno 70. omnia habent annexam citationem ad videndum) differunt, quod in his duobus emanatis & reproductis, etsi non paritum sit, tamen non condemnantur in pœnam euentualiter (quod in reliquis omnibus fieri solet) sed petendi sunt processus arctiores, & citatio ad videndū se incidisse in pœnas simplicium, quam



pœnam pars aduersa euitare potest, parendo arctioribus: memini tamen partem quandam in pœnam simplicis inhibitionis condemnatam, arctioribus non emissis.

Omnia mandata sine clausula debent esse conformia quatuor istis legibus, quarum in Ord. fit mentio, nec aliud vllum est, nisi in causis pignorationum, arresti, & de non offendendo, vnd *wer ein solch mandatum sine clausula erlangen will / der muß expresse narriren /* super quo casu *der vier Fäll* mandatum petatur. Eiusmodi etiam mandata non decernuntur contra personam incertam vel dubiam, licet factum sit qualificatum, vt processus denegati *G. Simons Pfarherrn zu Disbach* contra *J. P. von Berlichingen*.

Mandatum ad emigrandum sine clausula. Ita factum in causa *Fürstberg* contra *Korffen* 87. & antea Anno 56. 12. Maii mandatum sine clausula decretum.

Mandatum sine clausula super operis noui nunciatione. Decretum in causa *Pappenheim* contra *Bamberg* / & in causa *Tham* contra *Würzburg*. Item *Saldern* contra *Braunschweig*: quando tamen alicui propter maleficium esset locus prohibitus, non posset in proximo ædificare, licet in suo, in præiudicium loci propinqui. Ita denegati processus ex hac causa, 17. Maii 91.

Mandatum sine clausula decernitur in debitis liquidis, aut per Guarentigiam, aut confessionem debitoris, aut renunciationem fori.

#### MANDATA PROHIBITORIA ET NEGATIVA.

**H**Æc mandata, vt de non deustando, non habent annexam citationem de partitione, quæ illa negatiua non potest probari, sed alter probare debet, mandato contrauentum esse, vt in causa *Stochhausen* contra *Apt zu Corvey* mandati de non vastando reprod. 12. Septembr. 89. in causa *Baden* contra *Mainz* / de arrestando, seu non alienando (ratione *Stolberg*) annexa citatione, sed per errorem Cancellariæ.

#### MANDATVM SINE CLAUSVLA auff die vier Fäll.

**I**N partitione raro Reus in expensas condemnatur, sed reseruantur plerunque ad causam principalem, quæ plerunque ad Cameram non pertinet propter omissa verba in tali mandato (ohne Entgelt) quæ saltem constitutioni pignorationis inferuntur. Ita factum in causa *Nassaw* contra *Zwenbrück* / *Hans Erensen gefänglichs Eynziehen* betreffend / Anno 91.

#### MANDATVM SINE CLAUSVLA.

**Q**UAMVIS mandatum sine clausula, quoad causam principalem, si partes ad Cameram non spectent, aliàs non pertineat, ita disponente *Ord. tit. 23. §. ult. p. 2.* tamen aliquando in exceptionibus causa principalis disputata & insuper iniuncta litis contestatio, vt An. 68. 17. Sept. An. 67. 29. Ian. Hinc sæpe factum, quod per 5. 6. 7. & plures annos processus durent in mandatis sine clausula, quando sc. partes causam principalem disputant in exceptionibus, conuincendo falsitatem narratorum ex ipso facto & causa principali. Ita factum in causa *Drenburg* contra *Bayern* / *Drittenheim* contra *Brüssel* / *Welmünster* contra *Nassaw* / *W.* vnd *Capitul daselbst* contra *die Statt W.* vbi plures annos processus durauit. Item mandatum in causa *Castel* contra *Crailsheim* / *die Abschaffung*



Schaffung der Juden zu Kottelsee betreffend 10. Ian. Ann. 80. in puncto partitionis usque ad annum 90. duravit.

Die mandata, darinn keine gewisse Zeit præfigirt/ sollen/ wie sie auch billich seyn/ pro annalibus gehalten/ vñnd derenhalben da sie die Procuratores innerhalb Jahrs frist bey der Cansley nicht fertigen vñnd exquiren lassen/ allerdinge gefallen seyn soll. Reichs Abschiedt zu Regenspurg Anno 94. S. Als fernner Zweifel verfallen.

Mandata pœnalia cum clausula contra iudicem negligentem decerni possunt, vt intra tempus iustitiam administret, quo elapso ad pœnam mandato insertam in Camera proceditur. *Gail. 1. obs. 28. n. 3.* Ita mandatum sine clausula de administranda iustitia decretum Margar. D.N. K. Hausfrawen & consorten contra H. administratorem der C. S. 14. Martii Anno 94. Et paritio iniuncta 11. April. Anno 95.

Nota: Cum in causis criminalibus promotoriales in casu protractæ iustitiæ decerni nequeant, quandoquidem Camera de causis criminalibus cognoscere non possit: mandata huiusmodi pœnalia decerni solent, quibus si Iudex non pareat, declaratur in pœnam, simulque arctius mandatum sub pœna Banni decernit. Memini tamen D. P. in virulenta illa lite iniuriarum quam cum Comelino Typographo Heidelbergensi habebat, promotoriales impetrasse, sed ad falsa narrata. Quare etiam postmodum eas Duci C. insinuandas curare ausus non fuit, licet ego & alii ipsi authores eramus, vt mandatum tale impetraret. Verum vt capitis sui homo erat, consilium nostrum sequi noluit.

Filiam renunciantem iuramento bonis paternis & fraternis, seque volentem deinceps immiscere hæreditati, mandato pœnali coercitam in Camera, constat ex præiudicio in causa Holdingshausen contra Holdingshausen 28. Iunii An. 91.

Supplicatio pro mandato sine clausula den Process am Kay. Hoff in præiudicium litis pendentis abzuschaffen/ habetur in causa Mechsetrein cõtra Schwarzenburg.

Mandatum sine clausula decerni posse, seu potius monitoriale *ex authent. hoc amplius. Cod. de fideicom.* Quando scilicet persona cohæres instituta sub conditione & in defectum illius conditionis alius hæres sibi substitutus sit, si conditio ad implendam voluntatem testatoris sit in arbitrio cohæredis instituti, tum institutus, vel substitutus contra talem renunciantem monitoriale petere potest. Ita factum in causa Mechsetrein contra Schwarzenburg/ & eius filiam.

Quando igitur turbatio vergit in præiudicium latæ sententiæ in Camera (prouthic, nam relaxatio impetrata) tum mandatum sine clausula decernitur, etiam de non turbando, & quidem contra magistratum.

Mandatum sine clausula de restituendo & non offendendo, &c. Philips Moren & consortum contra Wilhelmen von Waldenburg & consortes 19. Februarii Anno 92. *erkennt.* Narrant Supplicantes, daß sie etlich viel Centner Kupfer von C. nacher A. geführt/ alda sie sub specie einer Niderländischen Schuld von Reich nicht allein angehalten vber das versprochen Geleide/ sondern auch dasselb hinnen genommen vñnd nach G. geführt/ dasselbig verkaufft/ vñnd sie dazu ransonirt vmb 250. fl. Brabandisch/ 2c. Cum igitur represalia & eiusmodi spolia iuri communi aduersentur, & spectent ad pacem publicam turbandam, & casus auff die vier Fäll directus, mandatum sine clausula decretum vna cum mandato de non offendendo.



Sic mandatum de restituendis bonis allodialibus hæredibus vasalli defuncti, decretum in casu, quo dominus generali præsumptione feudo aperto facto per vltimum vasallum omnia bona arrestauit, vt in causa Brandeck contra Württemberg das Stornock betr. effendi. Vide in verb. feudum.

Item D. Schiefferdecker contra Erfurdt mandati de relaxando captiuo: vbi iniuncta paritio 29. Febr. Anno, &c. 92. Nam Erfurdt non est Imperii ciuitas, sed Moguntini: aliquantulum tamen exempta videtur. Vide Recept. Imperii. Vbi Moguntinus maxime Anno, &c. 66. dicit, Erfurdt esse suam ciuitatem. Mosbach contra Maulbrun. In causa tamen Weydenkopff contra Offenbach Domini mandatum sine clausula auff die vier Fäll decernere noluerunt, eo quod Offenbach non esset immediatus. Vide Rhapsod. B. fol. 270. sed puto perperam. Imo decretum fuit.

Mandata sine clausula prohibitiua: aliàs inhibitoria. Quemadmodum mandata sine clausula affirmatiua siue compulsoria, continent & mandant, aliquid fieri: ita hæc continent & mandant non fieri. Talia sunt omnia mandata prohibitiua, vt sunt inhibitoria de non offendendo, de non turbando, non molestando, non vastando.

Et nota, quod tamen si regulariter omnia mandata sine clausula habeant citationem annexam ad videndum se incidisse, tamen hoc fallit in eiusmodi mandatis prohibitiuis: quia quamdiu contrauentum non est mandato, tam diu non potest agi ad pœnam: imo pars, cui mandatur, non est apud acta, nec tenetur docere de paritione, sed saltem si contraueniatur, tum demum impetratur citatio ad videndum se incidisse. Ita factum in causa Oldenburg contra Ostfrieslandt. 20. Iulii. Anno 94. Sic tale mandatum sine clausula de non turbando decretum in causa Schreiber contra Osnabruck. 13. Februarii Anno 91. Morsch contra Trier mandatum de non turbando decretum. 10. Februarii Anno 92.

Talia mandata sunt de arrestando, quando Iudex mandat arrestum alicuius rei, ne sc. debitor creditori soluat: cuiusmodi in mandatis de soluendo multa inuenies, (quæ contra Mainz decreta sunt) Eiusmodi mandata omnia sunt inhibitoria, & sic prohibitiua, licet affirmatiue concepta sint.

Mandatum executoriale sine clausula in debitis, vbi Reus renunciauit foro, & elegit Cameram in executione, vt in causa Bitter contra Baumgarten & in causa Bellinghausen Frau Wittib von Jmen contra Newnar den 12. Dec. Anno 65. Echter contra Sarbach.

Mandatum si petitum sit sine clausula, an cum clausula decernendum? Respond. quod sic. Ita factum in causa Limburg contra Würzburg 88. Et in causa Dittenburg contra Bayern 31. Aug. 88.

Mandata sine clausula de restituendo decreta, wann alte Zöll erhöcht / oder neue angerichtet sine consensu Imperatoris vmb Abschaffung derselben / vna cum mandato de restituendo den angenommenen Zöll sine clausula. Ita factum in causa des Aufschuß der freyen Reichstätt contra Cöln Erzbischoffen 5. Oct. Anno 81. Item Cöln contra Gütlich 5. Octob. Anno 88.

Et statutum im Reichs Abscheidt zu Regenspurg Anno 94. S. Demnach aber / vbi ita disponitur, Demnach aber vermöge des in Anno 70. zu Speyer verfasten Reichs Abscheids alle Mandata, so auch ohne Clausul erkennt werden / cum annexa citatione ad docendum aufgef. en sollen / lassen wir es auch nachmahls bey derselbigen allgemeinen Reichs saking als wol bedacht beruhen / vnnnd wollen daß derselben durchaus nachgangen / vnnnd dergleichen Mandata ohne Eynuerleibung solcher Clausul der Citation ad docendum, &c. mit aufgefertigt werden sollen. Sic



Sic in causa **Wolffart** contra **Brandt** & consortes mandati de non impediendo, 15. Ian. An. 92. Vide inf. in verb. *Nunciat. nou. op.*

Sic mandatum de non impediendo decretum in causa **J. Rockenthin** contra **Kolshagen in P. Erbsässen** / contra **Herrn B. H. P.** 20. Iunii Anno 92. Postea 14. Iulii supplicauit pro annectenda citatione ad videndum se incidisse dicto mandato.

Sic sæpius mandata de non grauando, molestando, vel turbando contra latam sententiam in Camera decreta fuere, & adhuc quotidie decernuntur.

MANDATA DE NON ALIENANDO.

**M**ANDATVM de non alienandis bonis paternis, vigore testamenti decretum in causa **Freyberg** contra **Württemberg** / Anno 90. Item de non alienandis bonis litigiosis, vt in causa **Buseck** contra **Mülching** 29. Maii Anno 70.

Pro mandato de non alienando *auff die vier Fäll* / supplicatum à **Pfalzgraff J. C. & Consorten** contra **Pfalzgraff Georg Hansen**. Vid. supr. *Alienatio.*

MANDATA PRO ARRESTO RELAXANDO.

**A**N arrestum à suo magistratu subdito factum, ad instantiam tertii, proprie arrestum sit? Et an sub ista constitutione comprehendatur? Negatiua pluribus argumentis comprobatur. Extat præiudicium in causa **Frankfurt** contra **Hanaw** 16. Sept. An. 87.

Quando Iudex tantum præsumere potest, magistratum arrestasse iusta de causa, processus tali casu denegantur.

Opinio eorum, qui distinguunt, an res sit nocens vel innocens, vt posteriori casu processus decernantur, priori non attenditur. d. 2. S. p. 4.

Conclusio 1. de arrestis. Rem tertiam innocentem, neque in personis, neque in rebus ita præcise considerandam in hac constitutione, sicut in pignorationibus, quamuis etiam res tertix arrestari possint.

Conclusio 2. Non requiri documentum oblatæ cautionis in decernendis processibus sed sufficere, id factum esse narrari in supplicatione. *Da aber die Citatio zweyffelich / soll man decreto annectiren / doch auff vorgehende gnugsame oder würckliche Caution.*

Conclusio 3. Illam conclusionem esse retrotrahendam ad illa arresta, quæ facta ante publicationem constitutionis, si illa arresta habeant grauamen continuum, & antea processus super iis non sunt decreti.

Conclusio 4. Expensas, damna, deteriorationes & interesse venire in hanc constitutionem indifferenter, tam ante, quam post emanatum mandatum factas: quamuis quidam contra sentiant, quod expensæ veniant à tempore præstitæ cautionis, & interesse ex re ipsa proueniens tantum in consideratione necesse est.

Mandatum de arresto non relaxando decernitur inter partes, quæ habent *die Auftråg* propter Ordinationem Cameræ. Deinde quia nunquam potest talibus mandari, quoties factum requirit causæ cognitionem. Ita denegati processus **Abbati zu Corvey** / Anno 64. & **Walborn** contra **Mains Electorem** 29. Nou. An. 69.



Processus in puncto mandati de relaxando arresto. Hic citans reproducit mandatum de relaxando arresto. Citatus exhibet *Brsachen/ Citans Ablei- nung vnd* responsiones, cum annexis elisiuis. Citatus acceptationes & excep- tionēs. Citans concludit. Item Citatus. Iudex imponit respondenti, vt vlt- erius respondeat. Citans exhibet vltiores responsiones. Nota, quod facta pa- ritione in hac causa Citatus etiam tenetur suos articulos causales, *warumb die Arrest geschehen/* exhibere. Nota in extraordinariis decem, in ordinariis 20. dies computantur.

Si status Imperii in arrestatum, nec ratione contractus, nec ratione rei ar- restatæ, iurisdictionem habeat, sed tantum transeundo reperiatur in territo- rio arrestantis, & ad instantiam tertii manus in illum iniiciat, an eo casu man- datum sine clausula de arrestis decernendum? Respond. quod non. 1. S. D. 13. R. 67.

An impetrans ratione rei arrestatæ, vel personæ suæ, immediatus esse de- beat, ad obtinendos processus? Hic casus ad status Imperii delatus An. 90. D. A. 92. S. 1. D. 14. An cautio sub hypotheca omnium bonorum sit sufficiens in hac constitutione? Resp. relinquendum arbitrio Iudicis An. 92. 1. S. d. 15.

Si subditus alicuius status in territorio alterius status bona immobilia pos- sideat, vt illic est, & loco domicilii aliquas res transferat, quas præsentæ col- lectæ, mulctæ aut vectigalis nomine, respicientes territorium arrestantis, is in eius territorium inuecta arrestet, an magistratui domicilii, ratione subditi mandatum de relaxando arresto decernendum? deliberandum Anno 92. 1. S. d. 16.

Si in primo termino paritio non doceatur, comminatio euentualis an- nectenda decreto, ac breuis terminus præfigendus. D. S. f. 4. n. 3.

Disputationes de causa principali amputandæ, exceptiones aliæ in pri- mo termino producta ad Referendum danda. D. S. P. 4. n. 4.

Rei arrestatæ periculum ad arrestantem pertinet, & res cum omni causâ restituenda. D. S. p. 4.

Contra magistratum ex officio vel quietis causa facinorosos comprehen- dentem, & subditis rebellibus, mandata de relaxando super hac constitutio- ne decerni non debent, R. 77. §. Nach dem auch/ 2c.

Arresta parte petente à magistratu decreta mandato sine clausula non fa- ciunt locum. C. 90.

Quamuis mandatum super constitutione arresti tantum inter partes im- mediate Imperio subiectas decerni possit: tamen aliquando, ratione causæ continentis, quod arrestans plures habuit Iudices, processus decreti, vt in causa *Gottfried Vogelheim* contra *Windelsheim* 1. Octob. An. 88.

Aliquando etiam mandatum sine clausula de arrestando fuit decretum in causa *Baden* contra *Mains/ wegen etlich Gelds/ so sie den Graffen zu Stolberg zu erlegen schuldig gewesen* 30. Maii An. 89. Et An. 1517. 26. Octob. iniunctum, daß *vidua N. nit veräußern soll* in fraudem creditorum, eiusque nomine cauere de- beat, & nisi id fiat, daß *den Jüden in Mandaten die angezogene Güter pro modo debiti zu arrestiren hiemit erkannt seyn soll.*

Sic mandatum sine clausula decretum in causa *Fleckenstein* contra *Churf. zu Mains/ von wegen Stolberg/ daß J. Churf. Gn. von der Summa/ so sie den Graf- fen ratione Königstein schuldig/ so viel innbehalten sollen/ als ferne sich die Fleckens- steinische Schuld oder Anforderung erstrecken möchte/ den 5. Ian. An. 92.*

Mandatum de relaxando arresto etiam decretum, vbi arrestum factum *nicht auff des Reichs Boden/ in causa Hamburg* contra Regem *Daniæ*, qui ar- restauit



restauit naues in Noruegia. Cogita, an non simili modo requisitoriales contra eum, qui nuper immediatus, & in Camera sententia definitiua condemnatus, ad euitandam executionem in Hollandiam concessit, decerni possint. D.H.

Quando iurisdictio Camere aliàs fundata, tunc etiam mandata cum clausula decernuntur, si sc. impetrans sit mediatus. Ita factum, vel ratione causæ continentia.

Si arresta fiunt ad instantiam tertii, an mandaretur sine clausula? Respondetur quod sic. Ita paritio iniuncta in causa *Hagen* contra *Fleckenstein* 2. Decembr. Anno 89. quamuis magis id factum propter ea *des von Fleckenstein Erzbieten* / vbi obtulit, se velle parere ad oblatam cautionem. Et in causa *Trier* contra *Nassau*.

In causa *Obernehenheim* contra *Capitul Hohenstiftis Strassburg* / cum peteretur mandatum sine clausula pro relaxando arresto, denegati sunt processus: quia falso narrabatur, Capitulum Argentoratense esse immediate sub Imperio. 4. Aug. An. 87.

Quamuis etiam mandata decernantur de relaxando arresto mediatis, quando sc. impetrans est mediatus, sed tantum cum clausula, vt aliàs, quando fundata est iurisdictio. Ita mandatum cum clausula decretum in causa *Dosten* contra *Ostfrielandt* 20. Ian. An. 88. ex iure communi.

Quæri solet, an processus decernendi, cum arrestum factum per ordinarium magistratum ad instantiam tertii? Ego sane puto, quamuis alii contra sentiant, indistincte eo casu processus decernendos, si ille Iudex sine præcedenti causæ cognitione ad instantiam partis arrestauit. Sin autem cognitione summaria adhibita processit, maxime contra iudicem. Contra partem tamen etiam eo casu decerni posse arbitror, cum ei, si idonee caueatur, nihil obsit. Sic processus decreti ad instantiam tertii, vbi arrestatio facta est in causa *Lambin* contra *Württemberg* / vbi etiam paritio iniuncta. Sic mandatum decretum in causa *Rudin* contra *A. C. von Rosenberg* 23. Iunii An. 92. In causa tamen *Pfalsgraff G. H.* contra *Herzogen J. E.* qui fecit arrestari sua bona *Frankofurti*, id fuit denegatum, sed meo iudicio perperam.

Mandatum de relaxando arresto etiam decernitur arrestato homine, vel captiuo. Ita mandatum decretum super arresti relaxatione in causa *Schönstatt* contra *Würzburg* 11. Octobris Anno 88. Et in causa *Weingarten* contra *Pfalsgraff E. J.* 19. Maii Anno 90. vbi *Weingarten* ist auff das Schloß zu Heidelberg / Schönstatt aber zu Würzburg verstrickt gewesen. Item *Württemberg* contra *Marggraff E. zu Baden* / den verstrickten Schultheissen betreffend.

In mandatis cum clausula de relaxando arresto, vt in causa *Stralsunde* contra *Pommern* An. 70. Item in *Sachen der Statt Münden* contra *den Bischoffen zu Münden* Anno 94.

In causa *Berlichingen* contra *Berlichingen* mandatum de relaxando arresto fuit cassatum 15. Iunii An. 92.

Pone, statutum est in loco, vt *Coloniae*, quod extraneus ibi repertus, cum quo ciuis litem habet, possit eum facere arrestari, & realiter incarcerari, donec fideiussoriam cautionem præstet per ciues Colon. & nullos alios: Queritur, si hypothecariam aut iuratoriã offerat, & magistratus eum dimittere nolit, an processus hic in Camera impetrari possint? Resp. quod sic. Ita factum in causa



causa *Pill* contra *Cölm* vbi iniuncta paritio 1. Martii Anno 92. & postea reiterata 11. Iunii Anno 92. & rursus iniuncta. Vide *Marfil in tractat. de fideiuss.* qui est inter tractatus assecurationum Coloniae num. 166.

Quid si statutum sit, imo priuilegium, vt *Francofurti*, quod quilibet ibi repertus arrestari ratione debiti possit, & quod causa principalis ibi ventilari debeat, an scilicet iuste vel iniuste arrestatio facta, & an solutionem facere debeat arrestatus, eo sane casu processus super arrestis contra ciuitatem, vtpote priuilegiatam, nunquam fuerunt decreti, sed tantum contra eum, qui fecit arrestari, vt is faciat relaxari arrestum.

Expensæ & impensæ in arrestatum factæ an & quando debeantur, in causa *Württemberg* contra *Baden* / den verstrickten Schultheissen zu *Niebeln* / ist ex parte Marchionis eyngewannt worden / per obseruationem expressam *Gailii*, quod impensæ ante oblatam cautionem factæ in arrestatum non debeantur. Cum itaque ante mandatum decretum de relaxando arresto d. *Schultheissen* relaxirt. Ergo, &c. Sed non obstante eo illi fuit iniunctum, die *Expensen* deswegen außzurichten / vngeacht er auff die Reuision gedræuet. Et hoc propter commune conclusum in collegio. Notandum, quod *Marchio* d. *Schultheissen* 400. fl. abgenommen / welche ihm wider zu erlegen in paritione mit den *Expensen* auffgelegt. Sed forte ideo factum, quia vltima mora non nocet, diueil er nur allein den *Schultheissen* relaxirt / aber nicht ohne *Engelt* / sondern auch gestrafft. Illud habetur pro vltima mora.

Mandatum de relaxando arresto non decernitur, quando nuda facta est promissio cautionis, neque non realiter vel præstita vel oblata, aut in *Camera*, aut in loco arresti, vt in causa *Johann Bischoffen* zu *Strasburg* / contra die *Stadt Strasburg* / die Verstrickung des *Thumprobsts* betreffend / 16. April. Anno 88. dicit enim ibi, daß er vrbietig gebürende *Caution* zu thun: tamen nihil realiter præstitit.

Neque etiam generalis cautio sufficit, scilicet omnium bonorum, sed specialis requiritur, per pignora vel fideiussores, vt in causa *J. Erbschenckens* zu *Limpurg* contra die verordnete *Kaysrl. Commissarien* zu *Fulda* / 10. Octobr. Ann. 87.

Exceptiones in puncto arresti relaxandi contra paritionem sunt. 1. Exceptio maleficii contra mandatum obtenditur, sicut & in aliis. Fallit, si talis sit causa, vt ad præstitam cautionem relaxari debeat. 2. Exceptio cautionem sufficientem non esse præstitam. 3. Reum nihil arrestasse vel curasse arrestari, & sic iussu eius non factum. 4. Factum non super arrestum, sed aliam turbationem, vt si dicat, rem suam esse. 5. Exceptio competentia hæc est, alteram partem non subesse immediate Imperio. 6. Bona subditorum non esse in territorio Supplicantis, sed in alio, vbi ille nihil iuris habeat, sed dominus territorii, qui forte in quasi possessione collectandi est. 7. Rem esse litigiosam vel affectam. Ita vnus ex *Dominis Assessoribus* voluit. 8. Arrestum esse iudiciali auctoritate per sententiam Iudicis & executoriales obtentum. 9. Ad instantiam tertii arrestum factum.

Mandata super constitutione arresti tunc demum locum habent, cum partes immediate sub Imperio sunt, & impetrans cautionem iudicio fisti & iudicatum solui re ipsa obtulerit, quæ cautio requiritur ratione principalis causæ für den *Austrägen* post instituendæ, vt diiudicata vi huius cautionis executioni mandari possint.

Constitutio arrestorum An. 70. *Spiræ* erecta. Arrestum in latissima significatione comprehendit omnia impedimenta, quibus & mera spolia & detent-



tentiones, & omnes fere turbationes continentur, quæ prima est opinio R. D.

Altera est eorum, qui putant *arrestis* significationem neque extendendam neque restringendam, sed id iudicis arbitrio relinquendum.

Tertia eorum, qui putant, *Arrestis*, verbum in propria significatione sumptum saltem in hac constitutione comprehendi, vbi impedimenta omnia non comprehenduntur, & expresse excludunt omnes turbationes, illiquidas pignorationes, compensationes, retentiones, occupationes, inuasiones & spolia, maxime si illa ad vtilitatem arrestantis fiant & cedant, quo casu mandata super constitutione arrestorum non decernenda.

Arrestum nihil aliud esse quam detentionem vel impedimentum à iudice factum vel magistratu ad tempus tantum, donec hoc vel illud fiat: secus si fiat gratia illius rei retinendæ, vund als ihr eigene oder zum wenigsten affectirte oder obligirte Güter inn vund vorzuhalten / zu nutzen vund zu genesen.

Quando Iudex tantum præsumere pot est magistratum arrestasse iusta de causa, processus denegantur.

MANDATA AVOCATORIA.

**M**ANDATVM auocatorium decretum in causa *Bälch* contra *Herkog Casimiri*. Item *der Cölnischen Regierung* contra *Churf. Gebhardten*.

Quando decernuntur mandata de non auocandis causis? tunc se. quando in specie indicatur, in quibus causis seu punctis lis in Camera pendeat, decernuntur, aliàs denegantur processus. Ita factum in causa *Heinrich von Fleckenstein* contra *Cöln*.

Mandatum sine clausula bene decerni potest, quando quis per arrestationes ad alienum vocaretur tribunal, in præiudicium fori sui, maxime autem in præiudicium supremæ iurisdictionis. Ita in causa *Weydenkopff* contra *Offenbach* 13. Iun. Anno 89.

Item, decretum mandatum auocatorium in causa *Marggraff zu Baden* contra *Herrn Johann Casimiri Pfalzgraff* 18. Maii Anno 88. his verbis: *Ist das gebettene mandatum auocatorium, siue die vbrige Proceß cum clausula erkannt / quâuis supplicans non peteret citationem auff den Landfrieden: tamen fuit iniunctum Protonotario, vt eam præfigeret mandatis de restituendo. Hæc enim cum sint accessoria, sine principali non possunt consistere: siquidem aliàs Camera iurisdictionis non esset fundata. Vide Gail. lib. 1. de pace publica. c. 4. n. 1. & c. 5. n. 17. & 18. adde Mem. vi. de An. 79. §. ferners.*

Mandatum de auocando milite ex locis sibi non subditis sub pœna pecuniaria decretum in causa *Abessin zu Essen* contra *den Herkogen zu Bälch & Conforten* 7. Sept. An. 87.

Tale etiam decretum in causa *der Münsterischen Regierung* contra *Herkog von Sachsen Laubenburg / vnd sein vnderhabend Kriegsvolet / & quidem per edictum anzuschlagen* 18. Sept. An. 91.

Mandatum sine clausula de auocanda causa ante multos annos decreta ab Imperatore *von Hoff auß / in causa Cöln* contra *Harff / Erolschlagen* contra *Officalem zu Münster* mandatum inhibitorium, *Rauenspurg* contra *Officalem zu Cölnis* 4. Martii An. 89. *Bentheim* contra *Ludolff Nagel Thumbherrn zu Münster* / Anno 84. *Inen* contra *Conrad Drien / Dechant zu Cöln* 3. Februa-

Cc

Februa-



Febr. An. 88. *Schreiber* contra *Dfnabruck* 13. Febr. Ann. 91. Item von *Hoff auf*/  
*Teutschmeister* contra *Knipping*/qui *Knipping* fuit *Commenthur*, & *mediatus*.

Mandatum auocatorium contra duces belli illiciti, & tumultuarios milites decernitur, vel petente altera parte, cui offensio imminet, vel ex officio, nulla parte petente, idq; sine clausula, sub pena banni, & amissione omnium beneficiorum & priuilegiorum, & non solum duci, sed etiam ipsis tumultuariis militibus, ne mercede militent serio præcipitur. *Gail. 1. obs. 1.*

Mandatum auocatorium *Bäpstliche Proceß abzuschaffen*/vide supra in verb. *Iudex*.

Solent & mandata sine clausula decerni de non auocandis causis ad *Cameram* ad aliud tribunal in præiudicium litis pendentis.

#### MANDATA PRO CAPTIVIS RELAXANDIS.

**CAPTIVVS** relaxandus, vigore mandati ex *tit. 23 p. 2. Ord. emanati*, non tenetur repromittere capienti de se iterum sistendo, casu, quo ipse capiens aliquando in causa principali vincat: quia textus hoc non dicit. *C. 90.* Ita conclusum An. 92. 1. S. D. 19. & facienda relaxatio *ohn Entgelt* & cum omni causa (quod in omnibus casibus *auff die vier Fäll* intelligendum) in odium scil. capientis An. 92. 1. S. d. 20.

In mandato de relaxando captiuo cum clausula, iniungitur paritio reo, sicut in mandatis sine clausula, idque propter fauorem incarcerationum. *Gail. 1. obs. 76. n. 5. & obs. 78.* Et sic lis non contestatur, nec legitimus processus requiritur. Ita factum in causa *Heicher* contra *Comitissam Frisiæ* 15. Nouemb. An. 68. *Fischer* contra *Gemmingen* 15. Febr. Anno 63. *Klingenberg* contra *Consules* 30 *Hamburg*. 18. Aug. An. 63.

Nota: In causa *Nixingen* contra *Lothringen* 12. Ian. Anno 80. *ist* in causa mandati de relaxando captiuo, & non amplius offendendo, iniuncta paritio sub euentuali. Qua ratione illi processus *nicht* decreti, non video.

Aliquando etiam mandatum de relaxando quasi captiuo decretum, *die weil ihm ein Brphed abgedrungen*/cum clausula, vt in causa *N. contra N.*

Relaxatio fit plerunque *auff ein gewöhnliche Brphed*.

Fit etiam *auff ein alte Brphed* / vt in causa *Stumpff* contra *Sienger* den 21. Octob. Anno 87.

*Auff ein alte gewöhnliche Brphed vnnnd widerstellen* / vt in causa *Hessen* contra *Braunschweig* 9. Dec. Anno 94.

Tale mandatum cum clausula impetratum in causa *Schönborn* contra *A. Graffen zu Nassau* 7. Apr. An. 92. Quia ad iniunctam partitionem in termino non paruit: postmodum quidem paruit coram Notario, sed statim in partitione facta denuo incarcerationuit captiuum. Ideo demini censuerunt, Comitem in pœnam declarandum esse, quia in fraudem constitutionis & mandati id fecit. Alias non facile subditis contra magistratum suum mandata sine clausula decernuntur, sed plerunque cum clausula, fundata sc. iurisdictione, vel ex continentia, vel quia priuatus contra Comitem vel nobilem agit. Sic cum 9. Dec. An. 90. *B. Keller* supplicaret pro suo fratre à Comite à *Zimmern* & *Petro* à *Mörzburg* incarcerationato, pro mandato sine vel cum clausula, de relaxando captiuo, *ist* d. mandatum cum clausula decretum worden. Sic etiam *der Gemein zu Weilmünster* contra *A. Graffen zu Nassau* / mandatum de relaxandis captiuis cum clausula decretum.

Mandatum de relaxando captiuo cum clausula ab alio sine clausula in effectu nihil differt, & in vtroque summarie in puncto partitionis, prout in aliis mandatis sine clausula, proceditur. Si tamen eiusmodi mandatum contra  
princi-



Principem vel alium, qui *Austräg* habet, petatur, semper decernendum est tale mandatum sine clausula: alioqui si cum clausula, vt quandoque erronee fit, decernatur, potest citatus declinare forum, & obicere priuilegium primę instantiæ.

In mandatis de relaxando captiuo solet partitionis terminus breuior præfigi, & longior ad docendum de partitione, propter periculum captiuorum. Ita factum in causa d. *Schiefferdecker* contra *Erfurt* 20. Febr. An. 92. vbi præfixi 14. dies ad relaxandum, & præfixus vnus mensis ad docendum de partitione. Ita in causa *Will* contra *Cöln* 28. Febr. An. 92. vbi 14. dies præfixi ad parandum, & sex septimanæ ad docendum de partitione.

Supplicatur pro mitigando carcere, si exceptiones altiore indagine requirentes opponantur, super quibus audiendus Reus, & iniungenda *Spezialhandlung* quando carcer est squalidus, & metus, ne captiuus agrotare incipiat in carcere. Et ita mandatum de super decretum in causa E. contra L. 16. Octob. An. 92. in causa nullitatis, vbi Aduocatus videtur male egisse, quia via nullitatis egit: nam per hæc paritio impeditur, donec nullitas doceatur.

Sumptus, quos captiuus fecit, eos captiuus ei restituere debet, aliàs non videtur mandato de relaxando captiuo aut restituendo satisfacisse, & ita ante multos annos iudicatum in Camera, & hos sumptus exoluere debet, donec super captura, an æqua vel iniqua sit, decidatur.

Cautio de iudicio fisti & iudicatum solui, maxime iudicio fisti, præstanda est ab incarcerato: Quæritur etiam, an ea per pignora & fideiussores facienda: In causa *Will* contra *Cöln* admissus fuit ad iuratoriã cautionem. Item in causa *Sülzer* contra *Augsburg* 24. Sept. Ann. 92. iniuncta cautio iuratoriã, & de super paritio iniuncta, Et præstita cautio hic in Camera.

Facta partitione Actor tenetur producere libellum suum articulatam. Nota, sic posse in contumaciam procedi, si producto instrumento executionis in primo termino citatus non comparet, Actoris Procurator petit proclama contra Reum, quo decreto, potest etiam post sex dies petere, litem vigore nouæ constitutionis pro contestata in contumaciam acceptari, & donec non comparuerit, in causa contra illum, tanquam contumacem, procedi.

Mandatum de relaxando captiuo *auff die vier Fäll* sine clausula etiam decretum, vbi quis subditos tertii & innocentis incarcerauit iure belli, als da der *von Frans in der Graffschafft Püsch etliche Bawren dem Marggraffen zu Baden hinweg geföhrt gen Metz/ vnd daselbst incarcerirt/ bis sie sich mit Ranson loß gemacht.* Ita processus decreti in causa E. J. Marggraffen zu Baden / als Vormünder *Herrn J. hinderlassen jungen Herrschafft* contra A. von Frans den 25. April 91.

Vide supra in verbo mandata cum clausula, vt in causa *Schiefferdecker* contra *Erfurt*. Erras: nam fuit saltem incola. Multis præterea ab imperatoria Maiestate & defuncta & superstite gaudens priuilegiis. Subditus contra Magistratum tale mandatum sine clausula impetrauit, & iniuncta paritio intra 14. dies, vt doceat de illa intra mensem. 29. Feb. An. 92.

In hac causa illud notandum est, quod cum Procurator ciuitatis E. non in primo termino, sed paucos dies post produceret exceptiones sub- & obreptionis, illæ als zu spät vorbracht reiectæ fuerint cum iniunctione partitionis: licet in aliis causis diuersa extent præiudicia, vbi non tam rigide processum est. Sed puto fauorem incarceratorum hoc in casu maxime consideratum.

Item in causa *Will* contra *Cöln* / vbi paritio iniuncta intra 14. dies: vt tamen doceat de partitione post mensem i. Martii Anno 92. Vide in verb. *Arrestum*.



Tandem cum de atrocitate carceris conquesti essent, ocularis inspectio carceris decreta fuit. Sic etiam in causa *Trambot* contra *Anhalt*. Item in causa *Ehdorff* contra *Lübeck*/2c.

Et mandatum de relaxanda vxore & liberis decretum, vt in causa *Jörg Söhlins* contra *Nürnberg* 12. Feb. An. 92. Vide supra in verb. *Mandatum*.

An mandatum de relaxando captiuo impetrare possit is, qui iurauit se neque de facto, neque de iure vindicare, si postea incarceretur, vide in verb. *Relaxatio iuramenti*.

An mandatum de relaxando captiuo decerni possit ei, & paritio iniungi, qui est excommunicatus: Vide in verb. *Bannum*. Et votum in causa *Heller* contra *Augsburg* 29. Feb. An. 92.

Nota: Wann man will mandatum de relaxando captiuo sine clausula extrahiren/ muß man nicht setzen / vnterthänig bittend/ mandatum & citationem vermög der Reichs Ordnung in communi & consueta forma zu erkennen: Nam hoc casu solent cum clausula plerunque decerni, vt in causa *A. Graffen zu Nassau* contra *Landgraff E. zu Hessen/ vnd Graff E. zu Solms* Anno 80. 29. Maii. Ref. D. B. consent. D. P. & R.

Mandatum de sistendis exhibendisque captiuis sine clausula erkannt. Ita in causa *J. Besten Fiscals* contra *die Statt Speyer* 4. Octob. Anno 85.

Nota: Eiusmodi mandata vel principaliter impetrantur, vel accessorie. Si principaliter, tum vt plurimum cum clausula: interdum etiam sine clausula, eo nimirum casu, cum primum mandatum cum clausula est reproductum: relaxatio tamen non secuta, cautio vero oblata, carceres duri, periculum valetudinis & vitæ. Accessorie, cum mandatis pignorationis adiungitur, ibi sine clausula solet emanare.

Si carcer sit durus & atrox, expeditissima via est, vt petatur *Commissarius*, qui eum inspiciat, & ad Iudicem de atrocitate referat. Impetratur etiam mandatum eiusmodi de mitigando carcere. *Gail. 1. obs. 28.*

### MANDATA DE CASSANDO.

**S**VPLICATUR interdum in Camera pro citatione ad videndum cassari mandata ab Imperatore pendente lite in Camera impetrata, vt factum in causa *Fürstenberg* contra *Hohenzollern* 21. Octob. Anno 70.

### MANDATA DE DEMOLIENDO.

**D**eutschmeister contra *Eichstatt* vnd *Weissenburg am Nordgau* contra *Marggraffen G. F. zu Brandenburg den Baw zu Wilsperg* belangend/ erkannt 26. Octobris Anno 88. Lt. *Reichart* contra *Statt Speyer/ den neuen Schießreim* belangend/ 5. Maii Anno 90. *D. L. Wolff* eandem ob causam 7. Maii Anno 70.

Item mandatum tale decretum in causa *E. B. zu Bamberg* vnd *J. Fürstl. Gn. Vnterthanen zu Berbersdorff* / contra *Eckinger von Bappenheim* / das erbawte Mülwerck auff *Schnosbacher vnd Berbersdorffer Marckung* belangend/ Anno 88.

Mandata sine clausula decernuntur contra eum, qui spreta nuntiatione ædificat, si non caueat: cautione autem præstita si vltterius eum turbet denun-



denunciatis, nec eum pati velit, ut ædificet, tunc æque mandata inhibitoria eo casu decernuntur, etiam subdito contra magistratum. Ita factum in causa **Altenstettin** contra **Pommern**/ vbi mandatum inhibitorium contra Ducem P. decretum, ne sc. illos post præstitam cautionem amplius molester. Anno 92. & talia mandata pertinent ad summariissimum processum.

Mandatum de non impediendo in structura vñnd **Baw** auff geleistete **Caution** de demoliendo & iudicatum soluendo, decretum in causa **Erharts Wolffens** contra **Brandenburg** & **Conforten** 5. Ianuarii Anno 92. Narrabatur cuique in suo ædificare licere, seque emille ein **Kellergut** vñnd **Haus** in **Lehengüttingen**/ illamque domum extruxisse also daß es ganz außgebaut et/vñnd schön mit Ziegeln gedeckert gewesen. Eo non attento, hab Comes ihn deswegen angefallen/ vñnd vier Wochen zu **W. S** verstricken lassen. Item **Marchio** per suos **Officiales** habe die **Meuzer** gezwungen/ alle **Ziegel** wider ab dem **Tach** zuthun/ vñnd über einen **Tag** den **Dolker**/ so auß dem **Keller** gehet/ hart am **Haus** auffzuschlagen. Item **Comes** hab alle **Latten** her ab reissen lassen/ also daß der **Baw** vom **Wetter** grossen **Schaden** genommen/ se obtulisse cautionem, aber nichts verfangen mögen/ sondern sey ihme geantwortet/ es were kein nouum opus nuncirt worden/ derwegen solche cautio nicht statt/ könten auch solche nicht annehmen/ vermög insinuirten vñnd exquirten instrumenti cautionis.

Diemeil denn **Supplicans** täglich mehr **Vergwaltigens** sich zu befahren/ auch des **Bawens** halber periculum in mora, auch niemand von seinem **Baw**/ præstita cautione de demoliendo, abzuhalten. Quare petit illis mandari, daß sie ihn auff vorgehende **Caution**/ iudicatum solui, & de demoliendo nicht weiter urbiren/ oder an dem **Baw** verhindern/ sub pœna, & sine clausula.

Mandata, &c. de demoliendo sine clausula decreta in causa **Barenheim** contra **Bamberg**. Item **Saldern** contra **B. S.**

Cautio per **Notarium** præstita sub hypothecatione omnium bonorum de demoliendo & iudicatum soluendo.

Protocollum iudiciale in hac causa. Vñdecimo **Apr.** **An.** 92. **D. V.** produxit mandatum cum executione, & instrumento oblatae cautionis, wil erscheinen vñnd partitionem vernemen.

**D. G.** dat gewalt pro reis exceptiones nullitatis. **D. K.** comparet pro Comitē, & dat exceptiones.

5. **Maii** **D. V.** sagt wider exceptiones generalia, repetit narrata mandati, hat declarationem pœnæ & arctius mandatum. **D. G.** & **K.** repetunt exceptiones.

Quando tamen alicui propter maleficium esset locus quidam prohibitus, nõ posset in proximo edificare, licet in suo, in præiudicium loci propinqui. Ideo denegati processus ex hac causa 17. **Maii** Anno 91. in causa **Saldern** contra **Braunschweig**.

5. **Iulii** Anno 89. pro mandato de demoliendo & inhibitione sine clausula, cum annexa citatione **Herrn B.** vñnd **Rhat** der **Statt** **Salkfotten**/ contra **Herrn D.** **Bischoff** zu **Paderborn**/ vbi narrabatur, daß der **Bischoff** contra **Edictum** prætorium, ne quid in flumine publ. &c. contra epngelegte priuilegia von Anno 1298. bis auff den jetzigen attentirten **Bischoff**/ darzu die **Statt** per viam contractus priuilegirt/ daß sie ihres **Salzwereks** halben in keinerley weis sollen beschwert werden. Item, daß vñter den **Priuilegien** eins meldet/ daß **E. D.** sich vñderstanden/ einen **Salzbrunnen** anzurichten/ sed visis priuilegiis denselben wiederumb abgethan/ vñnd melden **Supplicantes**, daß jetziger **Bischoff** das **Wasser** auff ihrem **Grund** anderst wohin ableite/ zu **Abbruch** ihrer **Wismat** **Wässerung**/ **Triff** vñnd **Weid**/ vñnd dann ein **neuw** **Salzwereck** wider alle obgehörte **Recht** vñnd



privilegia, zu Verderbnuß vnd Vndergang der Statt / vnd also contra communitatem vtilitatem begerte / vnd ob sie wol vmb Abschaffung des neuen auffgeworffenen Grabens / zu Verkerung des Fluß / wie auch nicht weniger neuen angestellten Saltzwercks angehalten / so habe doch solches alles nichts verfangen wollen / sondern noch stettigs mit dem neuen Werck fortgejahren wird / derowegen zu handhabung ihrer vralten Possession vel quasi des Saltzwercks / bitten sie mandatum sine clausula de demoliendo, des abgethanen Wasserstroms / cum annexo mandato inhibitoric, von Anrichtung des vorgenommenen Saltzwercks gänzlich abzustehen, sondn bey ihrem priuilegirten Saltzwerck vngeirret verbleiben zu lassen / cum annexa citatione ad docendum in communi forma zuerkennen. Decretum auff vorbrachte narrata abgeschlagen. Diweil nunciatio noui operis, *Inhalts Gail. 1. obs. 16.* nicht docirt per publicum instrumentum. 7. Iulii Ann. 89. postea vero hoc mandatum in alia supplicatione est decretum.

Sic in simili denegata mandata, propterea quod de nunciatione non constabat, Weissenburg an Statt Teutschmeisters contra Brandenburg. Item Rotenburg contra Brandenburg. Item Brandenburg contra Nürnberg mit Leuch. & tenaw.

Nota 20. Octobr. Anno 90. in causa Salmansweiler contra Walburg ist ein mandatum cum clausula erkannt / in causa noui operis nunciationis, vnd dar auff / ehe Libellus eyngeben / paritio inungirt worden / idque ea causa fuit, dz Walburg non oblata cautione fortgebawet / & nihil eum releuauit, daf her post tempus cautionem offerirt: quod notandum.

Sic mandatum de non impediendo decretum in causa Reckhentin zu Kortsheim in Pommern contra B. H. P. 20. Iunii Anno 92. narratum, suum molendinum exustum, & cum id reædificare vellet, nouum opus ipsi fuerit nunciatum: se autem vicissim cautionem obtulisse sufficientem, illos tamen nolle in impediendo desistere.

Sic & 9. Aug. An. 91. supplicauit Würzburg / ratione Camberg contra Rotenburg / wegen eines neuen Gebäwes vmb einen Garten zu Gebfattel / narrando, se in q. possessione illius iuris esse, & se cautionem obtulisse de demoliendo, nihilominus senatum Rotenburgensem diruisse ædificium: petiit ergo mandatum sine clausula de non impediendo ædificare, sed D. D. noluit decernere, quia dubium sit, quisnam possideat? Item iure permissum esse, in suo solo ædificatum, de facto diruere, & decernendo mandatum adimeretur senatui possessio atque ius, vt tradit Bartol. & Alciat. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. Quod si non sumus in terminis noui operis nunciationis, ad cautionem oblata non teneatur quis pati ædificari, & sic suam petitionem dimittere: nihilominus tamen per maiora d. mandatum fuit decretum Ref. D. D. Assidentibus D. A. R. & A.

Nota: In prima instantia aliquis litigauit, licere sibi ædificare, postea ibidem petiit sub cautione demoliendi, vt permitteretur prosequi ædificium, Iudex recusauit, ille in Camera mandatum petiit, pro acceptanda illa cautione, fuit denegatum, diweil er schon ins Recht gewachsen.

Tenor Exceptionum nullitatis Impetrantem esse mediatum & priuatum, ratione bonorum esse suum subditum, sicque mandatum subdito contra Dominum non decernendum: ædificationem fieri ad æmulationem & detrimentum der ganzen Bawerschafft / denen durch den Keller / welchen er zu tieff gegraben / der Mühlbrunn abgegraben vnd also der gemeine Brunn vnd Wette ihnen benommen / vnd habe auch den Bawren in ihren Grund vnd Boden Thälen geslegt / potuisset igitur iure prohiberi, per ea quæ tradit Rom. *conf. 52. num. 4.* Et se mandasse



mandasset, vt desisteret, bis der Gemeindt Stadt abgelegt / quare petit mandatum cassari, & si impetrans negare velit facti seriem, bitt er etlich Commissarios N. N. zu deputiren / welche den Augenschein eynnehmen / denselben abriessen vnd Iudici zustell. n mögen / damit der Sachen geholffen. Tenor exceptionum Comitum, nunquam illi nouum opus nunciatum, ideo mandatum cassandum, tanquam deficiente requisito potissimo, sonst der vbrige Tenor concordat cum superioribus exceptionibus nullitatis, petit mandatum cassari cum expensis.

MANDATA SVPER CONSTITVT. FRACTÆ PACIS.

**M**ANDATVM super pace publica, nisi factum auff die vier Fäll accommodari possit, cum clausula decernendum. C. 76.

Quando mandata de restituendo cum citatione ad videndum se incidisse, vel declarari in pœnam fractæ pacis, petuntur, ea non nisi cum clausula iustificatoria decerni debent.

Limita 1. si narretur auff die vier Fäll / constit. Ord. p. 2. tit. 23. §. 2.

Deinde si essent homines capti aut arrest. His enim casibus mandari sine clausula posset, & id etiam procedit in pace religionis, vti decisum in pleno Anno 82.

Mandata citationi publicæ pacis annexa, an cum vel sine clausula decerni debeant? R. D. vbi in vtramque partem disputatur. Styli tamen esse asseritur, cum clausula mandari, non sine clausula.

Decernitur aliquando iuxta citationem auff den Landfrieden etiam mandatum de relaxando captiuo cum clausula, adeo vt licet Reus absoluatur à citatione: iniungatur tamen illi denuo paritio, & in eum euentum absoluitur.

Mandata de non turbando dem Landfrieden zuwider bey Pœn des Landfriedens decernit. Mandata autem de non molestando decernuntur cum clausula.

In causa Landfrieden si supplicatur pro mandato, tunc simpliciter decernendum est, si causa postulat, non cum clausula iustificatoria.

In causis fractæ pacis si supplicatur pro mandato inhibitorio, facile conceditur, si sit iusta causa merus, vel præcesserint minæ: & conceditur quidem sine clausula. Sed si postulatur mandatum ad restituendum ablata, non solet concedi, ne quidem cum clausula, quia à mandatis non est incipiendum, cum habeant naturam executionis, sed solet bene concedi citatio, vel etiam incidenter solet concedi tale mandatum cum clausula: principaliter autem & per se non solet: Si autem aliquid factum est expresse contra publicam pacem, ibi potest mandatum concedi, & quidem sine clausula: quia nulla excusant priuilegia vel exceptiones. In reliquis autem si mandatum simpliciter concessum fuerit, inest tacite clausula, alioquin non valeret, quia ab executoria non est incipiendum: Si clausulam habet, & citatus comparuerit, resoluitur in simplicem citationem. Sed tamen facile non conceditur, quia facit inordinatum processum. Vide in Ord. Camer. annotat. tit. 9. §. 2. part. 2.

Condemnatio damni in causa Landfrieden. Si hic emanauit mandatum auf den Landfrieden / & citatio ad videndum contra eum, qui aliàs extra casum Landfrieden non est immediate subiectus iudicio Camerae, & postea in iudicio libello Actor etiam petit refectionem damni sibi illati, prout incidenter petere potest, iuxta doct. Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. possumus eum absoluere à banno, & tñ ex officio ad refectionem damni condemnare, & hoc vt circuitus euitetur, & propter cõnex. caus. iuxta l. nulli. C. de iud. & ar. l. quoties. C. eod. Quia absoluendo à banno ostēdimus nos esse Iudices eius in principali, aliàs v. non absolueremus à citat. Merito ēt ex offic. in incidēti cōdemnamus  
cum



cum videamus, causam tantam habere similitudinem cum Landfrieden, vt non videatur huc citatus ad eludendam iurisdictionem Iudicis ordinarii. Ita fecimus in causa Jacob Korberen contra Wolff von Falberg. D. S. retulit. 29. Nou. An. 1538. & paulo ante in causa Hennenberg contra N. Ref. D. S.

In causis fractæ pacis, quando præter citationem mandata de restituendo cum clausula decernuntur, Aduocatus separatim duos libellos exhibere debet. Ita factum in causa Benthelm contra Tecklenburg: fieri enim potest, daß punctus citationis dahinden bleibe/ vnd nit probirt werde/ vnd doch der Kläger in dem sbrigen obsiget/ & è contra.

### MANDATA IMMISSORIALIA.

QUANDO petitur mandatum immissoriale, dubitatur, an decerni debeat: Et videtur quod non. Ita denegati processus in causa Rasvold contra Cöln & Hessen. Ratio, quia tam iura ciuilia, quam ipsa ordinatio prohibet, ne à mandatis nisi in certis casibus expressis incipiatur. Accedebat etiam in illa causa, quod videbatur missio in bona defuncti peti non posse in Camera, sed à Iudice loci, vbi defunctus habuit domicilium, vel vbi maior pars hereditatis sita, secundum not. Bal. in l. vlt. n. 41. C. de edict. diu. Hadr. toll. & l. 1. C. vbi de hered. agi oport. Cyn. n. 2. Ioh. Fab. nu. 2. & alii Dd. in d. l. vlt. & quoque ibi Petr. de Bellapert. in sua repe. n. 22. & 24. Sebast. à Sapia. n. 61.

Non temere & sine ordine mittendus est Actor in bonorum possessionem Rei, sed iudiciaria ratione mediante, quam primum decretum vocant, quasi primum Iudicis iussum, quo mandat, bona alicuius ob contumaciam possideri, siue reali, siue personali actione agatur. Forma autem processus est in hac specie, vt Actor Rei contumaciam accuset, & Iudex eum contumacem pronunciet.

Dicto Actore petente se immitti in possessionem Rei, Iudex negotium summam examinabit, receptoque ab Actore iuramento calumniæ missionem decernet, quæ quidem tractatur sub tit. ext. de eo qui mittitur in possessionem.

Effectus vero huius missionis: quod missus assequitur non quidem veram possessionem, sed solum detentionem & custodiam, cuius rei seruandæ causa est missus. Assequitur autem ius in re, nec tenetur eam restituere ad iudicium venienti, nisi damna & litis expensas refundat, cautionemque iudicio sisti præstet, vnde pignus iudiciale hac specie contrahi potest. Nec vult Specul. quod missus fructus suos faciat, sed Reo damna & expensas refundenti restituere tenetur. l. prator ait. in pr. ff. de bon. auth. iud. possid.

Immissionis sententia ex edicto diu. Hadr. est interlocutoria: appellabilis tamen: quod intelligo, si ad nudam testamenti exhibitionem immissio facta: secus, si immissio cum causæ cognitione facta esset, quia tunc definitiua est, vt in causa Siegen contra Suderman Anno 90. 16. Februa. ist pronuncirt worden/ daß Kläger in des defuncti Güter/ so viel deren tempore mortis vorhanden gewesen/ zu immittiren/ die Beklagte die eyngenommene auffer der in pactis dotabilibus specificirte Güter dem Kläger wider abtretten/ vnd dem Kläger die in habende zu confirmiren seyn/ als man dann respectiue, &c.

MANDATA



## MANDATA INHIBITORIA.

**M**ANDATUM inhibitorium decretum Iohanni Lecomusier de Corben contra Nicol Busmach/Episcopum Verdunens. pro abdendis processib. Romanis, iuxta tenore concordatorum principum Germaniæ 6. Apr. An. 81. Mandatum inhibitorium sine clausula fuit denegatum dem Erzbischoffen zu Bisanz contra Ferdinandum 14. Nou. An. 87. Ferdinandus hat zu Rom contra Archiepiscopum ex practiciert gehabt. Denegatum autem fuit ob defectum iurisdictionis, quia non narrabatur Ferdinandum esse subditum Imperii.

Item in causa Wernern zu Ranser contra Officialem vnd deputaten des hohen Stiffis Strassburg in causa præbendæ vbi excommunicatus Bittenheim/processus super appellatione denegati, mandatum tamen inhibitorium si petatur, voluerunt domini decernere. 22. Dec. An. 81.

Mandatum inhibitorium decretum à Camera contra Iudicem spiritua-lem, seu officialem, procedentem contra secularem, maxime statum Imperii. Ita processus decreti in causa Escherfeldt contra Trier / & in causa Rauenspurg contra Officialem zu Costens An. 89. 4. Mart. Bentsheim contra Ludolff Nagel Thumherrn zu Münster / wegen des Stiffis Münster vnd Stiffis Eöln Officials geübter nulliteten Anno 84. Bischoff zu Speyer vnd Apt zu Schwarzsach contra Baden exequit 18. Oct. Anno 85.

Medium concludendi: d; mandem Pontifici in temporalibus in Germania feiner iurisdiction geständig / tenore concordatorum principum Germaniæ. Item rem esse pessimi exempli, quæ in Germania spectet ad seditionem. Vide votum Bentsheim contra Officialem zu Münster / decreta citatio super nullitate, & inhibitione 19. Aug. An. 81. Et in causa Mumpelgart contra Episcopu Vefant. decretum mandatum cum clausula auff den Religionfrieden 8. Ian. An. 80.

Mandatum inhibitorium decretum Fiscali contra Episcopum Bisuntinensem 20. Iun. An. 65. ne se protectioni alterius submittat, aut quicquam ad Imperii diminutionem faciat, sub pœna 6. puri auri marcarum.

Et An. 1589. 4. Iun. decretum mandatum inhibitorium Gubernatori ciuitatis Bisuntinensis contra Episcopum B. qui voluit feuda, vicecomitatus, & maiorias, quæ quondam Dux Guiliel. Austriacus ab Imperio in d. vrbe in feudum recognoscebat, in Regem Hispaniæ & eius gubernatorem alienare.

Mandatum inhibitorium de non alienandis bonis litigiosis, vt in causa Busset contra Mülchlingen & consorten decretum 29. Maii An. 70. Item Freyberg contra Freyberg vnd Würtemberg / An. 90. Item Howerde contra Ostfriland 9. Febr. An. 80. Item Erusten von Schloßm contra Würsberger 28. Iun. An. 80. casus valde notabilis. Vide Supplicatio. Iudex appellanti & supplicanti mandatum contra iudicem, à quo prouocauit, decernere potest, daß er fürgenommener Appellation halb gegen dem Appellanten nichts thätlichs vornemmen / oder in seiner prosecution der Appellation verhindern / in præiudicium appellationis, lite pendente. Iudicis enim est defendere suam iurisdictionem, pendente appellatione, & crimen concussionis prohibere.

Quando quis verisimiliter & motus iustis rationibus timet, se ab aliquo grauatum iri, tunc potest concedi mandatum inhibitorium, & non præuia causæ cognitione, & alii principes, vt coram vicinis principibus grauantur. Non enim in eis, quæ requirunt causæ cognitionem, qui casus enumerantur per Paulum de Castro & Alex. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nunciat. & per Dd. in l. filiusfam. §. Diui. ff. de legatis 1. Et sic concludit, mandatum petiturum esse decernendum. Aliud autem mandatum decernere non potest, quia re-

D d                      requirit



quirit causæ cognitionem, ideo à mandato & executione non est incipiendum, *iuxta ea, quæ habentur in l. 1. C. de except. rei iudicatae.* Et quia etiam ex quo sit Princeps Imperii, non potest etiam citari in tali casu, ex quo adhuc non constet, neque allegetur denegatam esse iustitiam in denegandis nominandisq; Principibus. Ex eadem ratione non vult decernere etiam mandatum cum clausula, quia illud resoluitur per comparitionem in citationem, & sic nihil aliud est, quam citatio in effectu.

Mandatum inhibitorium an contra Nuncium Apostolicum, vel potius pontificium decerni possit? In causa Capituli Mundenfis contra Nuncium Apostolicum Coloniae agentem, Episcopum sc. Caluinianum, expresse professi sunt Catholici, posse Cameram contra talem nuncium mandatum immediate decernere: nihilominus iusserunt primum D. K. per interlocutoriam, *dass er soll contra den Bischoff zu Münden anruffen* (ad cuius instantiam nuncius omnia fecerat) quia expeditior via sit exequendi, *vnd mög anderer Widerwill verhütet werden* / causæ idem sit, imo faciliior effectus, & non ideo opus esse D. K. denuo vrgeri contra nuncium, in quo fateantur Cameram esse fundatam, si nuncius desistere nolit. 5. Jun. An. 92. vbi d. mandatum inhibitorium contra Episcopum Mundensem saltem decrerum.

Mandati inhibitorii & inhibitionis differentia.

Plus est mandatum quam inhibitionem decernere. In illo proceditur, vt in mandatis sine clausula: in hac vero vide formam procedendi in voto D. S. Brandenburg contra *Psalsgraff Casimiren.* In illo citatio, in hac vero nulla annectitur, & si contraueniatur, tum demum petitur arctior inhibitiio, & citatio ad videndum se incidisse in pœnam simplicium.

Mandatum inhibitorium decerni etiam solet sine clausula contra Iudices Ecclesiasticos, qui in negotiis secularibus & inter Laicos iurisdictionem exercent. Sic cum ad instantiam *des Stiffts Buchern* Cardinalis Constantiensis, contra subditos D. Georgii Comitis Montfortensis ad bannum vsque processisset, d. Comiti mandatum sine clausula decretum fuit, non tantum in futurum, sed etiam quoad præterita, videlicet ad cassandum, & amplius non procedendum, factum 20. Oct. An. 82. Refer. D. ad Gail. 1. obs. 15. n. 2.

#### MANDATA DE MIGRANDO.

**M**ANDATVM de emigrando *auff den Religionfrieden.* Vide Saylerum p. 3. f. 162. vt in causa *Fürstenberg* contra *Karpffen* An. 87.

Subditi coguntur emigrare. Ita decisum emigrare 20. Mar. An. 66. vbi duo menses præfixi ad emigrandum. Inter eadem eodem Ann. 25. Sept. adhuc vnus mensis assignatus. Sayler. Ita quoque decisum in causa *Petri Bergents* contra Episc. Leodiensem, vbi mandatum sine clausula decretum, & Supplicanti 6. menses concessi. 6. Apr. An. 70.

Subditi coacti emigrare, anteneantur ad *Nachstewr.* Ita factum in causa *Hailbrunn* contra *Schwäbisch Gemünden / G. Schencken* Abzug betreffende.

Quando petitur prorogatio termini ad migrandum, & mandatum pœnale sine clausula (in causa religionis) domini cœsuerunt terminum ad 6. menses prorogare, & mandatum cum clausula decernere. Ita factum in causa P. contra P. 23. Aug. & in causa I. S. & Consort. contra P. 3. Nou. An. 85.

Item decretum mandatum de migrando, & non amplius violando, & restituendo sine clausula (quod in effectu fuit auocatorium) in causa *der Regierung des Stiffts M.* contra *H. M. in S.* vnd sein vnterhabend *Kriegsvold / & petitura*



petitum mandatum, da er alda verreis / per edictum zuerkennen vnd anzuschlagen  
18. Sept. Anno 91.

## MANDATA DE NON OFFENDENDO.

**I**N mandatis de non offendendo solæ minæ sufficiunt ex Constitut. Imperii Anno 50. de pace publ. §. vnd erstlich / 2c. verb. das vnsrer keiner. & Anno 48. §. als weiland / ibi, noch einige verbottene Conspiration. & §. vnd ob jemand. & Ann. 55. §. als sich dann. verl. absagen soll. C. 90.

Accedit, quod etiam de iure communi mandatum de non offendendo, & cautio etiam recte à iudice postulari possit, quando iustus subest offensionis metus. *l. denunciamus. C. de his qui ad Eccl. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. praesid. Fel. de treuga & pace. nu. 10. Paris. cons. 62. n. 12. & 42. lib. 3.*

Facti tamen narratio cum circumstantiis diligenter inspici debet. Et primo qualitas personæ minantis an lædere possit & soleat. *Gail. 2. obs. 40.* Et persona timentis, an masculus vel foemina, an potens vel infirmus. *Abb. in cap. causam. de offic. deleg. Dec. in l. in omnibus. n. 3. ff. de Reg. iur.*

In casu tamen, quo de tali violentia agitur, quæ ad pacem publicam spectat, quæ pari modo officiat, hæc qualitas non adeo consideratur. Ideo certis regulis includi non debet aut potest, sed iudicis arbitrio committendum. *Boer. decis. 100. Fel. d. l. num. 19.*

Contra magistratum non facile tale mandatum decernendum, quia præsumptio pro eo. Ideo quidam eo casu documento opus esse putarunt, dardurch solches bescheiniet: quidam narratis standum, argumento eius, quod in decernendis promotorialibus An. 86. statutum: quia præsumptio est, quem non facile frustra sumptus facturum.

Quoad mandatum de non offendendo decernendum, narrata debent esse qualificata auf den Landfrieden / non tamen vsque adeo scrupulose requisita fractæ pacis exigenda, sed sufficiunt coniecturæ, de quib. sup. cum parum aut nihil præiudicetur ei, cui ita mandat: imo est præsentis & contradicenti iungi potest, *l. acquisitum. ff. de usufr. Dd. & Alex. in l. de pupillo. §. meminisse. n. 4. ff. de oper. nou. nunc.* Præterea pœnæ declaratio non fit, sed noui processus petendi.

Mandatum de non offendendo potest cum processu pignorationis coniungi.

Quando factum aliquod violentum narratur, & ex eo mandatum de non offendendo petitur, non opus est documento, sed saltem quando allegantur minæ. Ita processus sine documento decreti in causa *Carl von Ravenspurg* contra *Dieterich von Schönberg* 28. Maii Anno 89. & in causa *Huten* contra *Thungen* vbi narratum, das sie die Sawren mit Behren auß dem Dorff geiagt. 18. Aug. Anno 91.

Mandatum de non offendendo non semper decerni debet, sed tum demum, quando minæ verifimiliter possunt timeri, vel habere effectum: argumento eorum, quæ de cautione de non offendendo tradit Augustinus Ariminensis in *addit. ad Angel. de mal. sic. in verb. iniuriosa. n. 8.* quem vide. & Abbas in *c. tertio loco. n. 9. ext. de probat. idem in c. 1. n. 8. Extra, vt lite non contestata. Ferrar. in forma inquisit. §. ult. in fin.*

Mandatum ex nobili officio de non offendendo ( sine clausula ) decernere possumus, non obstante Ordinatione die Aussträg der Fürsten betreffend. Nam conseruandæ pacis publicæ causâ hoc fieri potest, ne seditiones oriantur, maxime cum iure communi etiam ad hoc quisque teneatur. Multi tamen dominorum in iis decernendis facile difficiles sunt.



Si petitur mandatum de non offendendo, semper necessarium est, daß das Factum auff den Landfrieden gestellt vnd qualificiret sey: Si vero dolus non adfit, sed conseruandi sui iuris causa quis quid fecerit, mera saltem est turbatio. Ita obseruatum fuit in causa Sachsen contra Bamberg.

Mandatum de non offendendo etiam erkannt in causa Newenmarck contra Pfalz in causa religionis.

Mandata de non offendendo subdito contra dominum suum non decernuntur. Memini tamen, in locum mandati de non offendendo, mandatum de non impediendo prosequi executionem decretum, in causa Seydel contra Bayern 25. Octobr. Anno 89. vbi decretum mandatum executoriale, & mandatum de non impediendo prosequi executionem loco mandati de non offendendo.

Mandatum de non offendendo citationem ad videndum adiunctam non habet. Et hoc singulariter notandum. In aliis mandatis sine clausula ex Re-cess. Spir. Anno 70. semper citatio adiicitur, vt mandato de non offendendo, vt dictum est, non fit: postea si contra factum fit, petitur citatio ad videndum se incidisse in penas mandati de non offendendo. Hac de re multis in locis conqueritur Marchio A. im Aufschreiben fol. 78. Miror tam doctum Aduocatum hoc ignorasse.

Si priuatus priuato miniteretur necem vel insidias, potest supplicari pro eiusmodi mandato.

Quod si quis mandato iam emanato velit impetrare citationem ad videndum se incidisse, necesse est, vt posterius Rei factum & noua offensio sit qualificata super fracta pace, non sufficit spolium simplex, vel turbatio.

Nota: Die Beyfiser eruegen die Mandata de non offendendo hoch/ ei kennens nicht leichtlich/ vnd in geringschätzigen Sachen schlagen sie es gar ab/ oder erkennens se nicht in iudicio extraiudicialiter, sondern iudicialiter. Margg. A aufschreiben fol 84. Contra videtur sentire Gail. 1. de pace publ. obs. 3. nu. 5. dicens cum ea nullum præiudicium adferant, facile esse decernenda petentibus.

Si quis impetret citationem ex constitutione fractæ pacis, & metuat tamen, ne amplius offendatur, potest vna etiam impetrare mandatum de amplius non turbando.

MANDATA DE NON VASTANDO.

**M**ANDATVM de non vastando sine clausula erkant in causa Nürnberg contra Brandenburg 4. Iulii Anno 67. den Nürnberger Walde belangendi. Item in causa H. von Stockhausen zu Lutmansheim contra D. Herrn Abt des Stiffis Corvey 11. Iunii Anno 89. & in causa E. F. Graffen zu Fürstenberg contra Herrn L. Herzog zu Württemberg 2. Septemb. Anno 89. & in causa Malspurg contra Hessen 13. Iulii Anno 92. vbi denegatum mandatum inhibitorium, sed de non vastando decretum. Item in causa H. Ruden contra E. Ruden Ann. 94. & in causa Becken / contra Platten / appellationis die Beholung zu Wallerstetten betreffendi.

MARITVS.

**M**ARITVS an vxoris nomine agere possit? Maritus quamuis possit interuenire pro vxore: tamen ad præstandam cautionem de rato, & satisfactionem tenetur. Et hæc forma exceptionis vsitata est contra maritum vxoris nomine agentem sine mandato. *Erscheint N. sagt kürlich / daß ob wol sonst der Mann des Weibes / nach Ordnung der Rechten / ein ordentlicher vnnd legit.*

Ff 2 legiti.



legitimus Tutor sey/ auch darfür geachtet werde/ gleichwol so er sich vnterstehet zu klagen/ wegen derselben/ so ist er schuldig/ deswegen cautionem de rato cynzubringen/dieweil es dann daran ermangelt/so will Reus verhoffen/ er seye ehe/ dann die Kasification eyngebracht/ zu antworten nicht schuldig.

## MATRICVLA.

**M**ATRICVLA Imperii tum semiplenam probationem, tum præsumptionem facere, patet ex multis præiudiciis, quæ extant in protocollo consilii de Anno 1550. 51. & 52. G. Notarii, primo, fol. 8. in causa Fiscalis contra Spiegelberg/das Anno 1548. bewilligte Bawgelt betreffend. 18. Jul. Ann. 1550. disceptata. Secundo fol. 21. in causa Fiscalis contra Erzbischoff zu Wisang 2. Aug. consultata An. 1550. Item fol. 27. Fiscalis contra Lemgaw 22. August. Ann. 1550. deliberata. Quarto, fol. 41. & seq. in causa Fiscalis contra Schleswig. Et hæc probatio Senatusconsulto amplissimi collegii munita est. Nam Anno 1550. 7. Octobr. in pleno senatu conclusum, huiusmodi descriptionibus statuum à Fiscalis productis, standum esse.

## MATRIMONIUM ET CAUSÆ MATRIMONIALES.

**M**atrimoniales causæ spectant ad iudicem Ecclesiasticum, & ad forum Canonicum, quo ad ea, quæ immediate sunt spiritualia, & quæ ad definitionem sui spectant, nõ autem quoad temporalia, quæ ex spiritualibus proueniunt, si ius Cæsareum aliter de iis statuit. Sic licet secundum ius Canonicum gradus affinitatis computentur: tamen quoad successionem bonorum hoc non obseruatur. Sic licet legitimatus per subsequens matrimonium, per se quoad ius Canonicum, quoad legitimationem filiorum succedat: tamen secus est, quoad successionem. Vide Menoch. *conf.* 580. n. 56. & seq.

Licet autem matrimoniales causæ non pertineant ad Cameram: tamen quando Iudex eo in casu ad exceptionem partis se competentem pronunciat, tunc processus decernuntur. Licet enim appellatio à definitiua causæ matrimonialis ad Cameram non pertineat: tamen punctus competentiae ad eam pertinet. Ita processus decreti, sc. citatio & compulsoriales, inhibitio denegata in causa *Wolckmerhausen contra Barbaram Wolffs von Gutenberg* 13. Sept. Anno 92. vbi d. Barbara conuenit d. Reum coram consistorio Marpurgensi, ibi declinauit forum, exceptionibus non obstantibus, competentem Iudex se pronunciauit, obiecit autem Reus, Comitis Waldeccii consistorium esse suum forum.

Causæ matrimoniales criminalibus æquiparantur. Alex. *conf.* 143. nu. 1. & 2. vol. 2. inci. *quoniam abunde*. Sicut igitur processus super nullitate in criminalibus in Camera decernuntur, Mynf. 4. *obs.* 42. ita etiam in matrimoniali.

In causis matrimonialibus Cameræ iurisdictionem non fundatam, habetur in *Visitation Abscheide* An. 70.

Ex capite etiam nullitatis processus in Camera talibus in causis decreti, veluti citatio, compulsoriales & inhibitio, vt in causa *Seyn contra Seyn* 7. Aug. An. 92. Sic iidem processus decreti in causa *der Statt Dortmund* contra *Officialem zu Cöln in Religionsachen* ex capite nullitatis. Ita decreti in causa *Marggraff J. B. wegen Kullenburg* contra *Officialem* (credo zu Cöln) & *Limburg*. Item in causa *Mumpelgart* contra *Episcopum Bisunt*. In causa tamen *Jacob Lehnens* contra *Luciam Frelers vnnnd Herren E. Herzog zu Sietin in Pommern*



mern/Bischoffen zu Camin/citatio super nullitate, & inhibitio cum compulsorialibus abgeschlagen 23. Iulii Anno 92.

Quando inter personas iudicii Camerae causæ matrimoniales agitantur, tunc collegium & Iudex Camerae inter eas potest cognoscere. Ita factum 7. Dec. Anno 48. cum vxore D. Procuratoris, contra maritum sæuientem in se, & eiicientem cum filio ex domo.

Quando in Camera quæstio præiudicialis incidere solet ratione substantialium matrimonii, tunc remittitur causa cum omnibus incidentibus quæstionibus ad competentem Iudicem ecclesiasticum, per ea quæ tradit Capit. *decis. 7. n. 7. Couarr. de sponsal. c. 2. & 3. p. 2. & c. 8. p. 2.* Ita factum in Camera 30. Sep. An. 81. in causa *Velu* contra *Himbach*/executoriales loco brachii secularis decretæ in causa *Bucherin* contra *Adam Recken* 19. Apr. An. 92.

Mandata executorialia cum clausula in causa *Wormbs* contra *Steuden* 5. Febr. An. 91. & in causa *Thinnen* contra *Khur* 15. Aug. Anno 91. factum hoc est per inuocationem brachii secularis.

## MENSURA ET PONDERA.

**E**I qui pondus vel signa immutabat apud Ægyptios ambæ amputabantur manus, vt quæ corporis pars peccasset, per vniuersam vitam lueret pœnam. Ioan. Boëm. *lib. 1. de Aphric. c. 5.*

## METVS.

**M**ETVS quælibet actum vitiat. Et de carcere, quod metum iustum inducat, vide Iac. Porc. *conf. 5. n. 5. 6. & 7.*

De metu in constantem virum cadente, vide votum in causa *Bilaw* contra *Brandenburg* in interlocutoriis in Maio Anno 92. & Couarr. *in 2. part. deci. etal. c. 3. §. 4.*

## MISSIO IN POSSESSIONEM EX VARIIS CAUSIS.

**S**I quis ex *l. fin. C. de edict. diu. Hadr. toll.* missus fuerit, & præstita cautio pro sufficienti à Iudice acceptata, appellatio ab ista sententia seu decreto non recipitur, per Dd. Bal. *in l. vn. C. si de moment. poss.* Quia si non licet appellare ab edicto isto, nec ab approbatione cautionis, tanquam appendice istius sententiæ. Ita iudicatum in Camera. Nam aliàs missio impediretur.

## MONACHVS, MONIALIS, MONASTERIVM.

**M**ONASTERIVM ingrediens omnia sua dedicat monasterio. *authen. ingressi. C. de SS. Eccles.* & monasterium in omnibus bonis allodialibus succedit. Imo, etiam si Monachus exeat monasterio. *Alex. conf. 88.* Et monasterio ex persona monasterii competit rei vindicatio. *Fel. in c. in proxima. ext. de probat.* Et statutum prohibens successionem monasteriis, non valet. Et sic est iudicatum in causa *Marienthal zu Aach* contra *Johann Binter* Ann. 1540. in Martio. Vide *Frijd. de Sen. conf. 12.* Et monasterium potest adire hæreditatem, etiam inuito domino. *arg. tex. l. fin. §. fin. autem. C. de bon. qua lib.*

Monacho & Monachæ acquiritur hæreditas sine facto Monachi. Vide in verb. *Hæreditas.* Monachi & monasteria quando succedant.



## MONETA EIVSQ. VALOR.

**I**Vs cudendi monetam tam priuilegio, quam consuetudine adquiri potest.

*Mynf. cent. 4. obs. 21.*

Moneta seu eius valor quomodo dicatur mutari intrinsece vel extrinsece, tradit Menoch. *conf. 49. n. 9. & conf. 138. n. 9. & 10.*

Monetæ valor intrinsecus quando considerari debeat, vel tempore contractus, vel potius solutionis. Menoch. *d. conf. 49. nu. 1. & 9. & per tot. conf. 172. & seq. 154. & seq.*

Monetam viliozem pro pretiosiori recipiens sibi præiudicat. Menoch. *conf. 138. n. 9.*

Monetam falsam qui impendit, præsumitur ipsam cudisse, nisi detegat à quo habuit. Menoch. *conf. 107. n. 63.*

## MONITORIA.

**M**ONITORIVM decerni debet sine clausula contra iudices inferiores, propter acta in nimium taxata, si taxam Camerae petere recusant. R. D. Anno 83.

Exceptiones propositæ à iudice inferiore contra taxationem expensarum, & promulgatum monitorium, quod se huiusmodi taxis personarum cancellariæ sustentent. Item quod ita ab antiquo sit obseruatum, & præscriptum, tanquam irrelevantes, non attendendæ. R. D. An. 83.

Quando procuratores conqueruntur, illis annua stipendia à partibus promissa non esse soluta, vel pecuniarum illis mutuo datarum pro processibus occasione, monitoriales petunt, tunc male petunt, sed illis denegantur, cum monitoriales vim executionis habeant, nec concedi debeant, nisi super certis, taxatis & decretis salariis. Citationes vero illis denegandæ non sunt, sicuti decreta fuerunt *G. Seidler* tutori liberorum *D. H. contra Kochen vund B. von Streitberg*. Item ad instantiam eiusdem contra *Frans von Hall* & vi duas consortes 13. Maii Anno 41. post audientiam, quamuis etiam ante viderim monitoria decreta cum clausula iustificatoria, scilicet in contumaciam, tunc fieri oportebit liquidationem. Ideo concluderunt domini, talia in huiusmodi causis non decernenda.

Monitoria in causis fiscalibus regulariter, nisi debita liquida sint, decerni nec possunt nec debent. D. S. Item, quando decernantur. Ita obseruatum est 6. Iulii Anno 1540.

Item, non decernuntur, etiam si debitum sit liquidum confessione partis, nisi pars expresse dicat & specificet, quid & quantum debeat, & si dicat, *daß er den aufstehenden Rest bezahlen wöll*. Ita monitorium denegatum in causa *der Kammingischen Erben* contra *Buchenaw vnd Ham*. 25. Octobris Anno 91. Quia *Rest* hoc verbum, nihil certi & definiti importat. Ideo certa confessio ex eo elici nequit.

Monitoria non decernuntur nisi super debito liquido, vel super debito contracto in iudicio isto, & tunc si pars non comparet ad citationem annexam monitorio, potest lis pro contestata haberi in contumaciam. Sed antequam etiam eius in contumaciam habeatur causa pro conclusa, oportet, quod prius debitum liquidetur & probetur, & tunc tandem potest haberi causa pro conclusa



clusa super pœnis monitorii, & deinde causa super eo definiri. Ita factum in causa *St. Breunlin contra Landeck*.

Aliquando tamen nondum taxata summa, tum non monitoria, sed simplices citationes decernuntur, ratione deseruati salarii. Ita factum in causa *Nerui* contra *Schwarzenberg* 24. Ian. Anno 77. Mirum est tamen hodie in eiusmodi casibus, da *Bestallung von Partheyen gegen Procuratorn auffgericht* / talia monitoria decerni, cum sint expensæ delicatæ, quæ etiam taxari in Camera non soleant. Præterea cum præsumptio sit contra Procuratores, quod quasi vi aut metu extorserint, quod aduersatur Ordinationi. Memini tamen meo tempore aliquoties monitoria iis in casibus decreta, maxime quando accessit confessio in scriptis (Ego tamen malui semper citationes simplices decernere, quibus hoc casu partibus consultum, dum tota probatio in obligationis instrumento consistit) Ita monitoria decreta fuere pluribus in causis, vt in causa *D. Stender contra Stürger* 18. Nouembris Anno 89. *D. Reichart contra Ebersteinische Wittib* / *D. Grönbergers contra Molsen*. 17. Aug. Anno 87. *Et. Erzhardt contra Boreken* 29. Maii Anno 92. Item in causa *Liesler contra Herzogen zu Sachsen Lauenburg*.

Monitoriale ex *auth. hoc amplius. C. de fid.icom.* decerni posse, vide supra mandata sine clausula.

Si quis Procuratorum conqueratur de non soluto salario conuento, *vermög der Bestallung* / ille non monitorium, sed citationem petere debet. Ideo nuper cum *D. Grönberger* contra *die von Steinheim* supplicaret pro monitorio, propterea *dass sie ihn nicht bezahlt hetten in vielen Jahren / laut des Bestallungsbrieffs / so er mit eyngab / vnd ist von den Partheyen die Bestallung proprio motu, ohn sein Fordern vnd Begeren / auffgericht worden / abgeschlagen*. Vide *Gail. l. obs. 44. n. 5. 6. 7.*

Monitoria quando concedantur? Monitoria à iudicio Cameræ non conceduntur, nisi debita sint omnino liquida & nota. Cæterum si possit esse dubitatio, tunc citatio concedi potest. Ita *D. V. Refer. me præsentem in causa Scheinlin* vltimo Aug. An. 37. decretum fuit.

Et debet saltem in causis Aduocatorum & Procuratorum produci originale obligationis. Ita 5. Maii Anno 90. *D. I. K. contra Albrechten à Quiraw wegen Bestallung* ratione deseruati salarii *vnd versprochenen Dienstgeldts 20. Thaler* / quia debitum liquidum.

## MORGANATICA.

**M**orgengab dicitur, quasi operæ nocturnæ pretium. *Sichard. in rub. C. de don. ante nupt.*

Quamuis hodie illa donatio habeatur pro valde valida, propter errorem iuris: tamen ego puto eam non tenere, propter rationem, quæ traditur communiter *in tit. de don. inter vir. & vx.* Certum enim est, quod illa donatio fit iam constante matrimonio post copulam. Ideo si solueretur morte vxoris, vel diuortio, crederem esse inualidam. Et sic consului: tamen fui irrisus. Sunt verba *Sichardi ad rubr. n. 12. d. fol.*

Licet aliàs donatio inter coniuges constante matrimonio sit prohibita, vt per iura vulg. tamen donatio illa, *die Morgengab* / posset hodie fortassis defendi. *Sichard. ad l. si stipulatio. 2. n. 11. C. de iure d. tium.*

Pro prima virginitatis dote non donatio propter nuptias constituitur, sed



sed sponsalitia largitas fit, quam sermone nostro *Morgengab* appellamus, & aliàs dicitur donatio morgantica. *Facult. Tubing. conf. 20. n. 33. inter cons. Modest. Pistor. vol. 1. fol. 1075. & Facult. Ingolst. ibid. fol. 1100. & seqq. Heydelb. Facult. ibid. f. 1116. lat. 1. Mod. Pift. ibid. fol. 1128. lat. 1. Cothman conf. 50. n. 146. & seq.*

*Morgengab*/hypobolon & matutinale donum aliàs appellatur, notat *Cuia. lib. 4. feud. tit. 32.*

*Morgengab* donatio est iuri communi incognita, nec vllit i eius mentionem sic i ego r. perio, nisi, vt aliqui autumant, sponsalitiã largitatem esse velimus, quod tamen meo iudicio non conuenit, cum ex iure nouissimo constet, donationem propter nuptias & sponsalitiã largitatem conuenire, & fere æqualia esse, vt in *auth. vt sponsalitia largitas. in prin. & ibi gl. & in auth. de equal. dot.* Apud nostrates vero ob nuptias dicta donatio à donatario, quod vulgo *Morgengab* dicitur, multum differt. Deinde sponsalitia largitas inter eas donationes numeratur, quas personæ inuicem quidem desponsatæ, sed nondum copulatæ, mutuo conferunt. *Spec. de don. int. vir. & vx. vers. in sponsalitia autem, & c. facit l. si à sponso. C. de donat. ante nupt.* *Morgengab* autem ex Etymologia quoque nominis talis est donatio, quæ post interuallum copulæ, & omni modo perfectas nuptias de manu præstatur. Tertio, iuxta sponsalitiã largitatem dotis ratio iniri solet, cui donatio propter nuptias æqualis esse debet. *d. auth. de equal. dot. vt & sponsalitia largitas.* Sicque constat, sponsalitiã largitatem cum donatione ante nuptias (quam iura recentia donationem propter nuptias nominant) compensari. *l. cum multa. §. similique modo. d. l. si à sponso.* Hæc *Mynf. Decad. 5. Resp. 43. n. 21. 22. & 23. f. 355.*

Sentiunt communiter Doctores quamlibet donationem intuitu futurarum vel præsentium nuptiarum factam donationem propter nuptias recte appellari. Ideo ego *die Morgengab* iure communi aliter iudicare non possum, quam ipsam donationem propter nuptias, quod & ex vsu & consuetudine Germaniæ inter Nobiles obseruata præsumitur. Nam videmus apud illos non solum de iam dictis denominationibus, verum quoque *vonder Morgengab* tractari & conueniri hæcenus solitum esse. *Mynfing. d. respons. 43. nu. 24. fol. 356.*

Ex quibus apparet, *die Morgengab* non esse sponsalitiã largitatem, ita *Mynf. ibid.* concludit.

Si quis eam amplecteretur sententiam, hanc donationem *die Morgengab* esse sponsalitiã largitatem, huic non admodum repugnarem. Nam idem est, an pro sponsalitiã largitate, aut donatione ante nuptias, quæ hodie propter nuptias dicitur, habeatur. *Mynf. d. resp. 43. n. 25.*

*Morgengab* ex consuetudine Germaniæ recepta pleno iure ad vxorem eiusque hæredes pertinet. Ita in grauißima causâ consuluit *Facult. Tubin. inter consil. Pift. f. 1075. n. 33. vol. 1.*

Ad *Morgengab* quæ pertineant iure Saxon. declarat *Pistor. conf. 11. num. 1. & 2. vol. 1.*

### MORS.

**M**ORS sui principalis. Procuratores tenentur, cum allegant mortem sui principalis, simul documenta fide digna producere, vermög *Disitation* *Abchieds*/alioquin mulctantur. Ita factum in causâ *Klingenberg* contra *Becker*. 4. Febr. An. 79.

Mortuo



Mortuo litigatore an sententia in hæredes transferenda, aliquando dubitatur; an vero contra eosdem citatio ad reassumendam causam decernenda? & videtur obseruanda sequens distinctio: an scil. ante conclusionem in causa vel post mortuus esset litigator? Priori casu iudicis officium imploratur, vt citationem contra hæredes decernat ad reassumendam causam, in quo fuit, quod etiam procedebat, quando Procurator Dominus litis factus esset, sed aliter in visitat. An. 77. & 78. statutum est.

Posteriori iterum considerandum, vtrum iudici eo tempore, quo tulit sententiam, constiterit de morte litigatoris: Etenim si sciuit vt Iudex, id est, ex allegatione iudiciali, non valet sententia; sed pro nulla habenda. *l. in summa. §. final. de re iudic.* si non sciuit vt Iudex, hoc est, si post promulgatam sententiam morte litigatoris in iudicio allegatur; etiamsi vt priuatus sciuit litigatorem mortuum, non ideo est sententia lata nulla, sed per interlocutoriam in hæredes transferri solet. *l. 4. §. hoc iudicium, & ibi Dd. de dam. infect. Guid. Pap. decis. 86. nu. 2.* Cuius rei multa extant præiudicia, veluti in causa *W. D. von Westerstetten contra Herrn L. Frenherrn zu Graffenneck.* 6. Martii An. 66. Et in causa *Morder contra Jaeken* 23. Dec. Anno 78. Item *D. Nerui contra Schwarzenburg* 7. Iunii Anno 89.

Mors per vnum testem an probetur: Resp. quod sic. Vel etiam per præsumptiones probatur, ad hoc vt eius contrarium probandi in partem aduersam reiiciatur. Ita decisum in terra Rigá contra *Neilin.* *Bartol. & gloss. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testam. aper.*

MVLIER, MVLIERES.

**M**V L I E R I B V S adultis an dentur Curatores ad litem? In Camera denegantur. Ita fuit decretum, quando vidua *B. Herters* petiit sibi Curatorem: Item affini *D. Rup. Assessoris* de mensib. Iul. & Augusti Anno 39. & 27. Sept. eodem anno iudicialiter negata fuit similis petitio Comitissæ de *Isenburg* quæ sententia publicata fuit seq. die 24. tamen quando mulieres adultæ allegant in certo loco esse consuetudinem, vt valide contrahere non possint sine Curatore, decernuntur illis ad eadem loca generaliter: Ita fuit decretum 30. Martii Anno 42.

MVTVVMETMVTVANS.

**M**V T V A N S ad refectionem ædium. Huic vt domus refecta sit obligatæ requiruntur tria: de quibus *Gail. 2. obs. 12. nu. 4.* & ita iudicatum in causa *Episcopi Patauien. contra Georg Drbner & Consortes.* 19. Ian. An. 51.

Mutuum. Pacta vt quis pro mutuo det pensionem annuam, vel redditus, non valent, quia præsumuntur esse in fraudem vsurarum apposita. *Bald. in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de condit. instit. & in l. testamentum. C. de testam.* sed an teneatur ad interesse? et teneri conclusum. Et distinguendum est eo casu, si quis sit in mora in non soluendo, non teneri ad interesse, quod consistit in lucro, sed quod in damno consistit. *Bald. in l. Paulus respondit. de solut. Bertrand. consil. 318. lib. 1. nu. 5.* Damnum enim probari debet, non lucrum cessans. *Afflict. decis. 20.* Nisi sit persona, quæ aliàs lucrari soleat. *Strac. de mercat. in p. 1. 2. & 3.* & quando certum non producitur, in genere pronuntiatur, cum Iudex super interesse certam possit facere summam. Et sufficit in processu & executione

Gg liqui-



liquidare. *Guid. decis. 405. & 377.* idque adiudicandum à tempore moræ, non contestatæ litis. *Capel. d. loco. per l. vinum. ff. si cert. petat.* Ita iudicatum in causa **von Bulaw vnd C. von Plan** contra Archiepiscopum Bremensem, da von Zeit des Verzugs interesse adiudicatum 3. Febr. An. 65.

Mutuuum nomine ciuitatis contractum quando ciuitatem obliget, & quando non, vide supra in mandatis de soluendo.

Quando in mero mutuo à tempore moræ debeat interesse, & quando quinque pro 100. dentur à tempore moræ, vide supra in verb. *Interesse*, & infra in verb. *Vsuræ*.

In causa mutui propter excessum vsurarum non amittitur fors ipsa principalis, sed vsuræ tantum non debentur, & si quid eo nomine solutum, in sortem computatur, ad extenuandam sortem, quia pactum vsurarium non vitiat contractum aliàs per se licitum, sed saltem pactum vitiat, & pro nō adiecto habetur, per text. notab. in *l. 9. ff. de vsur.* A tempore autem moræ interesse in causa mutui debetur. *Gail. 2. obs. 5. n. 4. per gl. sing. in c. conquest. 8. in verb. de feud. ext. de vsur.* quæ dicit, quod damna & interesse etiam secundum Canones peti possint à tempore moræ, quia non vt vsuræ, sed vt interesse petuntur. Quod etiam vltra sortem acceptum, sorti imputandum, probat *l. si non sortem. 26. §. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. de proba. l. si non sortem. 26. §. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. de cond. indeb. l. eos. 26. §. 1. vers. si quis autem. C. de vsur.* Verum cum aliquando hæc quaestio in causa **Bischoffen zu Straßburg** contra **Graff Salatin von Nidercisenburg** in Camera decidenda esset, ad præcauenda varia in Imperio præiudicia, nulla fuit habita ratio dictæ extenuationis, sed simpliciter tantum super restitutione fortis principalis, de qua in constitutione Imperii (de Anno 1500.) tacite absolutus, cum nullus dolus vel fraus interuenisse videretur, quem tamen d. constitutio requirit. Sententia lata 16. Febr. Ann. 85. tenoris: **Das Beklagter dem Kläger die angeforderte 40000. fl. sürgerstreckter Hauptsumma in sortem, wie er dieselbige empfangen / sampt gebürlichem Interesse, von Zeit des Verzugs an zu rechnen / aufzurichten vnd zu bezahlen schuldig / derhalben zu condemniren / 2c. compensatis expensis.**

Brentius in Postilla & explicatione Euangelii *Matth. 22. cap. von dem Zinsgrotschen Dominic. 23. post Trin. facie 4. §.* **Zudem.** dicit furem esse eum, qui mutuuum datum debito tempore non restituit.

Mutuuum pallatium quod dicatur, vide *Menoch. conf. 441. n. 19.*

## N.

### NEGATIVA.

**D**E probatione negatiuæ vide *Henric. Boick. in c. bona memorie. §. porro. extra de elect.* Elegantissime distinguit inter negatiuam iuris & facti, & negatiuam qualitatis.

### NOBILITAS.

**N**O B I L I T A S, quamuis coniunctim possit status dici, tamen separatim vnus vel alter status non sunt. Ita in mandato sine clausula **Cassel** contra **Crailsheim** / **Abschaffung der Jüden zu Kottelsee** belangend. Imperator dicit: **Dies weil dann ihr kein Stand des Reichs sendt / noch als priuati einige Priuilegia oder Regalia habt / nocherlangen könt / 2c. 10. Ian. Anno 80.**

Nota:



Nota: Singulariter, in fauorem nobilitatis, in constitutione pacis religionis, hat mandie Städte vnd Ritterschafften mit Stände nennen wollen/ quia multæ ciuitates sunt, quæ status non sunt: sed tamen per modum priuilegii exemptæ. Ita multi sunt Nobiles, qui sunt Landsässen/ tamen ratione aliquorum bonorum priuilegiati sunt, quæ dicuntur Sattelgüter. Ratione illorum bonorum sunt æque des Reichs Constitution fähig/ als andere. Ita Marfeldt. in dem Stiffe Münster/ Steinheim/ vnd Prumbt. Item Fortum in ducatu Cliuensi, da sonst lauter Landsässen seyndt/ ratione der Herrschafft Witten vnd Königeldeng/ sunt specialiter priuilegiati. Sic ratione eorum bonorum eis processus decreti, vt in causa Steinheim contra Dortmund/ mandati de relaxando arresto.

Reliqui autem Nobiles & ciuitates nihilominus sunt status.

Immediate subiectum esse latius patet, quam statum esse, & includit Nobiles & ciuitates, status immediate subiectos.

Nobilis, qui non immediate subest Imperio, sed alicui Principi, si vult conuenire alium Nobilem immediatum, id facit in Camera. Nec enim priuilegio primæ instantiæ der Auspräg gaudet, quia, vt huic priuilegio locus sit, vtterque & Actor & Reus immediate Imperio subiecti esse debent. Ita conclusum dicit Mynsing. 17. Martii Anno 1551. Et processus decreti sunt in causa viduæ N. Horus. contra C. Comitem de Teckelburg. Mynsing. cent. 1. obseru. 89.

Der Fränckisch/ Schwäbisch/ Rheinisch vnd Wetterawisch Adel conquestus est apud Imperatorem, daß man sie vnterm Schein der Landtsfürstlichen Obrigkeit/ Item des Forsts vnd anderer Berechtigtheit/ wolle vmb die Freyheit bringen/ vnd zu Landsässen machen/ quod cum Imperio ipsique Imperatori valde sit præiudiciale: quare mandat Imperator Camera, vt manuteneat Nobiles contra potentiores, & exceptiones subiectionis non facile attendat, nec sub prætextu der hohen Obrigkeit contra libertatem ipsorum pronunciet. Insinuatum scriptum Cæsareum & prælectum 22. Nou. An. 92.

Nobilis in alicuius Principis territorio sustentatus contra Nobilem potest impetrare citationem auff den Landfrieden/ & etiam contra Principem mandatum, vt is compellat Nobilem, ne quid faciat. Sic quoque in causa Pron contra Molkan & Ducem Megapolensem decretum mandatum cum clausula, vt Princeps Proëni restituat eam arcem, quam ei Molkan vi abstulerat. An. 51. in Sept.

## NOMEN.

**N**OMEN Imperatoris in terris Imperii est apponendum in testamento inter liberos. *Alexand. in cons. 76. vol. 3.* Sic disputatum late. Et in eam sententiam inclinavit Camera in causa Moris Rlenck vnd Engelbrechts Hausfrau contra Johann Newling & Consortes. 26. Martii Anno 54.

## NOTARIVS SEV TABELLIO, EIVSQ. OFFICIVM.

**N**OTARII Camera sollen in Pfändungs Sachen in complemento protocolli, so offte Causales eynkommen/ oder in puncto partitionis gehandelt wirdt/ in margine auffzeichnen/ ob der Reech in nouis oder præfixis gehalten sey.



Notarii immatriculati, quibus causis ex officii ratione adhibiti fuerint, in iis à sollicitando & procurando abstinere debent, vñnd magdeshwegen verweist Proceß wieder sie angestellt werden. Vide *Ord. p. 1. tit. 39.*

Documenta legalitatis ad Cancellariam missa, sollen vom Herrn Richter und zweyen Assessoren/ vñnd dem Verwalter examinirt/ & quod hi statuerunt, dß soll gehalten werden. 59.

Nisi examinati, in album inscribi non debent. 60.

Notarius quando & quomodo processus debeat insinuare, *Ord. p. 1. tit. 39.*

Carolus V. Anno 48. Augustæ erexit constitutionem de Notariis, vbi mandatur Notariis, bey Pœn ihrer May. vñnd des Reichs Vngenan/ auch bey Straff 4. Marc Lötiges Goldts/ daß sie sich ihres Ampts allein gebrauchen/ sich Sollicitirens/ Procurirens/ vñnd dergleichen gänzlich enthalten/ vñnd durchauß vñnpartheisch erzeigen sollen. In quam constitutionem si peccetur, possunt processus in Camera impetrari, contra dictos Notarios, & supplicatur pro citatione ad videndum se incidisse in pœnam edicti Imperatoris Carol. V. An. 48. erecti & publicati. Ita decreti processus in causa Huldenreich von Wallendorff contra Melchisedech Schwarzen Notarium 18. Iunii Anno 89.

Creditur Notario, in instrumento aliquid asserenti, & quidem plene, cum vim duorum testium habeat. *l. in exercendis. C. de fide instrum. Ruin. conf. 36. num. 1. vol. 4.* maxime quando Notarius est immatriculatus, de cuius fide & habilitate dubitari minus debet, vt & aliàs Notarius regulariter præsumitur integer & legalis. *Paris. conf. 28. num. 49. vol. 2.* Tamen vicissim regulariter alicuius instrumenti tenor alteri instrumento insertus per illud sine originali non probat, nisi autoritate iudicis, & parte citata non opponente, fuerit insertus. *Bar. in l. Chirographis. 57. ff. de admin. tut. Imol. in c. cum in iure. 31. col. pen. extra. de offic. & potest. iud. deleg. Nat. conf. 143. n. 3. vol. 1.* In dubio autem quando parti iniungitur glaubwürdige Form alicuius priuilegii fürzubringen/ tutissima est via, vt priuilegium in originali exhibeatur, nec sufficit tum exemplatio, etiam per tres Notarios, vel plures immatriculatos facta. Ita iniuncta originalis exhibitio in causa Stralsund contra Wollenhoffs Frauen/ & in causa Engelheim contra Churfürstliche Pfalz/ & in causa Thumbstuffs zu Lübeck contra Vockwald 9. Nouemb. Anno 1587.

Solus Imperator & Papa tabelliones creare possunt. Quod enim adhibeatur tabellionum scripturæ fides, est contra ius naturale, & ita restringendum. Item is tabellionem creare potest, cui hoc priuilegium à Papa vel Imperatore est concessum, vt sunt Comites Palatini. *Lanfranc. c. quod tantum. de Procurator. Oldrad. conf. 75. per totum.*

Notarii qui iure facere possunt executiones, illi debent desuper facere instrumenta. Fallit, si citatus vltro compareat, iam enim iniuste citatus, vel insinuatio non est recte facta: si tamen iuri vellet stare, sane non attenditur.

Instrumenta confecta à spurio tabellione valent, secundum Bal. *in l. 1. quest. 6. Cod. de instrumentis.* Ad latum tamen Principis talis tabellio esse non potest, quia non dicitur habere dignitatem, *l. 1. C. de mandatis Principum. l. laudabile. C. de aduoc. diuers. ind.* Accedit quod notat Alex. *conf. 80. in prin. vol. 2.* vbi spurius non potest esse Notarius ad banchum iuris, nec potest esse Procurator in Curia Papæ, vel Imperatoris, vel Regis, quia talis curia non debet ab infamibus foedari. *l. Sed & milites. §. sed & ignominia. de excus. tut. Bald. in l. 1. §. ait Prat. de postulando.* Et in tantum vera est conclusio, quod infirmatur instrumentum, nedum quoad institutionem, sed etiam quoad legata & fideicommissa singularia, vt per Dd. *in l. fratres. Cod. de inoffic. testam. Valla conf. 87. vol. 5.* Infames Notarios



rios esse non posse expresse dispositum est in comitiis Colonienfibus. R. Anno 1512. §. Erstlich ordnen wir/26.

NOVI OPERIS NVNCIATIO.

**I**N re communi socius socio nouum opus nunciare non potest, ex communi calculo Dd. in l. in prouinciali. 3. ff. de oper. nou. nunc. cum habeant ordinarium remedium de communi diuidendo, & officium Iudicis, & vbi est ordinarium, cessat extraordinarium remedium, & ita cassatum mandatum pœnale in causa Kriechingen contra Kriechingen Anno 78. In Sachen Herrn Georgen zu Kriechingen Klägers/ wider Herrn Wirichen zu Kriechingen/ Beklagten/ mandati pœnalis, noui operis nunciationis, läßt man es bey der am 4. Augusti Anno 71. geleisten Partition bleiben / vnnnd erkannt/ wo fern die Partheyen einander Sprüch vnnnd Forderung nicht erlassen wöllen / dah sie solches an gebührenden Orten thun mögen/ compensatis expensis 11. Martii Anno 78. Vide etiam Dobbert. in verb. *Nunciatio noui operis.* Vide formam nunciandi apud Meurerum *part. 10. fol. 3. 8.*

Actione noui operis vbi actum est, si pereat opus, absoluuntur Rei conuerti, compensatis expensis. Ita factum in causa *Teutschmeisters* contra *Hailbrunn* 19. Dec. Anno 1598. Vide Saylor. *ibid.*

In processu noui operis nunciationis, vbi Reus immediate Imperio subest, quando periculum in mora, werden mandata sine clausula erkannt.

Si cui nouum opus nunciatum, & is satisfacere velit de eo demoliendo, si iniuste repertus fuerit ædificare, an ad satisfactionem admittendus? Ius commune vult. l. vn. ca. q. de nou. oper. nunciat. nec dissidet Gail. lib. 2. obseruat. 16. num. 17. sed memini olim in Camera huiusmodi satisfactionem non fuisse admittam, vnd ist einem/ cui nunciatum, auff sein Supplication gebetten Mandatum abgeschlagen.

Mandatum pœnale decretum etliche Wassergebaw post nouum opus abzu thun in causa *Baumgarten von Baumgarten* contra *Bischoffen zu Augspurg/ vnd Bürgermeister vnd Rath zu Firssen.*

Iuris notorii est, quod præstita cautione statim quis impune ædificare possit, & remissa censeatur nunciatio & prohibitio, cum vtrique parti hac ratione sit consultum, tam ei, qui nunciauit, quam ei, cui nunciatum est, quia molitio eius non impeditur.

NVLLITAS.

**I**N criminalibus etfi appellari nequit, super nullitate: tamen processus discernuntur. *Ord. p. 2. tit. 28.* Ea tamen incidenter deduci in iudicium non potest. *Ord. d. l. 28. §. Item nach dem auch.* *Mynf. 4. obs. 41.*

In Camera non solet facile pronounciari, hic nulliter processum: tamen aliquando ita sententia lata. In prima instantia nulliter, & hic in Camera confuse processum, citatio & processus cassati, reseruatis probatoriis, & via de nouo agendi in Camera. Ita factum in causa *Bamberg* contra *Würzburg* Anno 87.

Quando nullitas in Camera incidenter cum appellatione tractatur, tunc potest lite etiam nondum contestata, quando est notoria nullitas, super



ea pronunciari: & tunc pronunciatur super nullitate definitiue, quando de ea ex actis constat notorie, prout iudicatum est sæpius in Camera, quando super deuolutione erat conclusum, & lis nondum contestata erat. Ita tenet Marian. Socin. in c. quoniam frequenter. vt lite non contest. vers. 8. fallit.

Is qui commisit nullitatem, non potest excipere de nullitate, per text. in l. si seruus ff. de iure iur.

Nullitatis Iudex. Conclusio est Dd. quod appellatione deserta non deserratur nullitas, quin super ea principaliter iterum intra 30. annos quæri possit. l. si expressim. & ibi not. ff. de appell. Spec. tit. de sent. p. 6. n. 154. Myns. 2. obs. 77. & obs. 63. cent. 4. officio nimirum iudicis. Bal. in l. 1. C. ne liceat in vna eademque causa, & c. Lanfr. de Orian. c. quoniam contra. c. 10. num. 49. vers. si autem simpliciter per viam querele. Marant. d. loco n. 151. Spec. d. loco n. 26. Et quamuis prædicti Dd. dicant, hoc coram eodem iudice fieri debere, qui de causa principali cognouit, per l. 1. C. quom. & quando Iudex. l. si præses. vbi gl. eod. tit. optim. text. in l. 4. C. de accusat. si scil. Iudex est ordinarius, vt Cyn. in d. l. si vt proponis. ante med. not. Camera tamen, tanquam superior, de eiusmodi causis cognoscit, si nulliter processum est, per l. absentem. C. de accus. inhibere tamen non solet hoc casu. Myns. 4. obs. 64. Lanfr. d. loco n. 43. in pr. l. præses. vbi gl. ff. de re iud.

De materia nullitatum videas vota dominorum in causa **Bucher** contra **Meichelburgischen Fiscal**, in protocollo **H. M.** de Anno 1579.

Super nullitate petita inhibitio, vna cum citatione concedi non facile debet, quia sententia iam in rem iudicatam transiit, cuius executio prætextu nullitatis impediri nequit, etiam si supplicans allegaret notoriam nullitatem: quia hoc casu non fit præsumptio pro sententia, nudis narratis supplicantis non creditur. Gail. 1. obs. 130.

Si quis nullitatem in iudicio deducere velit, multo commodius facit, si eam adiungat appellationi: tunc enim executio impeditur.

Nota. Licet dispositio ordinis p. 2. tit. 31. §. Darneben. velit, vt in nullitatibus attendendis non simus admodum rigorosi: tamen cum sese offendant nullitates insanabiles, & tales, quo de meritis causæ constare nequeat, omnino super nullitate pronunciandum, & Iudex prioris instantiæ puniendus, per textum rotundum in c. quando contra. in fin. de probat. Zas. cons. 7. nu. 48. vol. 2. Gail. 1. obs. 134. n. 14. Myns. 1. obs. 11. Accedunt his auctoritatibus præiudicia Cameræ, quæ refert Myns. & Gail.

Super nullitate vt citatio decernatur, necesse est in supplicatione nullitates speciatim exprimere, quas Iudex diligens examinare debet, c. 1. & c. vt debitus, extr. de appell. Ord. p. 3. tit. 34. §. fin. Gail. 1. obs. 127. n. 9. Nisi enim nullitates in supplicationibus in specie exprimantur, denegantur processus sub simili forma: **Wosern der Supplicant nullitates in specie deduciren wird/ soll darauff ergehen/ was recht ist**, vt in causa **Wirbach** contra **Kanten** 3. Martii An. 78.

Nota: Etiam in supplicatione, quam exhibebat **Beringer** contra **Bayern** 17. Nouembr. Anno 78. allegabantur tres nullitates. 1. quod lis non esset contestata in prima instantia. 2. quod non conclusum in causa. 3. Quod sententia lata vel absolutoria vel condemnatoria. Et quidem quoad litis contestationem: fundamentum illa est iudicii & omitti non debet regula. Sed in Camera obtinet, vt propter eius processus inferiorum iudicum non annullentur, quia causæ principali non præiudicat, sed respicit tantum solennitatem & figuram iudicii. Gail. 1. obs. 75. n. 5. & 6. Et quod nullitas omissionis in Camera non attendatur, præiudicia sunt in causa **Wormbs** contra **Pfalz**, & alia. Et Guido Papæ decis. 58. testatur litis contestationem non requiri, nisi in maioribus causis.

Conclu-



Conclusionem autem causæ & omitti posse pluribus ostendit Gail. r. obs. 107. *num. 1.* Quod vero ad sententiam attinet, verisimile non est, diligenter auditis partibus consiliarios nihil pronunciaffe, & in hoc magis credendum literis alicuius Principis vel magistratus, *dass die Kähte Erkamtnuß gethan* / & non est necesse uti verbis, *absoluo* vel *condemno*: sed sufficit, si substantialia contineat verba vel æquipollentia, & per relationem ad acta. Cum itaque ipsemet supplicans fateatur, se fuisse citatum, sufficienter auditum, suas etiam probationes admittas, videtur sane in hoc processu, qui forte de stylo illius curiæ ita solet obseruari, nihil desiderari posse.

Exceptio nullitatis per lapsum triennii. Exceptio nullitatis sententiæ, quod in prima instantia lata sit post triennium à tempore litis motæ, & sic contra dispositionem *l. proper indum. C. de iudic.* non recipitur in Camera. Quia consuetudo omnium iudiciorum priorum instantiarum est contra dispositionem illam, & in eo obseruatur ius Canonicum. *c. venerabilibus. vide Abbat. & Felin. ext. de iudic. & Abb. c. fin. n. 4. de dolo & contumac.*

Nulla dicitur sententia vel ratione iurisdictionis, vel ratione litigatorum, quia contra minorem lata indefensum, vel ratione loci, quia extra territorium lata: vel ratione temporis, quia lata die feriata: vel ratione causæ, quia non continet absolutionem, vel condemnationem, vel æquipollens, ut notatur *in l. prafes. C. de sent. & interloc. om. iud.* vide *Specul. in tit. de sentent.*

Et ita processus denegati, quia nullitas in specie non expressa est, ut in causa *E. Kraffen zu Dellmessingen contra Marggräffische Badische Hoffrät / zu Carsberg / auch Landvogt vnd 7. Richter zu Kopff. 10. Ian. An. 88.*

Sententia ante habitum consilium sapientis, si id petitum est, & causa dubia fuerit, ipso iure nulla est. *Vant. de nullit. ex defectu iurisdictionis, Ordin. n. 146. usque ad n. 153.* Sententia propter notoriam eius iniquitatem nulla est. *Vantius, de nullitat. ex defectu iurisdictionis. n. 127. Gabriel. lib. 2. de sent. conclus. 10.*

Desertio appellationis & nullitatis, Stump. Anno 1538. 13. Nouembris, in quadam causâ per ipsum relata, dixit hic in Camera obseruari, quod nullitas veniat incidenter ad appellationem & iniquitatem, & idcirco decurso tempore ad appellandum non admittatur, etiam cognitio super nullitate & deserta appellatione, quoad iniquitatem deserta etiam censetur, quoad nullitatem. Videtur tamen, quod per viam querelæ super nullitate agi possit, etiam lapsò tempore ad appellandum.

NVNCIVS CAMERÆ.

**N**VNCII Camerae si nimis sero post effluxa fatalia processus exequantur, idque fiat sine culpa partis aut procuratoris, non debet hoc nocere partibus. Quoniam autem elapsis fatalibus ea prorogari amplius non possunt, causa deserta pronuntianda. Si tamen appellans petat se restitui, aut etiam ex officio, appellato comparente & presente, restitui debet. Sin appellatus absens sit, & citatio ad videndum se restitui decerni debet, si eam petat, & nuncius multandus *nach Ermässigung. R. d. Anno 83.*

Si iustis de causis & impedimentis nuncius impeditus, intra terminum quidem fatalium processum executus fuerit, ita tamen, ut finis iam instaret, & interea per Procuratorem, ob instantiam loci prorogatio petita, & postea intra tempus petitum processus reproducti: citatus autem non compareat, non debet contra citatum proclama decerni, aut in contumaciam procedi, sed



sed causa pro deserta habenda, & Appellanti ad beneficium in integrum restitutionis confugiendum. R. D. Anno 93.

Si per nuncium stetit, quo minus citatus in termino comparere potuerit, tum distinguendum est: Aut citatus postea comparuit, & eo casu exceptione desertionis non obstante in causa procedere debet: aut etiam restitutio in continenti concedenda. Aut citatus non comparuit: & tum cognita causa impedimenti nuncii, quo impeditus fuit, si restitutione opus sit, Appellanti illo loco restituat, quo fuit tempore extractorum processuum, & processus denuo expediti faciat, noua citatione decreta, qua illi significetur, quod Appellans restitutionem impetrarit, & sciat effectum sententiæ in suspensio esse. Quod si vero nuncii culpa interuenit, tunc is sua culpa processus redimere, & denique exequi debet.

Nuncii singulos, ad quos processus directi sunt, conueniant, non vni aut alteri forte fortuna oblata, etiam cæterorum nomine processus insinuent.

Nisi ex relatione nuncii, aut alio modo ex actis Iudici constet de citationis executione, tunc licet aliæ solennitates in sententia obseruatæ sint: sententia tamen non valet. Et sic in Camera obseruatur. *Bal. in l. sententiam. Cod. de sent. & interloc. l. multum. ff. de condit. & demonstrat.*

Nuncius Cameræ circa processuum executionem negligens punitur, si scilicet processus non rite exequatur, si soluendo non est, adeo ut parti per negligentiam ipsius læsæ damnum emendare nequeat, alia pœna ad arbitrium Iudicis multandus est, ad modum scilicet culpæ. Ita Abb. pulchre in Iudice negligente *in c. quoniam contra. n. 18. in med. ext. de probat.*

## O.

## OBLIGATIO.



N obligatio pœnalis in foro conscientiæ subsistat, & teneatur quis quoad Deum pœnas soluere? Philip. Franc. *c. praterca requisiti. de appellat. col. pen. in fin.* tenet quod non. allegat gl. *c. fraternitatis. 12. quæst. 2.*

Communitas quando obligetur, & quæ solennitates ad hoc requirantur? Vide in verb. *Mandata de soluendo. Cæterum part. 2. c. 3. num. 332. & seq.*

## OBSTAGIVM, Manung in die Leistung.

De iure obstagii, & an talis euocatio seu admonitio diffamationem seu iniuriam inferat, disputatum in causa Præpositi Constantiensis contra Gürstenberg. Et ante hac obligationes sub pœna obstagii pro validis habitæ, ut Anno 48. in constitutione politica, sub tit. *Von wucherlichen Contracten. §. fin. vide Gail. 2. obseru. 45. & in Camera sæpius approbatæ, ut in causa Baden contra Baden 19. Maii Anno 44. Item in causa Dettingen vnd der Gemein zu Büßel contra Spitalmeistern zu Pforzheim Anno 66. Tamen An. 77. sub tit. 17. huiusmodi obstagia in posterum sublata & interdicta sunt.*

## OPIPIO



## OPILIO.

**D**E damno iniuria Opilionis dato quis teneatur? Iniuria & negligentia Opilionis in villa *Fleischheim* per oues d. villæ arbusta *Wimpffen* depasta sunt. Quæstionis est; an Opilio, an vero Communitas in *Fleischheim* damnum iniuria datum resarcire teneatur? Et in causa decisum est, Communitatē damnum datum post æstimationem emendare & resarcire debere, vel de noxa teneri. Licet enim Communitas non iusserit: tamen tacite ratum habuit. *Afflict. decis. 87. num. 7. Henning. cons. 1. de iure pasc. Spec. de iniuria. §. sequitur. num. 19. & seqq. Salic. in l. de his. num. 2. C. ad leg. Aquil.* Opilio in flagranti facto damnificationis deprehensus est, & saltuarii vnus dicto creditur. *Bart. in l. diuus. num. 8. de Custod. reor. Salic. in l. ea quidem. num. 19. 22. & 23. C. de accus.* Ergo damnum illud non in Opilionem tanquam personam priuatam declinatum est, sed in Vniuersitatem. Et probato damno satis est probata culpa. Actio igitur de noxa separari non potest, & licet ad indagandum dominum pecus includere & retinere, *Zaf. in l. prator ait. §. de iis autem. num. 8. de damn. infect.* Quo cognito restituantur domino pecora. Ita in causa ciuitatis *Wimpffen* contra ciuitatem in *Fleischbach* obseruatum est.

## ORDO NOVARVM.

**A**D ordinem nouarum pertinet punctus executionis, quoad partitionem: secus quoad liquidationem. Anno 92. 3. S. D. 50.

Item punctus expensarum, quæ expeditionis pars fuit, est sine mora expediendus. *Ord. t. 50.* Ideoque ad designationes expensarum in nouis expediendum. *ibid.*

Causæ nouæ sine ordinariorum & extraordinariorum differentia quauis audientia peragenda. *ibid. R. 16.*

Contumacia non agentis in proximo obtento termino ad reproductum mandatum cum clausula, de relaxando captiuo in nouis accusanda.

Iuramentum calumniæ petitum in nouis præstandum. 67.

Punctus partitionis in pignorationum causis vsque ad finem peragendus in nouis.

De malitia quoque in nouis iurandum.

Etiam causales in nouis porrigendæ, licet præiudicialis terminus fuerit præfixus. 80.

## ORDO PRÆFIXARVM.

**P**VNCTVS liquidationis semper ad præfixas pertinet, etiam in puncto executionum. Anno 92. 3. S. D. 50.

## Oesterreich.

**D**E priuilegiis domus Austriacæ, quando scil. exempta sit à iurisdictione Camerae, vide disputationes & vota in causa *Truchses & Hohenembs* contra  
Hh tra



tra Stichen vñnd Landtwibel / M. Martio Anno 1567. Item in causa Schellenberg contra eodẽm. 1. appellationis, & Fugger vñd Bact contra eodẽm. Negat autem Archidux Austriae in omnibus causis, tam simplicis querelæ, quam appellationum, se hic à C. iurisdictione exemptum esse conueniendum. Vide etiam dominorum vota in causa Württemberg contra Desterreich. Vide Mynf. 5. obs. 58. n. 1. 2. & 3. Item in causa Nippenburg contra Fiscalem zu Altorff 28. Octob. Anno 91.

Proceß contra Desterreich decreti auff die Pfändung / vt in causa Schluderer contra Desterreich 8. Nou. Anno 68. Fürstenberg contra Desterreich 8. Nou. An. 68. Hans Wolff von Habsburg contra Desterreich 15. Maii, Ann. 71. Württemberg contra Desterreich.

Et contra Desterreich Mandata auff die Pfändung decerni posse, maxime quoad Landvogtney Schwaben / conclusum in pleno consilio An. 66. Et habetur commune conclusum de Ann. 50. (alii 51.) 5. Dec. vbi decisum & conclusum, Cameram esse in possessione decernendi processus contra Desterreich / in causa Hans Laur & Fugger pro interesse contra Georg Bercken principaln, & Desterreich pro interesse.

Citatio & inhibitio decreta contra Desterreich in causa Schaumburg contra Glöckler vlt. Ian. & 9. April. An. 54. vide reproductum Wettenhauen contra Erzhertzog J. & in causa Truchses contra Melcher Stichen 8. Oct. Ann. 75. productum, vbi in der Landtwibel Verzeichnuß num. 21. Et in causa Schelberg contra Glöckler in defensionalibus. Ann. 75. 7. Dec. productum in artic. 26. vlt. que ad artic. 42. quibus in locis plura habentur præiudicia.

Et in causa Nippenburg contra das Landgericht vñd Fiscaln des Königl. Landesgerichts zu Altorff M. Aug. An. 89. vide vota dominorum. Arctior inhibitio decreta in eadem causa 14. Febr. reproductum. 5. April. An. 75.

Citatio, inhibitio & compulsoriales decreta in causa Nippenburg contra Fiscalem des Kayserlichen Landgerichts zu Weingarten seu Altorff 4. Iulii Anno 89. contra der Kayf. May. Erblandt mögen nicht ans Cammergericht citirt werden / vñd gehören daher nicht / nisi in causa fractæ pacis, vñnd der Anschlägen. Ita conclusum in gratiam I. R. fuit in Comitii Augustanis, & in eo haben die S. D. R. E. B. V. M. G.

Imperator Carolus V. Augustæ in Comitii, maturo consilio der Chur vñd Fürsten / & statuum declarauit, daß vom Landgericht in Schwaben ad Regem vt Ducem Austriae appellirt soll werden / & quod nulla appellatio inde ad iudicium Camerae angenommen / oder einige Proceß dem Haus D. N. zu wider in Camera außgehen sollen. Imo R. I. in d. Erklärung / sub pœna 30. M. P. auri mandauit I. C. ernstlich / kein Appellation vom Landgericht in Schwaben / vel aliis A. iudiciis anzunehmen / noch Proceß / domui A. zu wider / außgehen zu lassen / oder sich einiger Erkendnuß super priuilegiis illis anmassen / sondern soll D. N. bey ihren Priuilegien bleiben lassen / cum clausula annullante. R. I. Anno 31. wiederumb ein Erklärung gethan / vñnd damit dem Cammergericht sub pœna 50. M. P. auri, cum clausula annullante, gebotten / daß sie sich Appellation vñd Erkländt nuß aller Processen wider D. N. Freyheiten gänglich enthalten / & prioribus R. I. iussibus pareant. Solche I. mandata vñd Erklärung hat man J. E. zeitlich insinuiren lassen.

Mandatum sine clausula contra Desterreich erkannt vñnd das Landgericht zu N. Anno 87. Executoriales decreta in causa D. Hunger contra OR. in specie, die Landvogtney Hagenaw ratione der Schönbergischen Gütern zu W. Anno 90.

Et ita



Et in causa Suggen contra Oesterreich das Gerichte zu Stackhoch betreffend/ ei decreta citatio & compulsoriales periculo partis. 6. Aprilis Anno 92. Truchseß contra Tappfingen vnd die Richter des Landgerichts zu Weingarten / vbi citatio, compulsoriales & inhibito decreta à sententia competentia. 19. Maii, Anno 92. Et in causa W. H. Bay. contra Landrichter in Obern vñ Nied Schwaben auff Lewkircher Heide in der Pürsch citatio & compulsoriales decreta, sed inhibito denegata. 25. Augusti Anno 92.

P.

PACTA.

**V**IGESIMO QUARTO Maii, Anno 44. in Camera Ioannes Palatinus à Summern/ & N. Comes de Egmond petierunt, vt super pactis dotalibus inter sese initis pronunciaretur, seque condemnari ad ea pacta seruanda, wie sie dann auch darzu auff ihr bewilligen vnd begeren / scilicet vnuerbrüchlich zuhalten/ condemnirt/ vnd darüber noctürfftige Proceß erkannt worden seyn. Et sic notandus varius iste & miserabilis processus, in quo voluntarii & vlronei cōdemnantur, sua pacta conuenta zu halten: nimirum ad maiorem fidem rei extraiudicialiter gesta, & sic iudicialiter roborata, ex edicto scilicet prætorio de pactis, quod est, pacta (que non sunt absona) seruabo. Vnde est condemnatio voluntariorum, cum alioquin inuiti soleant condemnari: & inuitus iudicium patitur. Huiusmodi voluntariæ condemnationes sunt quidem iuris, licet earum stylus non sit adeo frequens. Fiunt autem huiusmodi condemnationes solummodo ad effectum executionis, vt si forte contingeret, alteram partium non stare velle pactis, ea statim conuinci & compelli possit ex sententia, tanquam ex re iudicata, sicque executio sit in promptu. Et huiusmodi condemnatio habet paratam executionem. In Brabantia talium voluntariarum condemnationum communem aiunt esse practicam.

Pactum de reuendendo non afficit rem ipsam, & ideo non datur contra tertium possessorem, pulchre omnium Gail. 2. obs. 16. per tot. Fallit 1. quando talis emptor sub hypotheca omnium bonorum suorum promississet reuendere venditori, quia talis hypotheca continet tacitam rei vindicationem, maxime si iuramentum accessisset: quia habet vim specialis hypothecæ. 2. si sub speciali, domus, vel alius specialis rei hypotheca id factum. 3. fallit: si illa clausula adiecta, *omnia & singula bona obligo, hypotheco, & oppignoro tibi*. 4. si dicatur, *omnia mobilia & immobilia*. Vide Crauet. *consil.* 381. per tot. De pacto de retrouendendo, & quæ actio competat in illo casu, & plura notatu digna, vide in voto in causa Leißberg contra Mittendorffern Anno 91. 5. fallit, si statutum expressis verbis diceret, quod tale pactum contra hæredes emptoris, vnd alle andere Inhaber competat, quia tunc rem ipsam afficit, prout est statutum in ducatu Würtembergico.

Pacta dotalia, vt vnus alterius habeat hæreditatem, non valent, vt conclusum est in causa Anna Buschlen vel Sprolanden contra Philips Buschler 7. Iunii Anno 53. tametsi tertii refragantis opinio mihi magis placeret.



## PARITIO.

**P**ARITIO in primo termino docenda, aut exceptiones proponendæ. Vide *exceptio*.

Partitionem in 1. termino non docens, aut excipiens, postmodum non est audiendus, sed expresse ad partitionem cogendus. An. 92.3. S. D. 52.

In puncto partitionis. Item quando causales producuntur in causa pignorationis, Notarii in margine notare debent, an recessus in nouis aut præfixis sit habitus. R. D. An. 83.

In puncto partitionis & mandati pignorationis habenda ratio interesse, quod à re ipsa causatum, non solum naturaliter, sed etiam per vsum, ad quem vnumquodque destinatum est, in odium pignorantis. Vide *interesse*.

Partitione præstita si pignorans relaxatum, constitutum aut restitutum pignus ex eadem causa denuo capiat, is sine alio nouo mandato, sed ex priori, & re iudicata in pœnam illius declarandus.

Paritio an suspendatur, si non fiat repromissio à pignorato *des Widerstellens vnd abgenommenen Pfandts Widergebens?* Resp. quod sic: decisum in causa *Landeschad* contra *Rüden* 14. Nou. An. 90. Et in causa *Bremen* contra *Braunschweig* 19. Nou. An. 90.

Si paritio non simul integra, sed per interualla, lacera & manca probetur & doceatur, ad pœnæ declarationem, arctioresque processus recta deueniunt. Post iniunctam factamque partitionem, si simile postea factum eiusdem iuris intuitu repetatur, mandatum secundum pœnam grauiorem continere debet: cui si primo statim termino, aut saltem intra 8. vel 14. dies paritum esse non doceatur, siue priores antea non attentate exceptiones denuo opponantur, ad pœnæ declarationem confestim procedendum. Sin idem profus factum, & ex eadem causa repetatur post partitionem, tum sine nouo mandato, ex re prius iudicata reus in pœnam declarandus.

Paritio debet viua voce plene doceri, aliàs si separatim fiat, item si exceptiones omnino friuolæ opponantur, nihilominus declaratio pœnæ fieri debet, & arctiores processus decernendi. Anno 92.3. S. D. 54.

Paritio semel iniuncta, si adhuc semel pignoratio vel arrestum fiat eiusdem iuris gratia, tunc grauiori pœna mandandum, & præcisè reus vrgendus ad proximum, vel certe breuem terminum 8. vel 14. dierum ad docendum de partitione. Vide *pignoratio*.

An paritio sententiæ per priuatam Missiuam iudicialiter exhibitam doceatur? R. Non. Legitimum enim documentum requiritur, quod per publicum instrumentum & testes probatur. *l. i. C. de probat.* præterea si exhibitæ Missiuæ fides habenda esset, sequeretur, quod actori in propria causa deponenti credendum foret, id quod iure receptum non est. *l. in omnibus. l. iuris. C. de test.* ideoque vltior paritio iniungitur. Sic factum in causa *Michel Bibel* contra *B. zu Nassau* 29. Ian. An. 65.

N. pignorans sistit captiuum Notario, qui eum medio iuramento interrogat: quando & quibus conditionibus dimissus & desuper faciat etiam instrumentum: quod pignoranti sit documenti loco, quod mandato paruerit. Sic factum in causa *Stockheim* contra *Stockheim*. An. 59. relata. vel etiam pignorans producit aliquos coram Notario, qui deponunt de partitione, super quo Notarius instrumentum conficit. Ita fecit *Hans Wolff von Absburg* conuentus à *Teutschmeister*. Anno 58.

Depa-



De partitione mandato executoriali non integre facta. Quæro, an is, qui pro parte mandato executoriali paruit, in altera vero parte impeditus parere in pœnas, ob non factam integram partitionem sit declarandus? Nam licet quoad fructus satisfecerit sententiæ: quia tamen syluam & fundum cum pertinentiis non restituit, non videtur paritum. Nec enim particularis solutio inuito Actore admittitur. *l. cessus. ad exhib.* Sed tamen quia ex instrumento partitionis oblato constat Reos voluisse vacuum possessionem Actoribus tradere, nisi Dux, in cuius territorio sylua est sita, immisionem impediuisset, in pœnas declarari non debet: quia autem fecit, quod potuit, legem adimpleuit. Nec per hoc etiam Dux dicitur fecisse iniuste, qui talem immisionem in suo territorio per extraneum Principem fieri non patitur. Nam ea fieri debet per Superiorem, in cuius territorio res sita. *l. unic. C. ubi de her. ag. & text. gl. in l. cum vnus. §. his qui de bon. auth. iud. possid. Bar. in l. diuus. de tut. & curat. dat.* Ita iudicatum in causa Prohel contra Mechelburg & Molekhen 4. April. An. 65.

PARTVS.

PARTVS, qui in vtero matris vixit, mortuus autem editur, quem habet successorem? Es hat das Kindelein in Beyseyn der Ammen ein Händelein auß Mutterleib gestreckt / dadurch es lebendig seyn / nimirum ex viuo motu, wol verstanden / darnach wider eyngezogen / vnnnd nicht lang darnach todt widerumb herauß kommen / wolt die Mutter das Kindt wer lebendig gewesen / & ita succedere ex S. C. Orficiano. Agnati mariti mortui negabant infantem viuum prodiisse, secundum hoc responsum est ex *l. qui mortui. ff. de verb. signif. vide l. vxoris abortu. C. de posthu. hered.*

PATER, PATERNUM OFFICIUM, ET POTESTAS,  
ET DE PATRIA.

FILIVS FAMILIAS non habet personam standi in iudicio, ideoque Ruffen contra filium famil. denegatum in causa Hüglen vnd Frank / Vatter vnnnd Sohn der Parenoten / Appellaten / contra Leonhart Jägern vnd Hans Gebott Appellaten. Pater nolebat ratificare gesta filii in iudicio (quamuis abunde constabat, filium comparere nomine patris) allegans, summam hanc esse nullitatem quæ possit ad mille annos opponi, iuxta Vant. *tit. quib. mod. sent. nullit. opponatur. num. 59. & seq.* Quærebatur, an processus ille posset saluari? Alciat. *de presumpt. reg. 3. presumpt. 9. n. 22.* dicit: standum narratis Notarii, afferentis, coram se hæc & hæc acta esse. Accedebat hoc casu alia ratio: quia ex actis constabat, quod pater sciebat, filium hanc causam tractare. Ex quo ergo non prohibuit, videtur mandasse Vant. *tit. quib. mod. nullit. opponatur. nu. 94.* Sententia lata 12. Iun. Anno 90.

Filius familias quando officio Iudicis agit, semper habet personam standi in iudicio. Item in omnibus iis, quæ sunt tantum præparatoria iudicii, vt libelli oblatio, priusquam sc. lis contestetur. Nam tempore litis contestationis incipit patris consensus esse necessarius. *l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim.* Vide Arnold. Perenn. *in consuet. Burdegal. lib. 1. tit. 1. §. 3. fol. 15.*

De filiofam. quando obligetur, vide *ibid. §. 1. & 2.* Item si sit consuetudo in loco, quod vxorati non sint amplius in patria potestate, quia tunc habent etiam personam standi in iudicio. Vide Dober. *in Repertor. in verb. patria potestas.*

Hh 3 Item



Item filiusfamilias potest in omnibus casibus esse in iudicio sine patris consensu, ybi patri nihil quæritur vel adimitur, per gloss. & Abbat. *in cap. ex parte. de restitut. spoliat.*

## PAUPERES ET PAUPERITAS.

**PAUPERI** non currunt fatalia. Gail. 1. *obs.* 14.

De excusationibus, quas paupertas præbet. Mynf. 4. *obs.* 97.

Pauperibus non decernitur citatio, quam prius uisus actis, quod si ex iis constet, pauperem iniquam causam fouere, denegatur citatio, & retinentur acta in iudicio, nec restituntur pauperi. Et licet Ord. *iii.* 41. loquatur de initio tantum: tamen ibidem est, si in processu causæ pars ob paupertatem iurare uellet, quia acta examinanda essent similiter, ad excludendam fraudem pauperum, quia aliàs ab initio processus suis sumptibus redimerent, & postea iurarent, & partem aduersam temere vexarent. Et ita obseruatum in Camera ad *notat. ad 41. iii.* Hoc tamen fallit, si dominis planum sit, quod non sint iudices in causa, & non fundati in iurisdictione, sed causa apud alium Iudicem prosequenda. Ita factum in causa *Warberg* contra *Horsten*.

Pauper non admittitur pro se & consortibus, sed tantum pro se, vel si doceat, cessionem sibi vere & non simulate factam. ad *notat. Cameræ & tit. 41.* Vide supra plura in verb. *Iuramentum paupertatis.*

Paupertas an ab executione Banni excuset: Quamuis ad impossibile nemo obligetur, & inanis sit actio, quam inopia debitoris excludat: tamen illa exceptio paupertatis in puncto executionis opposita etiam in continenti probata nihil releuat, nisi pauper prius bonis cedat. Ita Anno 1494. 4. Iul. & 6. eiusdem in causa pronunciatum. Et Anno 88. in causa *Wecher* contra *Baumgärtner* 89. 4. Iun. publicata. 7. eiusdem in causa *Lindaw* contra *Ramingen*. leg. diffamari.

Pauperibus antequam processus decernuntur, acta per Referentes prius inspicienda, & videndum an bonam causam foueant: si bonam, processus decernendi sunt, citatio & inhibitio. (Compulsoriales etenim, antequam acta videantur, ab initio non decernuntur) sin malam, denegandi. Prius tamen Procuratori mandandum, ut doceat, an pauper uelit super prioribus actis concludere, vel aliquid noui proferre ac probare, & ut in scriptis id Referenti exhibeat, ut videre possit, an illud releuans sit. *Ord. p. 1. tit. 41. §. 2.*

Iuramentum paupertatis in prima instantia præstitum non iteratur in Camera: prius tamen acta videnda, ut aliàs fieri solet. Ita factum in causa *Spielmann* contra *N. 24.* Mart. Anno 90.

Quod limita verum, si uellet illo instrumento vel documento præstiti iuramenti in eadem causa uti: secus si alia, quia non audietur, nisi rursus in Camera iuraret. Ita practicum in causa *Contardi* contra *Martin Sagen Hausfrauen*. 14. Decemb. Anno 49.

Si pauper sententiam obtinuit, & contra illum appellatur, ex bonis litis alii debet. *Zaf. in Rubr. de inoff. test.*

Item hoc iuramentum in vna causa præstitum non releuat in alia. Ita decisum in *conf.* 14. Dec. Anno 49.

Documentum paupertatis vel à magistratu suo, vel altero homine fide digno exhibendum est. Ita *Ristenmacher* / qui fuit ciuis Hailbrunnensis datum



tum hic Spiræ à notis hominibus testimonium paupertatis. Idem factum reperitur in causa *Lübeck* contra *Eberhart Altus*.

PAX PVBLICA, *Landsfriedt*.

**P**A C E M publicam etiam per pauciores offendi posse, utpote per quinque, vel sex. Item etiam omittendo, als da man einem *Landsfriedbrecher* nit nachfolgen will/ & ibi non requiritur coadunatio. R. D. F.

Quando pax publica rupta dicatur, in Iudicis arbitrio positum est R. D. F.

Pax publica per vnum tantum non rumpitur, ideoque processus non decernendi, sed talis aggressor vel latro suo magistratui remitti debet. R. D. F.

Pax publica, licet per vnum non frangatur: tamen per vnum in eam delinquentem etiam processus decerni potest.

Dolus, quamuis ad pœnam pacis publicæ requiratur: tamen in extrahendis processibus eum præcise narrare non est opus, sed sufficit, eum ex facti qualitate præsumi.

Dolus verus quamuis in tanto delicto probandus: tamen sufficit, circumstantias violentiæ, adeoque qualitates, ex quibus dolus probatur, probari, cum dolus directo probari nequeat, tanquam in mente turbantis consistens, ideoque si qualitates, propter quas processus decreti, probantur, recte turbans ad pœnam pacis publicæ condemnari potest, propter verba constitutionis: *Das aller Behelff/ auch Ursachen/ wie die Namen haben möchten/ vnd vnter was Schein die gesucht würden/ aufgeschlossen vnd hindan gesetzt seyn sollen.* R. D. F.

Dolo in pace publica non manifeste probato, sed tantum per circumstantias, tunc banni pœna non infligitur, sed arbitrio Iudicis moderata commutatur in pœnam pecuniariam. Ita factum in causa *Waldeck* contra *Bayern/ Detsingen* contra *Brandenburg/ Straßburg* contra *Hanaw/ Eberstein* contra *Dies/ Wisbeck* contra *Pfalz/ Stralendorff* contra *Plessen/ Flerßheim* contra *Dies*. R. D.

Quis dolum probare debeat? Et certum est, alleganti dolum eius probationem incumbere. R. D. F.

Quis autem dolus requiratur, ut quis in pœnam fractæ pacis condemnetur, tradit *Mynf. 4. obs. 98.* Vide supra verbi *Dolus verus*.

Quæuis probabiles causæ excusant à dolo, qui in causis fractæ pacis maxime attenditur, wann einer erhebliche Ursachen seiner Handlung vorbringt. Item wann er nit *Landsfriedbrüchig* cum armis, sondern nur ein nachbarlicher Span/ non decernuntur mandata de restituendo, sondern werden gewiesen/ vermög der Ordnung/ an gebührenden Orten Hülff Rechtens zu suchen.

An condemnatio super fracta pace fieri possit, si ex defensionibus Rei appareat, factum non esse *Landsfriedbrüchig*/ neque dolum commissum: Reum tamen lata culpa non carere, cum eo ipso iurisdicatio Cameræ non fundata esse videatur, tam in puncto citationis, quam mandati de restituendo, an vero absoluto Reo is ad ordinarium vel competentem Iudicem remittendus? Respondetur, quamuis prima fronte ita videatur: tamen quia ab initio factum narratum, quod sit *Landsfriedbrüchig*/ & debitæ etiam qualitates & requisita numerata ex libelli narratione, non probatione, iurisdicatio fundatur. Ideo putant domini, causam ibi retinendam & decidendam, vbi cœpra est, & pœnam banni in pecuniariam conuertendā, iuxta p. 3. tit. vom Gewalt des Camerger

merger



*mergerichts*/idque ideo, ne constitutio fractæ pacis fiat elusoria, & accusator inanibus sumptibus diu defatigetur.

Reo à citatione absoluto tamen potest Iudex in puncto mandati pronunciare definitiue, quia sunt puncta omnino separata, ac separatim ac diuisim in iis proceditur. Ita vt in vtroque puncto lis separatim contestanda. R. D. F.

Aliud est, pacem publicam frangere, ad quod coadunatio hominum, ad minimum duorum vel trium requiritur, & vis armata: longe aliud est, in eam delinquere, vbi hoc non requiritur, etiam in casu receptatorum diffidorum, victualia denegantium. R. D. f.

Diffidatores quando ad pacem publicam pertineant, & quando eo casu processus decernendi, narratur supplicatio, vbi dicitur, id debere fieri iuxta requisita l. diffamari, vt ad obtinendos processus diffidationem factam esse, aliquo documento probetur.

Denegatio victualium quando ad publicam pacem spectet, nempe si etiam aliquo modo probetur. Nec enim sufficit nuda narratio, sed narrandum, **daß die victualia freuentlich vnd fürseztlich gesperrt**: potest enim aliquando iusta causa subesse, denegandi alimenta.

Conatus ad frangendam pacem publicam, non ad effectum perductus, qualiter ad pacem publicam pertineat: vt si impeditus sit. Et eo casu narranda sunt, coadunatio hominum, & vis armata: item dolus, sed quod effectus non sit subsecutus. Est tamen pœna iudicis arbitrio moderanda. R. D. f.

Breuitur igitur: quando narratur, pacem violenter fractam, tunc vis armata narrari debet. Sin tantum dicitur, peccatum esse in pacem publicam per receptatores, diffidatores, illo casu narratione violentiæ non est opus.

Pœna autem fractæ pacis etiam ex circumstantiis moderari potest, & conuertitur in ciuilem, Myns. 2. obs. 30. extant præiudicia in causa *Waldeck* contra *Bayern/Deettingen* contra *Brandenburg/Strasburg* contra *Hanaw/Flersheim* contra *Deck/Wilsperg* contra *Pfalz/Stralendorff* contra *Blesen*: idque omne prudentis iudicis arbitrio relinquendum. R. D. f.

Constitutionis fractæ pacis duæ sunt pœnæ, & liberum actori relinquitur, ad quamcunque velit agere. Myns. 5. obs. 28. & 2. obs. 20. & 4. obs. 34. *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. vlt. n. 16.* Vna pecuniaria 2000. *M. feins Goldts* (fac. 144000. fl.) mit *Verlierung aller Kayf. Freyheiten.* Altera, da einer mit Leib vñ Gut verfallen: & est in arbitrio Actoris, ad vtram pœnam velit agere. Myns. 5. obs. 58. Et licet *Landfriedbrecher* seynde ipso iure in die Aecht gefallen/requiritur tamen præcedens causæ cognitio & declaratio. Myns. 2. obs. 43. *Gail. de pac. publ. 2. c. 3.* Fit autem declaratio banni, vel potius eius sententia concipitur hoc modo. *Protonotarius erz zehlt auß dem Br̄theilbuch alle desß Beklagten Handlungen / mit Vermeldung / die weil dieselben beweisen / daß Beklagter derwegen / vermög der Ordnung in die Aecht erz klärt.*

Accusatore mortuo, hæredes eius ad reassumendum litem admittuntur. Si non vt hæredes saltem vt extranei, præsertim si intra 30. dies, saltem vtiles, se intromittant, quo casu etiam actiue talis actio ad hæredes transit. *Ord. p. 2. tit. 9. §. fin.* idque siue ante, siue post litem contestatam. R. D. f.

Et quod de hæredibus accusatoris dicitur, idem intelligi debet de hæredibus accusati, ex identitate rationis, quoad pœnam pecuniariam tantum, & è conuerso. Instantia enim ratione banni tantum, non etiam restitutionis, damnorumque perimitur. Nam si super damnis & restitutione ablatorum actum, tum instantia hæc transitoria est ad hæredes. *Ord. p. 2. tit. 9. §. fin.*

Accusatore mortuo instantiam perire fallit 1. quando neque lis contestata



stata, neque heredes Reum repetant, vel denuo accusent, neque Iudex ex officio procedat, quo casu instantia perit. Secus est, quando vellis contestata, vel hæredes se in tempore offerunt legitimando, & acta ratificando. Et ita decisum in causa **Stralendorff** contra **Blesen**. R.D.F.

Mortuo accusatore ante litis contestationem, non quidem actio ratione pœnæ ad hæredes transit, sed bene mandati de restituendo, siquidem coniunctim & diuisim cum citatione emanarit mandatum de restituendo, Iudex in eo casu ex officio potest procedere ad pœnas, & mutare bannum in pœnam pecuniariam. Imò & pœna pecuniaria petita quandoque moderatur. Mynf. 1. obs. 90. & 2. obs. 8. & 5. obs. 75. *Schneider v. ad tit. 6. Instit. §. pen. n. 4.*

Licet causa sit criminalis: processus tamen est civilis: & bannitus declaratur in expensas.

In causa fractæ pacis nulla admittitur dilatoria exceptio, si Reus est Laicus, præterquam litis pendentis & præuentionis.

Licet Clerici non agant, nec conueniantur ad pœnas fractæ pacis. Gail. 1. de pace publ. c. 8. agunt tamen ad restitutionem & ad damna, quo casu probato facto declaratur in bannum ex officio.

Accusatio quando in hæredes transeat. Vide Mynf. 4. obs. 98. *Schurff. conf. 12. n. 1. 2. & 3.*

Hæc constitutio non solum personas seculares obligat, sed etiam Ecclesiasticas, nullo personarum discrimine habito, etiam si inter utrosque & procedendi & damnandi modos differentia sit, sc. quod seculares, probato delicto, in bannum imperiale declarentur: Ecclesiastici vero suis priuilegiis & regalibus priuentur. Gail. 1. de pac. publ. c. 3. & 2. obs. 48. in fin.

Nota: In casu purgationis admittitur probatio in contrarium, etiam si iam præstitum fuerit iuramentum. *l. admonendi. ff. de iureiur. Host. in summa de purg. Canon. Gail. 2. de pac. publ. c. 8.*

Licet actio criminalis expiret, & ei præscribatur per an. 20. iuxta *l. querelam. C. de fals.* & huiusmodi actionibus æquiparetur actio fractæ pacis: tamen si super fracta pace peterentur processus post 20. annos, Iudex decernere deberet, quia si pars non opponeret exceptionem præscriptionis, Iudex in criminalibus potest iudicare. *Bald. d. l. querelam. & Bart. l. absentem. ff. de pœn.* Secus si hæres, contra quem agam, non opponat, instantiam peremptam morte Rei. Mynf. 1. obs. 39. & 4. obs. 35. Et sic Iudex non debet supplere huiusmodi exceptionem, quod tempus non tollit crimen.

Nouæ constitutioni *des Landfriedens* an etiam Clerici subiecti? Quando lex civilis alicuius certæ qualitatis attribuit alicui iurisdictionem, ea iurisdictione non solum Laici, sed etiam Clerici actiue & passiuè obligantur, si in utrisque, tam Clericis quam Laicis illa qualitas inhæreat, super qua fundatur illa iurisdictione, etiam in præiudicium iurisdictionis Episcopi, quoad Clericos. *Abb. cap. caterum. de iudic. in 6. Ias. l. si constante. numer. 81. ff. solut. matrimon.* Quoties autem ad fundandam iurisdictionem allegatur contractus aut qualitas, sine qua non est iurisdictione, tunc exceptio quod de contractu iurisdictionis, saltem summarie impedit litis ingressum. *Franc. in c. 1. num. 23. de lit. contest. lib. 6.*

In causa fractæ pacis quando additionales citationem requirant? Quando pars citatur ad se purgandum in causa fractæ pacis, licet ante fuerint illi articuli cum citatione transmissi: tamen quando Fiscalis vel alius, ad cuius instantiam citatio fuit obtenta, post responsionem factam per Reum, vel addit alios articulos adminiculares ad suspicionem, admittuntur illi ad probandū,



non autem ad respondendum sine noua citatione. Ita fuit iudicatum in pleno consilio in causa Fiscalis contra **Flehingen**, vbi citatus fuit propter receptionem banniti **Benninger** 17. Dec. An. 40. Nota ergo, additionales in causa purgationis interdum admitti, vt factum in causa **Weißberg** contra **Suernheim & Consorten** 16. Sept. An. 69.

Pro supplicationibus in causa **Landfriedens**, propter metum, quo sibi quis ab aliquo timet, vide omnino Angel. in tract. malefic. in rubr. verba iniuriosa. fol. 104. cum addit. ibid.

In causa **Landfried** an habeantur articuli pro confessatis? Iudex secundum Ordinationem in contumaciam potest habere litem pro contestata, similiter de iure communi, iuxta not. per Aret. optime in l. 2. §. si vero actor. C. de iurament. calum. Sed hoc aliquando disputatum fuit, an possit habere locum in causa **Landfrieden** in causa **Bogelmann** contra **Memmingen**. Et nos ita conclusimus. Sed posito, quod hoc habeat locum, an & postea procurator non respondens articulis & positionibus, possit haberi pro confessato? Et videtur de iure communi, quod possit. Nam illa ficta litis contestatio habetur pro vera, merito non respondens postea articulis in contumaciam habetur pro confessio, iuxta not. per Canon. in cap. 2. de lit. contestat. in 6. & per legist. in l. secunda. §. si vero actor. Cod. de iur. am. calumn. præsertim per Aretin. ibi: sed si non adesset procurator apud acta, vel dubitaretur de ipsius mandato, ex quo fit causa fractæ pacis quasi criminalis, ex qua media pœna fisco applicatur, tutius esse videtur, vt testes examinentur in contumaciam, quam quod articuli habeantur pro confessatis. Idem & olim nonnullis videbatur.

In causis fractæ pacis nulla excusant priuilegia, neque exceptiones priuilegiarum.

Accusatore mortuo, & sic instantia perempta, non tamen corrumpitur punctum mandati, puta si quo ad reliqua, factum ipsum super fracta pace aliquo modo qualificatum sit, quod plene discussum in causa **Hennenberg** contra **Hennenberg** 20. Dec. An. 66.

Queritur: an reconuentio in causis fractæ pacis locum habeat? Respond. quod non: nam causa fractæ pacis criminalis est: at in criminalibus non admittitur reconuentio. l. se iunda. §. sed si. ff. de iud. Canon prius. 3. quest. 11. cap. at si cleri. extra. de iud. cap. primo de mut. petit. in fin. Franc. Marc. decis. 712. num. 5. vol. 1. Itaque tales reconuentiones in causa fractæ pacis in Camera non recipiuntur. Præiudicia extant in causa **Stier** contra **Destierreich** 27. Aug. An. 71. **Stralendorff** contra **Stralendorff** 7. Ian. An. 67. **Hamburg** contra **Braunschweig** 19. Iun. An. 67.

Et si dubitari possit: an per diffidationem vnd **Verwahrung** pax publica violata dici possit: tamen in constitutione **Wormat**. Anno 1521. in rubr. **Auffhebung aller Behden**/ quæ reposita est in constitutione **August**. Anno 41. expresse diffidationes pro specie violatæ pacis publicæ habentur, & antea propter similes diffidationes vnd **Verwehrung** processus super fracta pace decreti faere, vt in causa **der Statt Haldensleben** contra **Kanzawen & Consorten**. Et in causa **Statten** contra **Rosenberg**/ vbi **Rosenberg** in pœnam pecuniariam condemnatus est, & in causa **des Thum Capituls zu Münster** contra **Kettenberg** 24. Septembris Anno 72. vbi decreta citatio auff den **Landfrieden**/ & mandatum de non offendendo.

Si Princeps, Pupilli, Tutores, Regentes & Administratores contra pacem publicam faciant, an conueniri possit Princeps? Resp. Non. Quid si pignoret?

non



non praesumitur Princeps iussisse? Respond. posse decerni processus: quia quicquid ad tuendum ius Principis facit, perinde est, ac si ipse Princeps fecisset, vnd mit der weis/wo fern Proceß nicht decernirt würden/ möcht er gar nicht conuenirt werden.

An in causa fractæ pacis, omissio puncto citationis, possit procedi in puncto mandati de restituendo? Respond. non: quia iurisdictio Camerae non est fuit data.

In causis fractæ pacis contra Lothringen processus decernuntur. Ita factum in causa Hanaw contra Lothringen fractæ pacis.

De praedictio non respondentis ad articulos in causa fractæ pacis. Das ob wol pars aduersa ad articulos producentis nit respondirt/ vnd ein angenommenen Terminum läst purificiren/ das dennoch kein Praejudicium darauß erfolgt/ sondern muß nichts desto weniger der Producent seine Articulos probiren/ wie er dann als bald ad probandum eos zugelassen wirdt.

Der Kayf. Landtsfriedt hat nicht stadt in subditis, quia ius semper praesumit pro magistratu, ideoque habent subditi viam iuris ordinariam, ihre Tyrannische Obrigkeit zu beklagen. Et ideo non temere praesumitur ein Landtsfriedbruch/ quando subditi conqueruntur de suis superioribus. Et ita vidi saepe disputatum & obseruatum in Camera.

In causis fractæ pacis accusatore mortuo perit instantia cum aliis probatoriis, quo ad partem: ita iudicatum in causa Iohan Corin contra Ducem I. & Consortes 12. Iunii Anno 42. Non autem quoad iudicem. Imo potest Iudex, quando ex actis sibi crimen innotescit, reum viuentem ex officio bannire in eadem instantia. Ita fuit bannitus Nobilis I. de Braubach/ mortuo P. Comite de Hanaw accusatore post conclusionem in causa in eadem instantia officio iudicis, & publicata ipsius bona männiglichem. Non autem Comitum filio aut haeredi, qui tamen mandatum ad causas dederat, & conclusionem partis factam repetierat. Actum & publicatum bannum in Camera 2. Iulii Anno 39. Filio tamen fuerunt decretae executoriales vna cum fiscali in forma solita. Et quod instantia non pereat quoad iudicem, accusatore mortuo, qui succedit in locum occupatoris, est textus in l. 2. C. de abolit. & ibi Bald. Salic. l. fin. Cod. de lib. cognosc. l. accusatore. l. inter accusatorem. 2. col. ff. de iudic.

Deficientibus requisitis citationis fractæ pacis, vt si vis publica, vis armata & dolus (vide Synopsin requisitorum Cameralium meorum) deficit Camerae iurisdictio: Ergo absolutio necessario sequi debet, etiam si factum principale plenissime probatum esset, puta spoliium: quia spoliium & turbatio non immediate ad Cameraam pertinent, sed coram iudice competente discuti debent. Ac sic rei conuenti saepissime absoluuntur, reseruato tamen actori iure agendi coram iudice competente ad pœnas iuris communiis, ratione commissæ violentiæ, damni dati aut turbationis.

An & quando in causa fractæ pacis articuli in contumaciam pro confessatis acceptentur? Vide Mynf. 3: obs. 52.

Etsi iuris, quod si aduersarius iuramentum respondendorum prestare nolit, articuli pro confessatis habeantur & accipiantur in contumaciam, cap. secundo, de confess. lib. secundo. tamen hæc regula locum non habet in causis fractæ pacis, vt ex sententia N. & R. conclusum in senatu Anno 54. vigesimo Septembris. Quia causa fractæ pacis cum criminali æquiparatur, & in ea, vt in cæteris criminalibus luce pomeridiana clariores probationes requiruntur. Ita decretum in causa Eitel Rahn contra Münchhausen 14. Octobris Anno 72.



De his etiam ad decernendos processus narrari debet propter verbum, *fi uentlich vñ gefährlich*. Sufficit tamen in genere dolum narrari, vel tale factum, quod dolum inducit, vt si narrantur infidiæ, armata manus & violentia. Sufficit igitur narrari indicia, ex quibus præsumitur. Itaque ad pœnam requiritur quidem dolus, sed ad processum sufficit narrari circumstantias, ex quibus dolus colligitur.

Condemnatio Banni in causa *Landfriedens* / & citatio ad videndum contra eum, qui aliâs extra causam *Landfriedens* non est immediate subiectus iudicio Camerae, & postea in libello actor etiam petit refectionem damni sibi illati, prout incidenter petere potest, &c. iuxta doctrinam Bartol. in l. interdum. S. *Qui furem. de furt.* possumus eum absoluerè à banno, & tamen ex officio ad refectionem damni condemnare. & hoc vt circuitus euitetur est propter connexitatem causæ, iuxta l. nulli. C. de iudic. & argumento l. quoties. C. eodem. Quia absolueno à Banno ostendimus esse Iudices eius in principali. Alioquin vero si absoluerimus à citatione, merito possumus etiam ex officio in incidenti condemnare, præsertim cum videamus causam tantam habere similitudinem cum *Landfrieden* / vt non videatur huc citatus ad eludendam iurisdictionem ordinarii iudicis. Ita factum in causa *Jacob Culman* contra *Wolff von Belberge*. 29. Nou. An. 38.

Mandatum inhibitorium quando decernatur in causa fractæ pacis, item de restituendo, vide in verbo, *inhibitorium mandatum*.

Ægrotus citatus ad se purgandum 26. Aprilis Anno 41. determinatum, & propter ægritudinem citati ad se purgandum in causa *Landfrieden* dati commissarii ad audiendum medio iuramento responderi articulis, & recipiendum iuramentum purgationis in causa *Schmeckers* contra *Hennicken Plessen* & consortes.

Citatio generalis comprehendit etiam articulum in ea nõ expressum. An. 1540. in medio Decembris citatus fuit Nobilis quidam ad se purgandum in causa *Landfrieden* / & in citatione fuit expressus vnus articulus, postea in termino Fiscalis etiam proposuit alium articulum suspicionis, quem petiit admitti: Procurator autem citati dixit se non habere mandatum ad respondendum illi nouo articulo, neque partem suam esse citatam ad hoc: Domini vero, quia videbant citationem esse generalem ad totam causam suspicionis sc. & mandatum procuratorium, admiserunt illum ad probandum, quamuis ad respondendum putauerint nouam concedendam dilationem.

Positionales in causa fractæ pacis pro confessis acceptari nequeunt: in defensionalibus tamen fallit, quia pro confessatis acceptantur.

Nota causam fractæ pacis, *Anhalt* contra *Stolberg* relatam mense Octobri. Anno 1571.

## PECVNIA.

**O**BLATIO, depositio, & consignatio pecuniæ an sint loco solutionis. Item an talis exceptio attendenda in causa spoli. Vide apud *Dolbertinum* in verbo, *oblatio debiti*. & infra in verb. *spolium*.

## PENSIO SIVE CENSVS.

**C**ENSVS seu solutio pensionis secundum monetam antiquam facienda, *Gerhard von Lohen* / *Herr zu Z. Graff zu Blanckenstein* / hat *Johannett* N. N.



N. N. 60. fl. bescheiden Rheinisch Oberländisch Gùlden der Churf. am Rhein jeden pro achthalb Mark Colnisch Payment für jeden fl. gerechnet Erblich Jarrgùlden / vnd doch auff ein Widenkauff / von vnd ab den Erbgùlden / so er jährlich fallen hat an der Statt Zulg / literæ sunt in meliori forma. Anno 1445. Solutio huius pensionis ist je vnd allweg in achthalb marcis Colon. beschehen / die in bonitate intrinseca, vber die dimidiam heutiges Tags abgenommen / Derhalben Johann Bostler dieselbig hinfurter abzunehmen sich geweigert / vund hat in prima instantia zu Nach solches mit Recht erhalten / vnd ist in Camera lata sententia confirmata. Ratio prima. Nam omnes conclusimus census vel pensionis solutionem faciendam esse, secundum antiquam monetam tempore contractus vsualem, & secundum eius æstimationem vel valorem intrinsecum. text. & Bart. in l. Paulus. de solut. nili obstat præscriptio. An autem in hoc casu præscriptum fuerit in moneta vsuali? Conclusimus omnes, quod non: contra sententiam Bartol. in l. sequitur. §. si mat. de vsucap. propter defectum bonæ fidei. Nam in foro ciuili. c. fin. de præscript. seruandum esse censuimus per Alex. conf. 3. 3. vol. 1. as. conf. 208. & 290. Bald. de præscript. 4. p. 4. p. prin. n. 5. & 7. Quod autem N. à mala fide excusari non possit, probatur ex eo, quod per annos 40. adeo notoria fuerit declinatio monetæ, vt sensus hominum, & animaduersio falli non potuerit, Secundum instrumentum de quo contestatur, prima obligatio semper debitori malam fidem ingessit. Ex illo enim seu ex Quietantiis constare potuit, in qua moneta vel bonitate eiusdem pensionem soluere debeat, vt hæc clare colliguntur ex 4. limitatione. n. 7. 8. tract. Monet. Alb. Brun. Soc. conf. 298. vol. 2. Grat. conf. 12. 13. 14. vol. 1. vbi dicit, quod aliàs census esset diuersæ naturæ, quam summa capitalis, si in minori solueretur. 3. mala fides arguitur ex reg. reuenditionis, propter quam debitores procul dubio copiam venditionis sibi referuarunt. Quod hæctenus à prædecessoribus actoris minus acceptum, hoc animo donandi factum est ex timore, damit die Gùlte nicht abgelöst würde / & hoc non posse in futuris præstationibus præiudicare. Non sic in perpetuis censibus, vbi talis timor non præsumitur. 4. Ita iam ter vel quater conclusum in Camera, quod propter malam fidem iuri offerendi nunquam præscribatur. per Dd. in l. 2. C. de pact. conuent. Quinto & vltimo facit opinio Martin. de Franc. in annuis præstationibus. de qua in gl. & Dd. ad l. cum notissimi. §. in iis C. de præscript. 30. ann. Guid. Pap. conf. 466. Capol. 343. Boer. 136. Dd. in l. de pupillo. §. in pluribus. ff. de noui oper. nunc. Præterea facit, quod iste contractus iuratus fuerit per decis. Capol. 220 Si tamen fuisset in ter. l. sicertis annis C. de pact. & l. cum de in rem. C. de vsur. si nobis de solutionis obligatione non constitisset, tunc omnes iudicasset præscriptionem locum habuisse. per c. & quarta. & c. aliam causam. de Censibus. ein Mark ist 6. albus / vund haben 24. albus ein Rheinischen Goldgùlden gethan / jeho gilter 52. albus der jehigen Mùns / thun also erst neunthalb Mark 1. Goldgùlten.

## PERITVS, PERITI.

**P**ERITI in arte (puta architecti) an testes vel iudices censeantur? Qui attestantur de peritia, non sunt proprie testes: sed potius iudices ad articulum causæ iudicandum assumpti. Bart. in tract. testium. vers. testis dicit. nu. 12. Bald. in c. proposuisti per illam text. nu. 3. de probat. per l. 1. & qua ibi not. de vent. inspiciend. atque ideo iura, quæ loquuntur de testibus, non habent locum in istis peritis. Dec. d. c. proposuisti num. 15. & hi à populo electi, qui iurarunt ab initio officii, non coguntur in singulis relationibus deinde iurare. Felin. c. d. proposuisti. num. 9. ad fin.



qui allegat Nicol. de Neapol. in d. l. 1. de ventr. inspiciend. Bald. sub fin. in d. c. proposuisti. Dec. num. 14. Felin. in c. causam. nu. 2. de probat. Electus de consensu partium, vel de mandato Iudicis, si secundum peritiam artis deponat, debet iurare, aliàs non stabitur eius responsioni. Crot. in tract. de testib. in 6. part. Vide Villalob. commun. opin. in vers. electus de consensu.

## PETITORIVM.

**C**ONSULTIVS est prius intentare possessorium iudicium quam petitorium. 1. enim si quis obtinuerit in eo, iam sit reus in petitorio, & releuatur ab onere probandi in petitorio, alter vero, qui in possessione succubuit, Actoris loco in iudicio petitorio habetur. Cuiac. in paratit. C. de interd. & ab eo probatio domini vel quasi exigitur. l. actor. 23. C. de probat.

2. Quod Actori etsi in possessorio succumbat, saluum ius petitorii conseruatur, ita vt nihilominus petitorium deinde intentare possit: sententia enim lata in possessorio non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, quia in primo iudicio possessio, in secundo proprietatis vertitur. l. & an eadem. 14. §. fin. ff. de except. rei iudic. Simili quoque ratione ipsi Reo ius in petitorio conseruatur, licet in possessorio contra ipsum feratur sententia condemnatoria ad restitutionem possessionis. Vide Cuiac. d. loco. & Schneidvv. in princ. Instit. de interd.

3. Quia quando Actor in iudicio obtinuit sententiam, in qua Reus condemnatus est restituere possessionem Actori, Reo à tali sententia appellare non licet, nec potest per appellationem, si quando de facto interponat executionem differre vel impedire. l. unica. C. si de moment. possess.

## Pfandschilling.

**O**PPIGNORATIONES immobilium sunt contractus stabiles, de iure scilicet emptionis & venditionis cum pacto de retrouendendo. Et ita conclusum in Camera. Vnde cum venditur ciuitas Imperii, veluti **Spyenheim** est vendita Palatino Electori Rheni, tunc intelligitur vendita cum fructibus iurisdictionis, vt sunt pœnæ, sportulæ, &c. Si igitur Palatinus ibi est dominus, merito ergo à sententia ibidem lata appellatio ad ipsum fieri debet, nisi doceatur, quod nominatim esset exceptum, vt appellationes fierent ad Cæsarem, vel iudicium Cameræ. Nec obstat, quod iudicium zu **Spyenheim** sit des **Reichs Gericht**/ quia sic nominatur. Nam Palatinus est in possessione vel quasi recipiendi appellationes. Ergo merito debet manere in possessione vel quasi recipiendi appellationes, donec ab Imperatore euincatur. Et sic est iudicatum in causa **Drainz** contra **G. Kerres & Consorten**/ scil. daß die Sach durch beschekene Appellation an dis Kayf. Cammergericht nicht erwachsen/ sondern wolle der Erzbischoff seine Appellation vollführen/ daß er solches an dem Churf. Pfalz.

**Hoffgericht thun solle**/ compensatis expensis. Et additio facta est propterea, quod appellans ad Superiorem appellationem propterea non deferit, sed ille, qui ad minorem appellat.

## PERIV-



## PERIVRIVM, ET PERIVRVS.

**P**ERIVRI apud Ægyptios capite mulctabantur tanquam qui duplici tenerentur scelere, vt qui pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum societatis vinculum humanæ. Ioan. Boëm. lib. 1. de Aphorica. cap. 5.

## DE PIGNORATIONIBVS, von Pfändungen.

**R**EQVISA in impetrandis & decernendis processibus pignorationum, Primum requisitum, daß beyde Theil/pignorans & pignoratus imperio immediate vnderworffen sey.

2. Quod res sit pro alia pignorata: nam si res ipsa, quæ controuertitur, pignoratur, tunc non est pignoratio: puta si quis se habere præ tendit ius lignandi in sylua, & alius præ tendit, se habere ius cædendi ligna in eadem, vnd hawt etlich Holz ab/vnd wird darüber gepfändt/ also daß der pignorans dasselbig Holz/ dz der ander abgehawen/nimbt vnd hinweg führt. In gleichem Fall/wann sich zween vmb ein Wiesen zweyen/ vnd der ander läst das Gras abmähen/ vnd der ander ladet dasselbig auff. vnd führet es hinweg/ in diesem Fall so der Pignoratus auff die constitution der Pfändung bitt/werden ihm dieselben abgeschlagen/ quia pignotatio non fit in ipsa re litigiosa, de qua controuertitur.

3. Narratur, daß der Pignorans ihm eine Gerechtigkeit durch die Pfändung der ende zu schöpfen sich vnderstehe/ daß er nicht befugt/ also den Pignoratum seines Besitz zu entwehren/ vnd dieselbige an sich zu bringen vnderstehet.

4. Daß in specie expresse benennt vnd angezeigt werde/ was daß für eine Gerechtigkeit sey/ die der Pignorans durch seine Pfändung der ende da er gepfändt/ zu schöpfen vnderstehet. Si enim Pignorans in puncto citationis, in quo tenetur ius suum pignorandi deducere, vt suo in loco mentio fiet, dicat, daß er nicht gepfändt/ ihm dardurch eine Gerechtigkeit zu suchen/ nec etiam se quicquam iuris in eo fundo, vbi pignoratio facta sit, habere, sondern allein derenthalben die Pfändung von ihm beschehen/ daß er dardurch den Pignoratum schrecke vnd trübe/ ihm oder den seinen die Pfänd/ so in andern Fällen abgedrungen seyn/wider zu zueignen vnd zu zustellen/ tali casu si paritio facta est, läst man es dabey bleiben/ daß die Pfändung also beschaffen/ daß dieselbe an ihr selbst vnrechtmässig vnnnd angezeigter massen nicht iustificirt werden mag/ so ist als dann einer deduction iuris vel causæ, darumb die geschehen/ nicht von nöten/ wie dann auch dieselbige nicht gehört noch angenommen/ sonder allein der blossen Pfändung halben/ nemblich daß dieselbige dem Pfänder zu thun nicht gebürt habe/ vnnnd hinfüro derselben sich zu enthalten/ im Rechten erkant/ vnd die Hauptsachen vnnnd Gerechtigkeit der parition an gebürlichen Orten außzuführen vorbehalten wird. Ita pronunciatum in causa Giumund contra Ulrich von Rechberg.

5. Daß die narrata allein auff das possessorium principaliter, vnd nicht petitorium gericht werden/ wiewol es ad colerandum possessorium zu zeiten mit eingeführt wird/ aber darauff wird fürnemblich nicht gehalten/ dann das petitorium gehört für die Aufsträg.

6. Das



6. Das pignoratus nicht sey pignorantis Vnderthan / als mit Eydtspflichten / Diensten Vnderthan / vnd von seinem Sohn oder Amptmann in dem gepfände / dz er ihme / als ein subditus, ratione subiectionis vel iurisdictionis zu thun schuldig.

7. Quod pignoratus non ratione alicuius criminis vel delicti gefangen / oder gepfände sey.

Hæc requisita si in contextu narrandi, vel deductione facti in suis locis, vna cum facti circumstantiis non inferantur vel obseruentur von Supplicanten pro impetrandis processibus super constitutione der Pfändung / ist sonst das Factum seiner Art vnd Natur nach qualificirt auff angeregte Constitution / so wird die Supplication decretirt / auff vorbrachte narrata abgeschlagen / quia non sit sufficienter narratum, & requisita prædicta desiderentur.

Quæ sit origo & causa huius constitutionis? Cum in causa constitutionis pacis publicæ tenendæ in Império An. 1495 inter status Imperii sæpe conuentum sit, quod quis causa tuendæ & defendendæ possessionis quolibet in territorio etiam fundo alterius iurisdictionem prætendebat, alter alterius subditos abducebat captiuos, ex quo Imperii status ad arma peruenierunt. Ne igitur alter alterius possessionem inuertat, & inferiores à superioribus opprimantur, sed publica pax Imperii conseruetur, promulgata est hæc cõstitutio.

Pignoratio quid, & qualiter in hac constitutione intelligatur? De iure communi pignorationes sunt prohibitæ, *auth. vt ne fiant pignorationes.* pignoratio autem vt hac constitutione in eiusmodi significatione non sumitur, nec Latinis verbis apte & congrue definiri potest, ist aber nichts anders / denn ein Actus, dardurch einer den andern de facto vnd mit der That seiner Possession vel quasi zu entwehren / vnd dieselbige an sich zu bringen vnderstehet / vnd also durch die Pfändung ein Gerechtigkeit zu schöpfen / deren er in Besiz vel q. vor nie gewesen. Factum tale in constitutione nostra vocatur Pfändung / quod Latine non bene sonat pignoratio. Si autem Latinis verbis exprimere licet: est actus consequendæ, & de facto euertendæ alterius possessionis, tam in personis, quam in rebus, qui actus per nouam constitutionem istam improbat.

Wo aber der Pfänder zu pfänden kein neue Gerechtigkeit hette / sui iuris conseruandi gratia, tunc talis actus est turbatio possessionis, & non pignoratio. Diligenter igitur inquirendum, vt factum, quod contigit, super vera pignoratione sit qualificatum. Nam licet cõstitutio pignorationis, restituendæ possessionis tantum locum habeat, & omnis pignoratio sit turbatio: tamen è contrario, non omnis turbatio est pignoratio. Item quod in primis scire conuenit, quomodo factum qualificetur super præsentis pignorationis constitutione, vt processus decernantur.

An per silentium impositum pignoranti cautio de vltius non pignorando iniungi debeat? Exstat præiudicium in causa Diebolt contra Münden / vbi ad impositum silentium decretum mandatum inhibitoriale, de vltius non pignorando, contra singularem successorem, non heredem pignorantis 21. Ian. Anno 83. Quod rursum cassatum est per sententiam 3. Martii Anno 84. latam: in alia quadam causa Augspurg contra Pfalz Neuburg / Ulrich Erndt / lins Verstrickung betreffend / ad impositum silentium V. extraxit ex cancellaria executoriales 16. Octob. Anno 82. Rursum in alia causa Steincallensfels contra Nassaw / ein abgepfändt Pferd belangend / cautio denegata per sententiam 16. August. Anno 85. Quia in factis negatiuis semper præsumitur pars victa acquiescere sententiæ, donec probetur contrauentio, ideo ea cessante à turbatione, cautione nõ opus est, cum sententia videatur semetipsam per se exequi. Bal. in l. diffamari. C. de ingen. & manum. In summa, in iure quaesito, siue per sententiam

tentiam



tentiam condemnatoriam, siue per negligentiam partis aduersae, plane nulla est differentia, nisi in sententiis, & nimirum, cur in factis negatiuis cautio hic fuerit denegata, cum tamen in interdicto, vti possidetis, das der N. an seiner Possession zu turbiren vnd zu verhindern zu viel vnd vnrecht gethan/ possit in Camera cautio quando cunque, nulla obstante exceptione, peti.

Si cautio exigatur de se sistendo & praesentando, ex vi mandati, restituito pignore in casu, quo pignoratus succumbat in puncto citationis, an ea necessario sit praestanda, maxime si res pignorata modica sit, & pignoratus extra dubium locuples satis sit? Resp. quod sic. An. 92. 1. S. D. 7.

Solent interdum damna captiuis vel pignorationis data, aut occasione pignorationis euenientia aestimari, vt si captiuis squalore carceris ita maceretur, vt integram sanitatem amittat, eiusque recuperandae gratia aliquid in Medicos, apothecam vel thermas impendat, an eius ratio habenda? Resp. sic. Ann. 92. 1. S. D. 9.

Si verberibus exceptus, nihil tamen in Medicum impensum, si vxor ex metu abortum faciat? Resp. sic. Ibid. si pignoratus vulneretur, vel damnum aliud patiatur, an de suo expendendum sit? Resp. quod sic. ibid.

Mandatum de non offendendo constitutioni pignorationis annecti potest. R. D.

Pignoratio & citatio constitutionis super fracta pace, possunt super vno eodemque facto, tamen in separatis processibus decerni. Ita factum in causa **Erbach** contra **Mainz die Zehndt zu Esbach** betreffend. Item in causa **P. Graff J.** contra **Graff A. zu Nassau** An. 88. 16. Nouembris. Item **Elckerhausen** contra **Graff A. von Nassau** Anno 89. 24. & 25. Ian. Et in causa **Samm** contra **Triet** Anno 88. 16. Nou.

Quando bona pignorata venduntur sub hasta, & pignoratus velit probare, pluris constituisse illa bona, statatur iuramento pignorati, cum sit praesumptio contra spoliante. Dd. in l. si quando. Cod. vnde vi. Et vendere sub hasta non est vere precium, si inuito pignorato vendantur bona. Bald. in l. fin. Cod. si aduers. ff. Et ita hoc in casu ad iuramentum admissi sunt pignorati in causa **Vinslingen** contra **Nassau** 2. mandati. **zwo Rüh vnd 9. Pferde** betreffend. 10. Nou. Anno 65.

In causis pignorationum quandoque vna remittitur ad aliam; quando nimirum articuli causarum inter se conformes sunt; 1. pignoratio in eodem loco facta. 2. inter easdem personas. 3. & eiusdem iuris gratia. l. cum queritur. ff. de except. rei iudic. Ita decilum in causa **Mainz** contra **Churfürstliche Pfalz** 29. Nouembris Anno 78. des **Gottshaus Amerbachs** abgepfandt **Korn vnd Dünckel** betreffend.

Si factum sit qualificatum super constitutione pignorationis, & velim agere coram ordinario, possem intendere interdictum vti possidetis: omnis enim pignoratio est turbatio: possem intentare negatoriam.

Pignoratore ante insinuationem mandati mortuo, & petita declaratione pœnae aduersus haeredes eius, denegatur petitio, quia filiis nil erat mandatum, & non constat, quod filii patris ratificaturi sint pignorationem. Vide **Bart. in l. tale pactum. n. 2. ff. de pact.**

Restitutio cadaverum ex pignoratione proueniens, aliquando omnino denegata, vt in causa **Schaumburg** contra **Rosenau** aliquando praecise iniuncta, aliquando alternatiue, vt aut cadaver restituatur, aut reuersales dentur. Ita factum in causa **Notenb.** contra **Brandenburg** / & in causa **Dettingen** contra **Nördlingen/ den hinweg geführten toden Körper zu Lierheim** betr. 20. Sept. An. 91.



**V**nderchiedliche Pfändung eine Berechtigkei betreffend/ mag ratione partitionis separatim, aber in puncto citationis coniunctim, facta remissione vnus ad aliam, gehandelt werden.

**W**ildpret schieffen/ Item dasselbig kauffen/ non est delictum. Vide infra Requisitum quartum.

**P**fändung quando quis pignoraui aliquem, & pignoratus statim aut paulo post illud pignus auferat, tunc denegantur processus. Ita factū in causa **G**ottfrieden von **D**ettingen contra **N**ördlingen/ vbi cum Nordlingenses 15. vacas vi armata pignori ablatas zu **L**upfing rursus abegiffent & abduxiffent, & Comes processus peteret, fuerunt ei denegati. 2. Sept. 88.

Quando merum Imperium est litigiosum, & ideo capiuntur malefici, tunc denegantur processus auff die Pfändung/ quia sunt res ipsa & nocens & fructus meri Imperii. Vti denegati processus in causa **D. H. Pfalzgr. & P. L. fratrum** pro interesse contra **B**randenb. 3. Oct. 88. vbi capti **W**ildpret schützen/ postmodum tamen decreti, vt infra. Sic Episcopo **R**atisbonensi denegati processus contra **J. E. Pfalzgraffen der Eynnemung des Schloß Heinhouen betr.** quia à subditis iuramentum & collectas exegit non tanquam subditis Episcopi, sed tanquam suis. Ita denegati processus 13. Dec. 88. Hoc tamen præcise non obseruatur, sed aliquando processus decernuntur, vt in causa **L**öwenstein contra **W**ürzburg/ **C**astel contra **M**anderscheidt/ vbi captus fuit **der Böh J.** tanquam maleficus 26. Maii. 89.

Pignoris mandata contra **D. A.** decernenda, valde dubitabatur: aliquando tamen maioribus votis **N. Octo. An. 66.** in pleno senatu conclusum est decerni ea debere: 12. tamen **DD.** duo in dubio propter verba, *ob er wolle/ 2c.* noluerunt **A**ustriacos non parentes in pœnam mandati declarare: 7. vero **DD.** inter quos **D. E.** fuit, denegare voluerunt processus propter priuilegium, quod si impugnare quidem velint tanquam grauati, id in **C**omitiis Imperii faciant oportet. Sic etiam in causa **W**ürttemberg contra **D. P. den gefangenē Pfarrherrn zu Nortweil betr.** fuerunt 8. Domini ad causam deputati, & tandem per maiora conclusum, ei partitionem iniungendam esse, fuere tum deputati **D. G. Referens D. D. D. F. D. B. D. S. D. M.** & alius quidā, vbi tunc vnus ex **C**atholicis accessit votis & sententiæ nostræ, & sic maioribus iniuncta paritio. Vide vota in d. causa.

**E**s haben **E. H. J.** die **B**otten so ex **C**amera mit **P**rocessen abgefertigt/ etlichmal vbel tractiren lassen/ in die **E**ysen schlagen/ derowegen die **B**otten dessen sich beschwerde/ ad **C**ameram supplicirt/ darauff man sich verglichen/ das man **J. R. M.** solches zu schreiben soll/ wie verächtlich die **B**otten von **S. R.** gehalten/ mit vnderthänigster **B**itt **J. R. M.** wolle solches abschaffen/ wo fern aber solches nit geschehen solte/ würde **C**amera verursacht/ magno partium dispendio die **P**roceß per edictū contra **S. R.** in vmbliegenden **O**rten anzuschlagen lassen/ quod scriptum ad **R. I. M.** perlectum in deputatione **An. 91. 26. Nou.** Et postea transmissum ad **A**ulam.

**P**ræterea hoc etiam animaduertendum est, si prænominata requisita in supplicando non inueniantur, & processus sint decreti & reproducti, quod pariant exceptionem pignoranti in quolibet supra memorato requisito amisso, contra impetrantem: quæ tamen exceptiones, si in processu **C**ameræ ante partitionem proponantur, non admittuntur, sed præcise emanato mandato parendum est. Secus autem si pignorans in termino partitionis exceptionem maleficii opponat, vel in continenti docere velit, impetrantem non esse immediate sub Imperio, quo casu audiendus, quia in ipsa constitutione maleficia excipiuntur.

Subiectionis etiam exceptio communi senatus conclusione non admittitur

tur



tur ante conclusionem, & si ex actis liquido in deductione causæ constat de exceptione maleficii vel quasi impetrans non sit immediate sub Imperio, cassatur & annullatur mandatum, & remittitur causa & ordinarium, vnd wird der impetrans in expensas condemnirt, propterea, quia male narrauit. In aliis autem exceptionibus, quæ ante partitionem opponuntur, veluti est illa, quando res illa, de qua controuertitur, sit pignorata, vel si contra quodlibet aliud factum excipiatur, item quod non sit qualificatum auff die Constitution der Pfändung/ob defectum præfatorum requisitorum. In omnibus etiam post partitionem antequam peruenitur ad punctum citationis, si de his aperte ex actis constat, similiter annullantur & cassantur processus.

Notandum & hoc. Et si inter constitutionem der Pfändung der Aufstrag vnd Landfrieden longa sit differentia, vnnnd hat ein jede Constitution ihre besondere requisita, doch seyn zu etlichen Fällen affinia quædam, als wann Pfändung zwischen Fürsten vnd Herren/ vnnnd deren Amptleuten armata manu zu Ross vnd Fuß geschehen/nemblich wann man die Vnterthanen auffmahnet mit 20. 30. 40. oder mehr Personen/vnd holt etliche Bawren/ vnd führet sie hinweg gefänglich/ oder aber/ das man etwa einer ganzen Gemein ein hundert Schwein oder Kühe hinweg nimpt/vnnnd dar auß etliche Haupt vnd Stück behelt/ welches ein Ansehen hat/ als wann es wider den Landfrieden/aber es ist nichts anders dann ein Pfändung/quæ fit vi quadam publica, vnd seynd die narrata dem Landfrieden vngemäß/ Jedoch ist auch hierauff Achtung zu haben/das die Requisite, de quibus supra, wann auff die Constitution supplicirt/ den Narratis inserirt werden. Diese Fälle alle/ so hierunden gesetzt vnd angezogen werden/ sollen allein auff die Constitution der Pfändung verstanden werden/ vnd von den Personen/welche ohne Mittel dem Reich vnterworffen. Et consistunt hæc omnia in vsu, obseruatione & praxi.

Sic cum aliquando die Statt Cöln in causa Pill contra Cöln ipsum quidem Pilli relaxaret, sed eius vxorem & filium incarceraret, iniuncta rursus partitione sub euentuali n. Iun. An. 92.

Sed in causa Cämmerer von Wormbs genant Dalberg contra Churfürst. Pfalz Amptman zu Altsheim vnd Vnderthanen zu Dittelsheim. 18. Augusti Anno 87. Vbi controuersum ius pascendi narrabatur, das Supplicantis Vnderthanen einem sein Pferdt geschlagen/ abgepfändt/ ein Theil von solcher Reflexion gezäunet. Item mit gewehrter Hand außgefallen/vnd das Gras abmehen lassen. Quoad das Synzeunen Domini putarunt esse meram perturbationem, sed quoad Gras abmehen/ quia sit contra naturam iuris pascendi, ideo id factum in fraudem constitutionis, secus quando Pfalz hette solch Gras abmehen vnnnd abfressen lassen/ quia gramen tunc esset res testia.

Pfändung in causa Ortenburg contra Bayern den verstrickten Amptman betreffend wegen abgenommenen Freuel auff der Kirchweih.

PIGNORATIONVM REQUISITVM PRIMVM.

*Quod vterque immediate Imperio subiectus esse debeat.*

QVANDO pignoratio incidenter fit, & non principaliter, puta quando in Camera ageretur ratione iuris pascendi, & pendente lite alter alterius equos pignoraret: tum est si pignoratio inter priuatos fiat, tamē iniungitur restitutio equorum. Ita factum An. 60. 28. Iun. doch ohne schaden auff berürter weide  
Rf 2 zurügen



zu rügen vnd zu pfänden / gemelten Beklagten ihre Berechtigkeithierdurch vnbenom-  
men / sondern vorbehalten.

Sciendum, quod in constit. pignorationis personæ solum expressa habeatur ratio, non etiam bonorum, vtrum subiecta sit immediate Imperio. Et licet quandoque in Camera dubitatum, cum bona vel res pignorata sunt, an necesse sit, res illas vel bona immediate etiam sub Imperio sita esse: tamen superiorum temporum domini præcipue personæ statum & conditionem intuiti sunt, cuius rei aliquot obseruata sunt præiudicia seu exempla. 1. In causa der Marschalck von Pappenheim contra Fugger / des Kiedemeyers Verstrickung belangendt. Nam cum d. Fugger pignorasset d. Kiedemeyern / ratione venationis, in der Herrschafft Biberach / atque eo nomine Pappenheim impetrasset mandatum, Fugger excepit, se tanquam possessorem der Herrschafft Biberach / non esse immediate Imperio subiectum, sed pertinere zu der ober O. R. Regierung / præsertim cum in d. Herrschafft der Kiedemeyer das Weidwerck zu treiben sich angemast / nihilominus tamen illis exceptionibus non obstantibus 30. Augusti eodem Anno 59. & 8. Octobris Anno 63. Fuggero iniuncta est simplex paritio. 2. In causa Wernaw contra Herrn H. G. von Baumgarten. Nam cum d. Wernaw impetrasset mandatum auff die Pfändung / Baumgarten excepit, daß die Untertwiß / als das streitig Ort / da die Pfändung geschehen / ohne Mittel an das Haus O. R. vnd nicht immediate vnder dem Reich gelegen / darumb auch die Sach nicht hieher / sondern für die S. E. Regierung gehörig / & tamen his exceptionibus non obstantibus 28. Februarii Anno 72. iniuncta fuit d. Baumgarten paritio. 3. In causa Jörg vnd Michael von der Hoya Gebrüder contra Herzog von Gölch & Consorten. Nam Gölch excepit, daß das streitig Dorff Alsdorff in seiner vngewißten hohen Landtsfürstl. Obrigkeit ohne Mittel in dem Bezirck der Graffschafft Neuenar gelegen / vnd nit immediate vnder dem Reich lige / vnd solle er gleich andern Herrn Graffen vnd von der Ritterschafft der endes begüet / nicht gestewert werden: nihilominus tamen 19. Iunii Anno 72. his exceptionibus non obstantibus iniuncta est paritio. 4. In causa Rodenhausen contra Waldeckise Vormünder / mandati der Pfändung / vbi in duobus senatibus, secundo & primo, causa fuit disceptata, cum vero eadem causa relata esset ad primum senatum interlocutoriarum, partitionem iniungendam maioribus obtinuit, non obstantibus exceptionibus. 5. Nouemb. An. 76.

Si immediatus aliquis per Præfectum suum pignorationem fecerit, poterit is, cui pignus ablatum est, vel vtrunque simul, vel immediatum solum, nõ autem Præfectum solum super hac constitutione conuenire. Ita contra Præfectum solum denegati processus, in causa J. Graffen zu Falckenstein contra Pfalzgraffen & J. Beltin von Schönberg 16. Sept. An. 51. præfente K. Zasio & N.

Edelmans Leibeigene non habentur pro seruis, quia possunt serui alicuius esse, & sub alterius iurisdictione esse. Ita processus denegati sunt Supplicanti Georgen Schickler / contra A. Graffen zu Dentheim 18. Aug. An. 51. Ita etiam 24. Iul. Anno 53. in causa Pfalz Veldens contra Els denegati sunt processus, vbi Pfalz supplicauerat, von wegen seiner Leibeigenen / qui tum, quoad iurisdictionem, Els subiecti erant, qui eorum pignorauerat vaccas, eo quod sibi non pauerunt. Resp. Mynf. præfente Iudice W. & K.

Mediati, quoad suam personam, sed immediati ratione bonorum, vbi pignoratio facta est, in Camera processus impetrare possunt. Ita factum in causa Leymannische Erben contra Graffen von Montfort / vbi Leyman fuit Doctor & ciuis Augustanus, sed ratione Liebenaw impetrauit processus 1. Decem. An. 92. Sic è conuerso, quando quis, quoad originem, & bona alibi sita, est me-



est mediatus, ratione tamen status personæ est immediatus, vt quia assessor etiam eo casu processus impetrati, vt in causa **Drechsel** contra **Elwangen** / & in causa **Pistoris von Seiselig** contra **H. E. Graffen zu Leiningen**.

Quando aliquis est mediatus, sed habet priuilegium, quod nullibi conueniri possit, quam in Camera, ob id in constitutionibus, quæ tantum inter immediatos locum habent, in Camera non conuenitur, nec gaudet beneficiis constitutionum neque actiue, neque passiuæ. Ita mandatum super constitutione pignorationis impetratum cassatum est in causa **Berlichingen** contra **Apt zu Schönthal** 19. Oct. Ann. 91. Quia Abbas subditus Moguntini, tamen ex priuilegio Cæsaris nullibi conueniri potest, quam in Camera, sed tamen quia non ordinaria via, sed super hac constitutione pignorationis contra eum processus impetrati, non videbatur fundata iurisdictio, ideo mandatum cassatum, & eis reseruata via ordinaria agendi in Camera. Nota tamen, dz priuilegium ist auch nit richtig gewesen / quia Abbas aliquando in Camera conuentus allegauit, se non ad Cameram, sed Moguntinum spectare.

Mediati quoad suam personam, sed immediati ratione bonorum vbi pignoratio facta in Camera processus impetrare possunt. At in causa **H. E. Graffen zu Löwenstein** **Clägers wider die Mittelheim gerichts genossen** minime habita est ratio qualitatis bonorum. Impetrauerat Comes processus consuetos super constitutione pignorationis Anno 92. in finem Mensis Augusti. Rei excipiebant constitutionem saltem locum habere vnder den jenigen / sodem Reich ihrer Personen halben ohne mittel zugethan. Ponderando verba constitutionis, dz hinfüro in solchem Fall / se vero non esse immediate Imperio subiectos, cum quisque pagus der **Mittelheim gerichts genossen** suum peculiarem recognosceret nobilem, cuius iurisdictioni subesset. Replicabat impetrans, dieweil die gerichts genossen selbst bekantlichen das sie mit der streitigen Waldung (cuius intuitu facta erat pignoratio) von den Römischen Königen vnd Keysern von alters begnadet / der halben auffhalb Keyf. Mayestet keinen andern superiorem hetten noch erkenneten / als erfolgte vnwidersprechlichen / das sie hoc respectu, so viel die Gemeinschaft der gerieden betrifft / dem Reich ohne mittel vnderworffen vnd also processus pignorationis rechtmässiglich außbracht / vnd sie sich der partition nicht zu verweigern hetten / vnangesehen sie sonst ihrer Personen vnnnd anderer Güter halber den benachbarten vom Adel zugethan seyn möchten. So weren auch praiudicia vorhanden (quorum tamen nulla specificata) das die Natur / qualitet vnnnd Eigenthumb der Güter viel mehr dann immediatæ subiectionis personarum in dergleichen processen erwoogen vnd angesehen worden. Verum recte attentis hisce Comitibus replicationibus mandatum fuit cassatum, actore Comite in expensas condemnato. 26. April. An. 93.

Ex hoc fundamento memini etiam aliquando impetrasse processus super constitutione de Arrestis Melchiorem à W. assessoren contra Comitum à Broich. Vide similiter Gail. *obs. 16. lib. 1. nu. 12. vers. memini tamen* vbi dicit contra Mediatum subditum Imperii processus in casu nunciationis noui operis decretos, idque ratione bonorum, eo quod bona feudalia immediate ab Imperio recognosceret & possideret, & in illis bonis nouum opus edificanti nunciatum fuerit, &c.

Mortuo pignoratore ante insinuationem mandati, & petita declaratione pœnæ aduersus hæredes eius, denegatur petitio, quia filiis nihil erat mandatum, & non constat, quod filii patris pignorationem sint ratificaturi. Vide **Bart. in l. tale pactum. n. 2. de pact.**

Æstimatio rei pignoratæ fit iuramento pignorati, in odium pignora-



rantis in tantum, vt tamen si bona pignolata sub hasta vendantur, nihilominus pignolatus admittatur ad iuramentum, cum sit præsumptio contra spoliante. *Dd. in l. si quando. C. vnde vi.* sed an iuramentum æstimationis transeat ad hæredes, vide apud Mynsing. *cent. 4. obs. 12.*

Item etiam illo casu, quando fraus legi facta, vtpote Relaxando captiuum in præsentia Notarii, & postmodum eum rursus incarcerando, &c. facta est pænæ declaratio ob contemptum iudicis. Ita factum in causa Schönborn contra Nassaw. 6. April. Anno 92.

### PIGNORATIONVM REQUISITVM SECVNDVM.

*Possessio ex parte pignolati, & noui iuris vsurpatio, ex parte pignolationis.*

**I**Vs quærendum in specie exprimi debet, vt sciri possit, an res tertia & innocens capta vel pignolata sit.

Iurè quærendi non specificato expresse, denegantur processus. Ita factum in causa *J. von Nassaw* contra *A. Graffen von Nassaw* / vbi supplicanti *sein begehren als vnformlich abgeschlagen* / informis autem fuit, quia tantum generaliter dicebatur, pignolantem id fecisse iuris noui quærendi gratia, non addendo, cuius iuris. 15. Iunii Anno 90.

### PIGNORATIONVM REQUISITVM TERTIVM.

*Vires sit tertia & innocens.*

**R**es tertia, non litigiosa, venit in constitutione pignolationis. Aliàs si sit innocens, & res ipsa, denegantur processus.

Fallit in personis captis, quia ibi res tertia non præcise venit in considerationem, propter fauorem incarcerati.

Personæ tamen, quæ ex proposito delinquant, cum præuentio punientis delictum (dato quod non sit maleficium) locum habeat, non tam facile per ista mandata relaxari debent, ne per hoc iurisdictio de facili in controuersiam veniat.

Si res pignolata partim sit res ipsa, partim res tertia, an mandatum sine clausula, etiam in totum super omnibus decernendum, propter connexitatem? Respondetur non, vel saltem mandatum decernendum: quoad rem tertiam, alterum reseruandum ad punctum citationis.

Res tertia in pignolatione quæ dicatur? nempe ea, quæ citra controuersiam alterius est, & quæ nihil commune habet cum iure controuerso, quia in eo nec ius controuersum, nec eius fructus vel vsus consistit.

Præda venationis, piscationis & aucupij, vt lepores, cerui, pisces & aues, an sint res tertia, vel litigiosa? Si lepus iam captus, & in alterius potestatem vere redactus, placet, rem tertiam esse, Ann. 92. 1. S. D. 3. Ita factum in causa *Aschenhausen* contra *Berlichingen* 10. Sept. Anno 91. vbi lepus & retia pignolata, lepus tamen iam captus & occisus.

Item ius collectandi, mulctandi vel vectigalis, si litigiosum sit, & non plus extorqueatur à pignolatis, quam ratione collectæ, mulctæ, vel vectigalis sibi



sibi debet quis præterdit, an pro re tertia id habendum, nec ne, pro re litigiosa haberi maioribus placuit. An. 92. I. S. d. 2.

Pisces an sint res tertia: Dubitatum in causa *Eysne* contra *Eyne* 7. Sept. An. 85. an pisces sint res tertia: quia videantur venire in controuersiam, & ipsius esse, cuius & flumen, aut saltem ius piscandi est, tamen quia non videtur eadem ratio hoc casu, quæ est in sylua, lignis & graminibus, cum similibus, quæ perpetua sunt, & rei affixa, ita vt non vna eademque res dicantur cum iure & dominio, hic vero incertum, cuius futuri sint pisces ablati, cum possint alio transferri vel euadere, & præterea præiudicia similia in ceruis, capreolis & leporebus extant, vbi & præiudicium in causa *Schwalbach* 20. April. An. 85. contra *Brandenburg* / ideo decreti processus etiam quoad pisces. In causa vero *Nürnberg* contra *Brandenburg* & *Bayersdorff* pisces pro ipsa re litigiosa habiti sunt, & ratione eorundem mandatum abgeschlagen / vnd gebettene Proceß allein / so viel *Karren* vnd *Schmalz* belangt / erkannt. 23. Maii An. 70.

Res nocens in pignoratione non semper consideratur. Ita processus decreti in causa *Nürnberg* contra *Brandenburg* / *Michel Gölers* Verstrickung belangend / da zwischen beyden Partheyen gestritten worden / welchem Theil der Freuel zuständig An. 67.

Inter eadem *Hans Pfaffen* von *Erlach* Verstrickung belangend / vbi controuertebatur ius puniendi delinquentes in syluis, circa venationes ferarum, als *Wildpret* schießen vnd *Gerechtigkeit* des *Forsts* An. 59. Etli *Marggraff* exceperit dz *Wildpretschießen* in causa maleficii, vnd das ihm die *Obrigkeit* zuständig sey / nihilominus ei paritio iniuncta.

Ita processus decreti, da die *Freuel* streitig / exceptum de maleficio, & paritio iniuncta in causa *Zollern* contra *Walburg*. An. 66.

Item *Teutschmeisters* contra *Württemberg* / *Kelners* vnd andere abgenommene *Straff* belangend / zu *Meyeringen* vnd *Sundheim*. *Bischoff* zu *Augsburg* contra *Pfalz* / *Solms* contra *Burgfriedberg* & *Consortes*, *Nürnberg* contra *Brandenburg* / die *Freuel* betreffend. 24. April. An. 87.

At in causa *Nürnberg* contra *D. H. Pfalzgraffen* processus pignorationis decreti, vbi ablati 120. fl. ratione der *Freuel* ab alio tertio, der einem die *Freuel* vnd *Delinquenten* solches schuldig gewesen / & sic videbatur res tertia 4. Decembris Anno 92.

Item *Nürnberg* contra *Brandenburg* 12. Iul. Ann. 87. *Moris Buchners* Verstrickung belangend / propter duos secum habitos *Haußhündlein*.

Item *Fugger* contra *Elchingen* 10. Dec. An. 78. die *Freuel* betreffend.

Et in causa *Teutschmeisters* contra *Dettingen* / vbi captus subditus *Teutschmeister* / & exceptum à *Comite* das er *Wildpret* geschossen / eo non obstante fuit paritio *Comiti* iniuncta.

Et in causa *P. L. Pfalzgraffen* contra *Brandenburg* 17. Ian. Anno 89. decreti processus, tameti Palatinus narrabat, sie seyen propter suspicionem des *Wildprets* eyngezogen.

Item *Nürnberg* contra *Mangersdorff* des *Rahes* Verstrickung vnd abgenommene *Freuel* belangend. 8. August. An. 89 *Nürnberg* & *Consorten* contra *Brandenburg* 13. Iun. 87. wegen eines *Messern* / so einen *Hund* durch die *Marggraffschafft* ledig geführt / abgenommene *Straff*.

Quando lepores, feræ, & volucres pignorantur, quæ non iam primum in loco controuerso captæ, als da sind *Lockvögel* / sed diu alitæ, item lepores & feræ in alio quam in controuerso nemore captæ, tum habentur pro re tertia & innocenti. Ita processus decreti 1565. *Ceruus* pignoratus septem florenis æstimatur

marur



matur, quorum restitutio mandatur, item & Canum aestimatio iniungitur, quanti sc. fuerint. Imo etiam in loco controuerso capti, si tamen in custodiam pignorati peruenerunt, reuera tunc processus decreti. Ita factum in causa **Uhausser contra Berchtingen** 11. Sept. Anno 91. vbi lepus & retia pignorata: lepus tamen iam captus & pignoratus.

Item **Andvogel** pro rebus tertiis habiti, & processus decreti in causa **Truchses** contra **Brandenb.** 16. Sept. Anno 87.

Item **Nürnberg** contra **Brandenburg / Strobels zu Eichenstett Gefängnis** belangendi / vmb **Freuel** 25. Iunii. Item in alia causa inter easdem personas den 6. Dec. vbi ablati 12. fl. ratione der **Freuel** processus denegati.

Item **Nürnberg** contra **Bamberg / Fris Weiglin vnd N. Hoffmans Verstrickung** belangendi / wegen des **Freuels vnd Umbgelts** ante multos annos.

Res tertia in pignoratione. Res tertia in pignoratione non fuit præcise curata. Sic sunt processus decreti in causa **Johanser Meisters** contra **Rotenburg** Anno 87. vbi pignorati **Stein auß der Steingruben** / vbi ius quærendum fuerat, ius sc. fodiendi lapides.

Item **Hutten** contra **Liechtenstein / etlich abgepfändte Eymers Weins** belangende. 6. Iulii Anno 90. vbi controuersum ius decimarum vini.

Item in causa **Düngen** contra **Würzburg** 9. mandati der **Pfändung** 5. abgepfändte **Hasen** betreff. iniuncta est restitutio der **Hasen vnd Garn.** 12. Ian. An. 87. & tandem etiam aestimatio dictorum leporum aufserlegt worden.

Item **Fugger** contra **Augsburg / die abgepfändte Hasen** belangende.

Item **Speyer** contra **Speyer die abgepfändte Lockvögel** belangende. Ratio adducebatur, quod non litigaretur de aibus, sed de iure aucupandi. Verum aues esse in fructu extra controuersiam est.

In contrarium tamen sæpius res tertia in pignorationem venit: ita etiam processus denegati ex ea causa. Ita factum in causa **Nürnberg** contra **Brandenburg die cyngerissene Wolffsgruben zu Linsenhoffen vnnnd Kummelsperg** belangendi 19. Nouembris Anno 88. vbi decretum, ist das gebettete Mandatum, so viel die abgenommene **Fuchsbälz** belangendi / erkannt / das vbrige **Begeren** abgeschlagen.

Ita ex eadem causa processus denegati in causa **Stauffelheim** contra **Schaumburg** 14. Ianuarii Anno 89. vbi ligrandi ius controuersum erat, & aliquot plaustra lignorum pignorata. Sic in causa der **Rhemgraffen** contra **Solms** decretum, was das hinweggeführt **Daw vnd Brennholz / cyngerissen Haag / vnnnd abgeäst vnnnd verderbt Graß** belangendi abgeschlagen / das vbrige erkannt in conf. 22. Ian. An. 78.

Iurisdictione controuersa, si multa alicui auferatur, habetur pro re tertia. Ita processus denegati in causa **Düncelspiel** contra **Dettingen** 21. Maii. An. 88.

Res tertia & nocens. Nota, quod in materia caducitatis das beste Haupt sit res tertia: præiudicium extat in causa **Weingarten** contra **Königsfeld.** Item **Rudt** contra **Rudt.**

In materia des **Zehendens** / da einer dem andern in die **Schewern** gefallen / vnnnd etlich **Garben** heraus genommen / an fuerit habitum pro re tertia & pro pignoratione: Resp. quod sic, in causa **Degenfeld** contra **Rechberg.** 18. Iun. An. 89. Item **Würzburg** contra **Rotenburg** 2. April. Ann. 88. vbi ius pinsendi panes zu **G. S.** & panes ablati.

Quando ius patronatus controuertitur, & clauis templi ablati, tunc processus



processus super pignoratione decernuntur, & pro re tertia habetur. Ita decreti processus in causa Schenck contra Pfalzgraffen P. L. 1. Dec. An. 92.

PIGNORATIONVM REQUISITVM QVARTVM.

*Vt causa sit civilis, non criminalis.*

**W**aldpret schieffen / item dasselbig kauffen / non est delictum. Ideo si alii quam subditi, qui scilicet Principis legibus non subiecti, suo pte feras strauerint, vel ferinam emerint, decernitur processus super constitutione pignorationis. Ita processus decreti & tandem paritio iniuncta in causa der Statt Nürnberg contra Brandenburg Jörg Awers Verstrickung betreffend Anno 89. & postmodum der Statt Speyer contra Pfalz procellus decreti Wscherfelds Verstrickung betreffend / vbi ciuis Spirensis fuit incarceratus, quod ferinam emerit. Anno 90.

REPIGNORATIO.

**R**EPIGNORATIONES omni iure prohibita sunt. *auth. vt nulli iudici. §. quia vero. l. vnic. C. vt nullus ex vicariis. lib. 11. Gail de pign. obs. 12. nu. 2.* Et sic reprobatae tales pignorationes in causis Anhalt contra Stolberg. fractae pacis in causa Waldeck contra Beuern / Fürstenberg contra Württemberg / Adam Gemmischen vnd Melchior Wicken Verstrickung betreffend. Item in causa Münster contra Oldenburg / zween Bürgermeister zu Wildeshausen betreffend: similiter quoque 30. Maii An. 1581. Sic decisum in causa Braunschweig contra Mainz repignorationem reo non licuisse, sed causam pro conclusa acceptandam ex officio cum expensis. Item in causa Erbach contra Mainz. Item nuper in causa Manderscheid contra Schönburg vnd Erier decreti processus, 26. Aug. Ann. 92. Item in causa Függer contra Schwangen / vbi erat mera repignoratio, & condemnatus repignorans sine cautione. In causa Erbach contra Mainz repignoranti iniuncta cautio.

Gegenpfändung geschehen zweyerley weis. 1. Seynd rechte gegenpfändungen / wo einer in possessione venandi, vnd der ander nimbt dem / so da jagt / die Garn vnd Hundt / vnd verstrickt den Jäger / vnd nachmals / da der pignoratus, so die Garn vnd Hundt hinweg genommen / kompt der Gegentheil / vnd nimbt ihm auch Garn vnd Hundt / so ist solches ein rechte Gegenpfändung / quæ fit in vna eademque re, eodemque iure, vnd will also ein jeder in seiner Posses sich tuiren vnd defendiren. In diesen Gegenpfändungen werden Proceß erkant auff gedachte Constitution / Dann diese Gegenpfändungen haben Ursach geben den Ständen des Reichs / diese Constitution zu promulgiren.

Finalis autem causa hæc fuit: ne partes ad arma venirent, & potentior deprimeret inferiorem, & vt pax & tranquillitas in Imperio conferuaretur.

Huiusmodi quippe repignorationum constitutiones in iure minime sunt fundatae, quinimo ipso iure prohibita. Aber im Gegenfall / wo einem in venatione Garn vnd Hundt genommen werden / vnd der Pignoratus nimbt ober ein gute Zeit seiner Gelegenheit nach ein Pferd / Schwein / Esel / 2c. oder fängt ihm ein Bawren / dieweil solches nicht in actu venationis vel fundi, in quo vterque ius venandi se habere, vel esse in possessione eiusdem præterdit, geschicht / sondern zu andern Zeiten / Orten / vnd Stellen / vnd darumb nichts anders sucht / denn das er pi-



gnoratum dardurch zwingen / ohne seine abgenommene Pferd / u. widerumb zuzustellen / so wird darfür gehalten / daß es vis publica oder spolium sey / vnd mit nichten das Factum auff die Constitution der Pfändung sich qualificiren möge / derwegen ein solcher Fall wol sårnemlich für die Auftråg / in personis, quæ sunt inmediate sub Imperio, gehört / doch werden etwan consideratis circumstantiis, & qualitate facti, so es dermassen auff die Constitution qualificirt / ne alter alterius possessionem interuertat, & ne partes ad arma veniant, Proceß erkannt.

In causis pignorationum solet paritio iniungi, & causales reiici, Gail. de pignorat. Si tamen Iudex causales forte non reiiciat, potest in causa definitiua pronunciari. Ita factum in causa **Erbach** contra **Mainz** 2. mandati, 7. gefangene **Underthanen** zu **Erbach** belangend. Et in causa **Fugger** contra **Elwangen**. Et tunc in sententia omittitur cautio de non molestando. Aliquando inseritur, vt in posterum desistat, aliquando id omittitur, vt in causa **Erbach** contra **Mainz** / aliquando & mandatum cassatur, vt in causa **NN.** contra **Creisheim** 84. quod tamen durum videtur.

### PIGNORATIONVM PROCESSVS, EXCEPTIONES,

#### DECRETA.

**I**N causis pignorationum, productis causalibus, soll die Euentualhandlung gleichfalls / sicut in aliis causis appellationum & simplicis querelæ, annectirt werden / vnd neben den exceptionibus responsiones ad causales & defensionales vbergeben werden. Et si id fiat, sollen die causales für beschloffen angenommen / vnd der Weg Defensionales vorzubringen benommen seyn.

In Pfändungssachen / darinn causales eynkommen / oder in puncto partitionis sollen die Notarii verzeichnen / ob in nouis oder præfixis der **Recess** gehalten worden.

Causa cognita, & non obstantibus exceptionibus, si iniuncta paritio & post eam reus simili ex causa, & eiusdem iuris ratione denuo pignoret, arrestum faciat, aut homines capiat, sub grauiori pœna secundo mandari debet, & reus præcise cogendus, in primo termino, vel saltem intra 8. vel 14. dies ad docendum de partitione: & si non faciat, ad pœnæ declarationem procedendum. An. 92. 3. S. D. 55.

Plane si Reus dicat: non se, sed tertium, quem nominat, fecisse pignorationem, hæc quoque exceptio admittitur, & fit decretum, d; die begerte **Declaration** & arctius mandatum noch zur zeit nit zu erkennen / sondern wöll Citatus anzeigen vñ darthun / d; er nit angezogene Pfändung gethan / d; solches sol gehört werden.

In cæteris vero casibus ad exceptionem mandati non qualificatis, demum post partitionem factam cassatur mandatum, antequam venias ad punctum citationis.

In causis pignorationum in puncto 2. vel 3. mandati, si causales dependeant ex iis fundamentis, ex quibus primum mādatum, so läst man es in puncto causalium so lang stehen / bis das erst mandatum in puncto citationis erörtert. Potest autem fieri vt etiam testes examinentur in 2. aut 3. mandato, si pignoratio inter easdem personas facta sit, vt si facta sit in alio loco, quam de quo agitur in primo mandato.

Causæ pignorationis non facile deduci possunt, sine deductione causæ principalis. Hoc tamen notandum, ne quis in deductione illa petat, se dominum vel q. declarari istius loci, vbi pignora capta sunt, verum ita semper formanda petitio est, vt aliquis concludat, & petat pronunciari, quod sibi pignora capere licuetit. Idque semper, siue articuli super petitorio, siue possessorio formentur. Nec enim quoad negotium principale, iurisdictio **Camere** adhuc fundata est. Procel.



Processus auff die Pfändung decreti dominis der Leibeigen contra Dominos territorii, vbi habitabant, & subiecti aliàs erant.

Exceptio subiectionis an in Pfändungen attendatur?

Contra articulos, super iure pignorandi, non admittendi sunt defensionales, vel elisiui, super principali negotio fundati. Et hoc, nisi ius pignorandi sine principali causa non possit deduci vel elidi, quo casu erunt admittendi, scilicet quoad effectum restitutionis relaxatorum. Vide acta in causa Münster contra Teckelburg 28. Ianuarii Anno 51.

In constitutione pignorationis dedit quidam exceptiones sub- & obreptionis pro cassatione mandati, quia exceptiones causæ merita concernebant. Sed exceptionibus non obstantibus, paritione iniuncta, impetrauit processus. tempus 8. mensium ad producendas causas, intra quod tempus nullas alias causas produxit, sed tantum repetiit suas exceptiones loco causalium admitti. Queritur an admitti debeant: an vero perpetuum silentium iniungendum? Sane domini censuerunt, quia multi articuli impertinentes, & conclusio informis, id fieri omnino non posse. Quia vero intra tempora aliquid fecit, noluerunt illi perpetuum silentium iniungere, sed exceptiones reiecerunt, & breue tempus ex officio ad producendas causas præfixerunt. Ita factum in causa Kempten contra Kempten 20. Maii Anno 91.

Begründte Ursachen der Pfändungen/ daß die auß Zulassung der Rechten beschehen. In causis 1. 2. & 3. mandati der assertirten Pfändung Hennenberg contra Stolberg. In neuen Sachen zwischen L. vnd D. in causis 1. 2. & 3. mandatorum auff die Constitution der Pfändung/ daß sie auß Zulassung der Rechten beschehen fürzubringen/ repetirt Hennenbergischer Anwald anfänglich seine hiebeuor beschehene Protestation de non consentièdo in diesen Sachen/ nisi quatenus & in quantum de iure & ordinatione obstrictus, exceptionibus saluis, vnd vbergibt iuramèto dandorum mediante, inmittels solcher Protestation die nachfolgende Articul/ mit Bitt/ dem Gegentheil mediante iuramento respondendorum darauff/ vnd einen jeden insonderheit dem Rechten vnd der Ordnung gemäß zu antworten anzuhalten/ welche dann verneint/ erbeut sich Anwald der gebür vnd Notdurfft nach darzuthun/ vom Verbiß protestirend/ vnd mit solcher Bedingung setzt vnd sagt er offenbar wahr seyn/ dz weiland/ 26.

Hergegen ist Anwald/ vnnnd bitt in allen drey Sachen zu erkennen vnd zu sprechen/ daß Gegentheil ihrer Klag nicht/ Anwaldts Principal aber der Pfändung befügt/ vnd derwegen die Kläger dieselben ihme/ sampt Erstattung aller Kosten vnd Schäden widerumb zu restituiren schuldig.

In causa Nördlingen contra Dettingen/ mandati der Pfändung/ Melchior Hosenlors Gefängnuß belangende talis lata sententia. In Sachen B. vnd Raht/ zu Nördlingen contra Dettingen/ mandati M. H. Gefängnuß belangende/ ist auff erstatten Eyd erkannt/ daß gedachter Beklagter den im Mandat angezogen M. H. 45. fl. Rheinisch/ für die geklagte Versperrung vnnnd Abdringung seiner freyen Zehrung/ vnd Lieferung der Victualien/ wie auch denn zu seiner Entledigung vnd Berrichtung des Veldibaws auffgewannten Kosten/ ihme durch ermittelten Beklagten zugefügt/ zu bezahlen schuldig. 27. Sept. An. 92.

In causa Teutschmeisters contra Dettingen 520. fl. belangend An. 85. 20. Sept. impositum silentium, propter non productas causas, subinde Anno 85. 29. Martii D. V. petiit sibi decerni executoriales, vel aduersario, vt cautionem præstet, iniungi, propter attentata. Tandem 20. Octob. eiusdem anni decreta sunt petita executoriales per sententiam eodem die latam.

In alia quadam causa Teutschm. contra Brandenb. den abgepfändten Walbrun



brunn zu Flachslanden betreffende. V. ad sententiam impositionis silentii 2. Martii, An. 81. latam, petiit 29. Mart. An. 89. executoriales sibi decerni, vel ad præstandam cautionem aduersarium compelli, submissum adhuc.

An in causis pignorationum, quando per sententiam iniungitur paritio etiam causalium productio pure, vel sub clausula, *ob er wol vorzubringen*/iniungi debeat? D. W. Ref. pure esse iniungendam, quia verba constitutionis illud expresse præcipiunt, neque arbitrio pignorantis id relinquunt. Præterea frustra aiebat subiici comminationem præclusionis viæ & perpetui silentii, si non esset de necessitate. Vide præiudicium *Risscher* contra *Damberg*. 26. Martii An. 90. Contraria tamen multa præiudicia etiam reperiri existimo.

An socio contra socium detur beneficium constitut. Pignorationis? Pignorationis constitutio an locum habeat, si is, qui vel ipse, vel cuius res capiuntur aut pignorantur, communis sit subditus Actoris & Rei, puta si socius in re communi pignorationem faciat, non immerito dubitari posset. Verum in Camera affirmatiua sententia hætenus obtinuit. Neque enim, dicunt, quo ad constitutionem pignorationis obstat, etiam si quis sit communis subditus Actoris & Rei, sicque reum suo iure vsum videri, verum non obstante eo, socio contra socium in re communi pignorantem mandata ex hac cōstitutione pignorationis decerni posse, si eiusmodi pignoratio in præiudicium ipsius vergat, cum constitutio non requirat, vt solius tantum actoris subditi sint, sed indistincte loquatur, *oder die seinen*: ac idcirco lege non distinguente, nec nobis distinguendum esse. Vide vota ad supplicationem pro mandato *auff die Pfändung* in causa w. contra C. F. P. vota D. H. & C. B.

Cumque aliquando possessores comitatus wertheim impetrassent tale mandatum contra nobilem Ioan. ab *Haxfeld in Gerolsh.* qui communem subditum in pago R. H. pignorabat, abigendo ipsius bouem, & ille contra exciperet constitutioni locum non esse: mandatum tamen, eo ipso quod Actorum procurator ad docendam læsionem, quæ ex pignoratione illa ultra pretium bouis, quod iam restitutum erat, obuensisset, admissus fuerit, confirmatum est mandatum, impetratum 22. August. An. 97. reproductum 9. Decemb. simulque exhibitæ exceptiones sub & obreptionis. Sententia lata 12. Decembris Anno 99.

An quis possit equos pignorare, vel pecora damnū dantia in alicuius agro? Respond. quod videtur posse. *Exod. cap. 22.* & consuetudo Germaniæ hoc vult. Facit *l. ratis. 8. ff. de incend. ruin. naufrag.* sed contrarium decisum est per ea, quæ notat Bald. *in consil. 146. volum. 4. per tot. Bald. in l. secunda. ff. de seru. fugit.* quia non potuit animalia retinere. Bartol. *in l. hoc amplius. §. de his. ff. de damn. infect.* & ibi *Castrens.* sed debebat egisse ob damnū ex lege Aquilia vtili, vel de pastu pecoris, vel de pauperie. Nec obstant supra deducta, quia scilicet *cap. 22.* consuetudo necessario allegari debet & probari, & putarunt ea locum habere in magistratu, non in priuatis, vt in causa *Zonerillæ* contra *Casparum Petri* II. Maii Anno 66.

#### POENÆ.

**P**OENÆ, in quam quis incidit ob contumaciam, aut quod non pareret, partim applicatur parti, partim fisco: si tamen fiscus se non intrōmittat, tunc medietas parti adiudicatur, non facta fisco reseruatione. Quod si tamen deinde ille



ille se non intromittat pro sua dimidia, illi quoque adiudicabitur. Ita pro dimidia saltem parte poena adiudicata est in causa Comitum Münster contra Erford 30. Oct. An. 76. in puncto executorialium, & in puncto compulsorialium in causa Rup contra Teckingen/ vbi Teckinger condemnatus in poenas simplicis, pro dimidia saltem parte, in Maio Anno 89.

Acta vigore compulsorialium non integra edentes, in poenam iis insertam sine mora declarandi.

In mandatis sine clausula poenae declaratio libellum non exigit, sed verbis petita publicatur, saluis iustis exceptionibus contra mandatum opponendis.

### POSSESSIO ET REMEDIA POSSESSORIA.

QUANDO versamur in remedio recuperandae, & sic in simplici facti quaestione, licet super re spirituali, Iudex Laicus competens est. Menoch. *remed.* 15. num. 210. vnde causa in Camera retenta, Windsheim contra Reiter Anno 74. Mensē Iunio.

### POSSESSIO LITIGIOSA.

REQUISITA constitutionis litigiosae possessionis. 1. Quod utraque pars Imperio immediate subiecta. 2. Quod utraque contendat se possidere. 3. Quod timor sit armorum. Vide causam Philiberti Marchionis Badenensis contra Ducem Würtemb. 8. Febr. An. 61.

Fundamentum huius constitutionis est desumptum ex *l. aquisitum. ff. de usufructu. c. cum venissent. de restit. spol. vbi Dd.*

Appellatur remedium retinendae possessionis ex officio Iudicis: Item possessoriū summarissimum, momentaneum: appellant etiam recredientiam, casum natiuitatis. Interim late Menoch. *de retin. poss. rem. ult.* vbi plures auctoritates Dd. de hoc remedio tractantium allegantur.

Si ambo, qui de possessione contendunt, rixosi sint, Iudex utriusque prohibere potest, vt abstineant a possessione fundi, donec liti finis imponatur. Bal. *l. si usufructus. c. l. seq. §. si inter duos. ff. de usufructu. Zas. l. quod iussu. de re iud. Cammergerichts Ordnung tit. was in Sachen der streittigen Possession.*

Titulum possessionis suae ostendere nemo cogitur. *l. cogi. 11. C. de petit. heredit. cum is qui possidet, in dubio intelligatur iuste possidere. c. dudum. 16. ext. de praesumpt. not. Angel. in l. qui interrogatus. n. 12. ff. de petit. hered. pro Hoheneck contra Länstein.*

Summarie agitur ex hac constitutione, per interdictum vti possidetis, quod definitiuam parit in possessorio, petitorio tamen saluo reseruatō, vt factum in causa Baden contra Eberstein. 20. Ian. An. 79. vbi iniunctum perpetuum silentium Comiti: reseruatō tamen petitorio. Vide sententias Sayleri.

Si tamen subsit certissimus armorum metus, tum etiam summarie agitur, implorato saltem Iudicis officio, reseruatō possessorio & petitorio. §. 3. *ibid.* Alsbald darauff summarie.

In causa litigiosae possessionis, quando utrinque narratur, periculum armorum subesse, decernitur citatio, & inhibetur utrique parti. Ita factum in causa Rotenburg an der Tauber contra Grafen zu Hohentlohe. 13. Decemb. Ann. 91.



In causa sequestrationis ex officio propter litigiosam possessionem factâ, iuxta §. *fin. tit. Ord. der streittigen Possession*, non datur copia productorum aduersario, quia processus omnino est summarius. Et ita obseruatum in causa sequestrationis **Cöln** contra **Waldeck**. 28. Aug. Anno 66.

Processus litigiosæ possessionis, tam celerem processum habet, vt neutri partium productorum copia detur, sed ad sua tantum producenda vnicuique illorum tempus aliquando præfigatur. Vide causam **Stockheims Wittib** contra **Stockheim / Augspurg** contra **Augspurg**. Commissiones super momentanea possessione werden sine adiunctione Notarii erkannt. Quia processus litigiosæ possessionis & quædam quasi inquisitio Iudicis ex officio. Ita factum in causa **Rosenberg** contra **Rüden** 2. Octob. Anno 90.

## POSSESSIO MOMENTANEA.

**H**ic processus est valde summarius, adeo vt etiam non concedantur copie mutuo productorum. Recipiuntur tamen probationes & documenta, sicque summarie cognoscit Iudex, vtri parti fiduciaria possessio sit danda, & vtri inhibendum, vsque ad decisionem pleni possessorii vel petitorii. *l. equissimum. ff. de vsufr. Spec. tit. de poss. & petit. §. 1. in fin. Et de libelli concept. §. nunc videntum. vers. 22.*

Sæpe processus in causis momentaneis per 10. 20. 30. annos in Camera durant, vt in causa **Augspurg der Statt** contra **B. zu Augspurg** 20. Augusti Anno 54. hat gewehret 26. Jahr. Inter easdem 5. Maii Anno 57. hat gewehret 23. Jahr. Inter easdem 11. Iunii Anno 60. hat gewehret 20. Jahr. **Isenburg** contra **Hessen / dß Dorff Geinschein** belangendt. Anno 57. processus emanarunt, & sic vltra 30. annos durarunt.

In causa momentaneæ possessionis sequestratio non competit, propter vindicandam præteritam, sed futuram violentiam compescendam, & scandalum amouendum. Ita denegati processus in causa **Stolberg** contra **Braunschweig** 16. Ianuar. Anno 88. Quia **Stolberg** petiit sequestrari arbores iam cætas, vnd so von **Braunschweig** hinweg geführt. Debuisset ergo peti sequestratio in futurum. Ideoq; aliquando processus super d. constitutione fuerunt denegati, in causa **Rüden** contra **Rosenberg** 1. Augusti Anno 89. quod non esset narratum, daß sie beyde theil dem Reich ohne mittel vnderworffen.

## POSSESSORIVM, VIDE SVpra PETITORIVM.

**I**n possessorio sæpe sententia fertur, reseruato per expressum petitorio. Ita factum in causa **Eberstein** contra **Baden** Anno 1559. 2. Ianuar. vbi iniunctum perpetuum silentium Comiti, reseruato tamen petitorio. Et Anno 1550. 7. Nouembr. in causa **Gründelsperg** contra die **Gemein zu Schirmeck**. Anno 1573. 21. Iunii **Sailer**.

## Practicanten vnd Partheyen.

**P**artheyen vnd Practicanten / so mehr ihren Nutzen zu suchen / dann der Sachen abzuwarten / oder die Practick zu erlernen oder exercieren / heußliche Wohnung hier anstellen



anstellen sollen in matricula Camera oder sonst länger nit gedult / sondern / solches dem Burgermeister vnd Raht angezeigt werden / damit sie die gebühr dagegen fürnemmen mögen.

Den Practicanten des eigenen Rauchs halben. Ob die Statt schuldig zu leiden / dz die Practicanten eigenen Rauch halten / scriptum est ad Cæsarem vmb resolutioni An. 91. vnd ist dis dubium resoluirt worden auff dem Reichs deputation Tag zu Speyer Anno 95.

Quidam praxeos studiosis obseruandum, cum sententiæ interlocutoriæ vel definitiæ publicantur in audientia. 1. Spectandę sunt personæ litigantes, an eæ in 1. instantia sint priuilegiatę, **Vermög der Auftråg** / an vero hic statim conueniri possint. 2. Considerandę personæ procuratorum, vt inde cognoscatur, quibus Principibus, Comitibus, cluitatibus, &c. inseruiant, quod non caret sua vtilitate. 3. Obseruandum ex personarum consideratione, quatenus Camera iurisdictio se extendat. 4. Perpendenda causā, vt cognoscatur quę causę sint frequentiores, & quę in prima instantia ad Camera pertinent. 5. In quo puncto causā ventiletur obseruandum. Id enim debet familiare esse iis, qui recte producta intitulare volunt. 6. Decretum ipsū expendendum. Et quidem non tantum <sup>7. d. 8. r. 1.</sup>, sed etiam <sup>7. d. 6. r. 1.</sup>, vt & illud, qua de re, & quando à procuratoribus sit conclusum & submissum, quoue recessus præcesserint. 7. Mulctarum notanda varietas, quę ordinarie nonnunquam nonnunquam vero iuxta ordinationem irrogentur, **nach der Ordnung oder nach Ermäßigung**. 8. Notentur comminationes, quę pro punctorum varietate varię quoque sunt.

PRÆGNANS.

**M**V LIERVM morti destinatarum, si prægnantes essent, partus expectabatur *apud Aegypti s.*, existimantes penitus iniquum esse, eum, qui nihil commisisset, vna cum facinorosa pœnam pati, aut duos plecti cum vnus deliquisset. Ioan. Boëm. *de Africa. lib. 1. c. 5.* Et hoc Ann. 1596. Argentina obseruatum memini, nam cum eo in loco mulier ad supplicium ducta se prægnantem dicebat, iterum in ciuitatem ad xenodochium ducta fuit.

PRÆIUDICIUM.

**Q**V A N D O in Camera quæstio præiudicialis incidere solet, ratione substantialium matrimonii, tunc remittitur causa cum omnibus incidentibus quæstionibus ad competentem iudicem ecclesiasticum, per ea quę tradit Capit. *decis. 7. num. 7. de sponsal. c. 6. & 3. parte 3. & c. 8. & c. 7. §. 7. num. 8.* Ita factum in Camera An. 31. 30. Sept. in causa **Baalen** contra **Humpetsch**. Et Camera iurisdictionem fundatam non esse in causis matrimonialibus, habetur in **Visit. Abschied** An. 70. vide supra **Matrimonium**.

PRÆSTATIONES ANNVÆ.

**I**ER præstationem continuam an Colonus præsumatur Emphyteuticiarius perpetuus? vide consil. in causa **Badgassen** contra **Eblern**.

Sic annua præstatio census & redditus als ein jährliche **Gült** / si non præstetur, an & quando fors vna cum pensione peti possit? Vide in verb. **interesse**.

*Præuen-*



## PRÆVENTIO.

**PRÆVENTIO** iurisdictionis. Per delegationē causæ præuenitur iurisdictioni. *Marant. 6. disp. nu. 20.* vnde ad delegantem postmodum appellandum est. *Bal. in l. si vt proponis. n. 12. C. quom. & quand. Iudex. c. super. §. porro. ext. de offic. del. Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus. n. 5.*

Als **B. A.** Proceß in Cam. erhalten / hat **R. J.** Cameram berichte / daß dieselbe in cognitione præuenirt, daher seyn alle fernere Proceß in Cam. ersizzen blicben / vñnd **R. J.** hat in hac causa vsque ad **S. D.** procedirt / ex quo apparet, etiam **R. I.** in causa **R.** Iudicem esse posse.

Dubitabatur aliquando, vtrum per Legatos Cæsaris iurisdictionio Cameræ præuenta esset: Et decisum, quod non. Primo, quod præsentatio commissionis effectum præuentionis non operetur, nisi quando is, cui per præsentationem commissionis iurisdictionio tribuitur, ea vti incipit. *Dec. in c. gratum. 20. n. 2. ext. de offic. iud. deleg. gl. in c. vt debitus. 59. ext. de appell. Ioan. de Imol. in c. licet. 36. nu. 7. & seq. ext. de offic. & potest. iud. deleg.* Secundo ibi citatio Cameræ, & decreto & insinuatione, citatione delegatorum prior erat. Casu tamen, quo alioqui de tempore insinuationis dubium esset, *Ref. D. V. H. cum Abbate & Dec. in d. c. gratum. 20. n. 2. & 3.* sentiebat, solo decreto citationis, licet ad citatum illa non perueniat, iurisdictionio præueniri, cum citatio sit actus, qui sine commissione expediri non possit, illum iurisdictionio vti, qui citationem committit, cum ea sit quasi interlocutoria. *gl. in l. cum clericis. 25. in verb. sententiam. C. de Episc. & cler.* Sic in causa **Vicken** contra **Sein** conclusum 29. Augusti Anno 72. exceptionibus non obstantibus, reis Comitibus litis contestationem iniungendam.

De materia præuentionis, & quot modis ea fiat, vide *Aym. Publ. in consuet. Aruern. tit. 24. art. 18. per tot.*

Et quod præuentionio etiam inducatur per simplex præceptum, extraiudicialiter, tradit *Frid. de Sen. cons. 140. Butr. in c. proposuisti. de foro compet. & Guido Pap. decis. 140.*

## PRIVILEGIUM.

**PRIVILEGIA** partium, Ducum aut Principum, extrahenda in specie, vt statim sciri possit, an processus decernendi, nec ne, *An. 92. 3. S. d. 64.* Hoc factum *An. 93.*

Si nobiles petunt insinuari sua priuilegia, id illis denegatur, quia reputantur pro priuatis. Ita insinuatio denegata in causa **D. Drechselm** contra **Melchior Jagern** 7. Iul. *An. 89.* vide *Gail. 1. obs. 1. n. 3.* vbi aliud præiudicium ponit in causa **Friderici Spet** 19. Oct. *An. 65.*

Priuilegia sunt stricti iuris, præsertim vbi agitur de iudicio exemptionis iurisdictionis alterius. *Rom. cons. 18. Bal. in l. beneficium. de constit. princip.* Nec ad alium locum extendi debent. *Bal. in l. i. ff. de ll.* Nec de personis ad personas. Et si quis ratione priuilegii non potest, nisi coram certo iudice conueniri, tamen ratione delicti, & rerum ibidem existentium potest conueniri coram ordinario eius loci, *c. dilecti. de foro compet. gl. c. 1. §. in eos. de priuil. in 6.* Ita iudicatum in causa **Schelm** contra **S. Bartholomei Stiffe zu Franckfurt.**

An priuilegium in alterius territorio, & sic extra suum, Imperator dare possit,



possit, vt malefici capiantur & puniantur? Henning. quod sic. *conf. 2. de statu. c. 1. de priuileg. in 6.* Imo excusatur quoque à pœna fractæ pacis, qui sic habet ius capiendi in alieno territorio.

Rescriptum delegatorium, non faciens mentionem de lite prius incepta, etiam per solam citationem intelligitur subreptitium. Panorm. *in c. vt d. lectus. n. 20. de app.*

Priuilegio speciali per aliud priuilegium vel rescriptum non videtur derogatum, nisi fiat eius expressa mentio. Ita decisum in causa *Blm contra Memmingen / Barthol vnd Ulrich der Wolfarten Appellanten contra Jörgen Fraß genannt Meurer.* Et in causa *Würgsburg contra Rotenburg an der Tauber M. April. Anno 72.*

Priuilegiorum insinuatio. Priuilegiorum insinuationem Camera non aliter recipit, quam saluo iure Imperii & tertii, vt factum in ciuitate A. Item cum transactione Burgundiaca. De priuilegiis Austr. & alia multa notatu digna vide in causa *VV. B. contra OR. den verstrickten Pastorn zu N. B. betr.* Et in causa *NB. contra A. Ratione priuilegii læsi in Camera processus non decernuntur, nisi priuilegium Cameræ & parti prius insinuatum sit. Et si forte Cameræ non est insinuatum, tunc ipsum originale vna cum supplicatione exhiberi, & simul narrari debet, id parti rite insinuatum esse. Hoc nisi fiat, processus non decernuntur.*

Priuilegia non insinuata iudici, neque parti, nihil profunt. Rom. *conf. 330. n. 19. per l. si quis diuinam. C. de aqueduct. lib. 11.* Et insinuatio debet fieri coram Iudice competente, aliàs non valet, not. *Gail. 1. obs. 1. n. 1.* quod & vsus & stylus Cameræ confirmat, quod non decernuntur processus, nisi priuilegium parti insinuatum narretur, cui narrationi statür, & de veritate eius in processu cognoscitur. Insinuatio enim soli Iudici facta, parti, cuius interest, non præiudicat, quia eiusmodi insinuatio semper saluo iure tertii fieri debet.

Nota: priuilegium si non sit insinuatum Cameræ, debet in authentica forma exhiberi, & debet esse confectum in membrana. Ita ex hoc capite processus ad videndum se incidisse in pœnam violati priuilegii denegati in causa *Stiffsherrn zu S. Blasii in BS. contra Jobst Friesen Hauptmann/ Florian Dießen / Ampmann zu Dieffhorn/ vnd Caspar Heilos von Pessendick 24. Maii An. 91.* Quod tamen mihi non placet, cum constitutio Max. I. loquatur tantum de instrumentis Notariorum. Et quis Imperatori modum præscribit conficiendi & conscribendi priuilegia in membrana vel charta? Nota tamen, quod instrumentum priuilegii transumpti fuit tantum papyraceum, quod forte rationem habet.

Forma protocolli. M. Iun. An. 89. *D. GB. comparet vermög Abschieds An. 70. pro Brandenburg/ dedit copiam Gewalt/ darüber presentationem & priuilegia in originali cum copia, bitt/ wie in der Schrift.*

Tenor der Schrift: *D. N. Ich N. vbergib/ præsentir/ insinuir vnd notificir in bester Form N. Priuilegium mit Bitt/ E. F. G. wollen angeregt Original Kayf. priuilegium de non appellando für insinuir vnd notificirt gn. auff vnd annemen/ das Nichterlich Decret vnd Autoritet darüber interponiren/ meinem Principalen vber solche Præsentation/ Insinuuation vnd Certification glaubwürdigen Schein vund Brkünde mittheilen/ auch berürten Kayserl. Priuilegii, da jemand demselben zuwider/ in fünffügen zeiten bey E. F. G. vnd Kayf. Cammergericht vmb Proceß vermeintlich ansuchen würde/ gn. ingedenck zu seyn/ vnd ferners den Lesern befehlen lassen/ das sie angelegt original priuilegium in dz verordnete Pergamentbuch abschreiben/ vnd dz origi-  
del widerumb herauß folgen lassen/ desuper.*

Mm

Quando



Quando agitur ex conditione, ex lege vel priuilegio *Reyserl. Schus vnd Schirms*/tum 4. sunt probanda. 1. Priuilegium esse concessum. 2. parti esse legitime insinuatam. 3. contra tenorem priuilegii à Reo, vel quod idem est, iussu & ratificatione rei attentatum. 4. Idque ex proposito vel dolo malo factum esse. Non. n. incurrunt pœnas constitutionum, qui non sunt dolo malo versati in illis. Bald. *in l. fin. quod quisque*. Et ideo cum aliquando *Bemelberg* pro interesse, vnd *Flach* Principalappellante contra *Philipsen von Freyberg als Vormünder Frau Ursula von Baumgarten* / citationem & inhibitionem peteret in Camera vigore priuilegii, super quo se fundabat: illud autem non esset Camerę insinuatam, nec allegatum, quod Iudici à quo insinuatam fuit, tantum citatio periculo partis decreta 25. Ian. An. 88.

Exemplatio priuilegii. Cum aliquando cuidam fuisset iniunctum, vt vidimus alicuius priuilegii in forma probante produceret, ille curauit illud exemplari, & per tres Notarios subscribi, & ita produxit. Sententia desuper lata 13. Iun. An. 89. hoc modo: *In Sachen B. vnd Rath der Statt S. pro interesse vnd C. M. H. Principal Appellanten contra gedachts M. H. Ehefrauen vnd H. E. L. H. zu P. Appellaten / ist D. L. W. deren am 26. Sept. jüngst vbrachter* vidimus *vnuerhindert / die im Appellationlibell angezogene* priuilegia *nachmal in glaubwürdiger Form vorzubringen* Zeit vier Monat pro omni termino von Amptswegen angefetzt / sub comminatione, das es alsdann bey der am 3. Julii zuvor ergangener *Brtheil endlich bleiben soll* / intellectus illius sententię fuit, vt instrumentum exemplaretur, auctoritate Iudicis ordinarii, qui in hac causa est Camera, cuius auctoritate prædicta exemplatio fieret.

*De personis priuilegiatis quedam.*

Nota: Electores Rheni priuilegio aureę bullę iam dudum tacite renunciarunt, quia semper detulerunt appellationibus in Camera: & eo ipso, quia impetrarunt priuilegia super certis summis, Priuilegium de non appellando Ducis Saxonię, Appellatio ab Electore Sax. propter priuilegium non admittitur, licet quidam dominorum inde appellari posse putent, non vt ab Electore, sed vt Duce Sax. Ita *Mansfeldt* quondam obrinuit citationem, sed periculo partis: & nuper Anno 91. in Nou. 28. vel 29. in quadam causa *Nürnberg* contra *Mansfeldt / die vierer betreffende* / Ciuibus Norimbergensibus processus decreti sunt, citatio & compulsoriales, periculo tamen partis, idque causa fuit, quod ab Electore appellabatur, non tanquam ab Electore aut Iudice ordinario, sed tanquam compromissario.

Ad Priuilegium Ducum Sax. de non appellando hoc notandum, quod super nullitate agi possit, vt in causa *Auffses* contra *Rosenaw* nullitatis. Anno 91. Et in aliis etiam mandata contra Duces Saxon. decernuntur, vt in causa *Liechtstein* cōtra *Sachsen* de relaxādo captiuo An. 91. in Jun. *micro! S. beim X. J. sich dessen hoch beschwert*. Item in causa D. Nicol. K. cōtra S. An. 94. M. Mart.

Si quisquam Priuilegium seu beneficium ab Imperatore habeat, & hoc à Cæsare confirmatum sit, iam si contra hoc molestetur, tum ratione pœnæ, quæ forte in priuilegio expressa est, aduersarium, etiamsi non sit immediate sub Camera, ratione pœnæ per citationem huc ducere potest: quia nemo de concessione & priuilegio Cæsaris iudicare potest, quam Cæsar & Camera, vide tit. *das alle fiscalische Sachen*. Ita obseruatum in causa D. *Glocken* contra D. *Eggelspach* / & in aliis multis causis.

An comitatus von der *Marck* etiam contineatur priuilegio Ducis Iulię de non appellando? In *Sachen Greuel* contra *Hauersack* appellationis Anno 82. in Camera introducta, appellatus 6. Iul. eod. ann. dedit exceptiones non deuolutę



uolutæ appellationis, nimirum vt causa hæc vix 300. fl. concernat, eandem propter priuilegium Iuliacense, quod nimirum 600. fl. contineat, & cui non sit conformis, non esse deuolutam. F. contrario appellantes 6. Feb. An. 89. deducunt articulos replicatorios, quibus allegarunt, d. Comitatum obtigisse per matrimonium Ducis Iuliæ, in quo sine nobilium, ciuitatum & statuum consensu dux nihil statuere vel innouare possit. Et quamuis Dux modo nominatus sæpe conatus fuerit, illos d. suo priuilegio de non appellando comprehendere, nunquam tamen illud ad effectum deductum, sed semper ei contradictum fuisse. Appellatus desuper repetens suas exceptiones 13. Iun. An. 89. per sententiam d. replicatorii ad probandum sunt admissi, & appellato iniunctum, vt intra quatuor menses desuper responderet. Cum itaque per verbum, *non credit*, respondisset, & d. appellantes probationem dictorum articulorum extraxissent, concludebat in causa principali, & petebat, vt circa litis contestationem fuisset petitum. Rursum per sententiam 26. Mart. An. 90. latam responsiones appellati pro sufficientibus sunt acceptatæ, & appellantis tempus trium mensium ad probandos sæpe dictos replicatorios ex officio sunt præfixi.

Quomodo procedatur in causis commissæ pænæ priuilegiorum, hominibus priuatis concessorum. Quidam cum haberet ab Imperatore Carolo V. *ein Wapenbrieff* / cui inserta erat pœna 20. marcarum auri, iis infligenda, qui contra tale priuilegium attentassent. Contigit vt aliquando eius insignia in fenestra quadam *auff einer Zunffstuben* depicta, cum iniuria deiicerentur: admonerebatur fiscalem Imperatoris, vt contra talem ad pœnam commissam, priuilegio insertam procederet. Fiscalis respondit, hoc ita fieri non posse, sed si ad vindictam agere vellet, posse eum extrahere in Camera citationem ad videndum se incidisse, &c. postea ordine procedere, & tum demum solere ipsum ex officio, pro iure & interesse fisci, omnes recessus, acta & actitata repetere, & iudicis cognitioni commissum facinus committere. Requisita autem talis actionis esse, 1. priuilegium ante citationem esse insinuatum ei, qui illud temerare fuit ausus. 2. vt etiam idem de pœna priuilegio inserta sit certior factus & admonitus, *verwarnet*. 3. Quod dolose, ex proposito, certaque scientia quid contra factum sit. 4. Quod post omnes admonitiones *Verwahrung verächtlicher weiß* / infregerit tale priuilegium.

Priuilegium de non appellando à consistoriis Episcoporum, non habet locum in appellationibus quæ fiunt ab officialibus, dato quod officiales etiam in singularibus cognoscant, nisi in specie insertum hoc priuilegio. Ita domini censuerunt in causa *Hensch* contra *Deley* / quod non debeat esse conformis summa d. priuilegio.

Priuilegia per notarios solent insinuari, & ideo non à Camera imperiali id petendum, quæ ad actus iudiciarios principaliter deputata est. Et iste actus chartulariæ iurisdictionis, non contentiosæ aut voluntariæ est.

Priuilegii immunitatis & exemptionis insinuatio iudicialiter & publice fieri debet. Et non sic extraiudicialiter in senatu. *c. Albericus. ext. de testib.*

Electo Treuirensis supplicauit ad Cameram pro citatione ad videndum cassari processus Rotuulenses, & citatione ad videndum se incidisse in pœnas priuilegiorum, eo quod iudices Rotuulenses decreuissent bannum contra aliquot subditos Electoris, licet priuilegiatus esset, decreti processus 15. Febr. An. 93.

*Hagenaw* / quæ Camera & ciuitas est imperii, statuto cauetur ne quis à iudicio prætoris, *vom Gericht auff der Lauben* alio prouocet, vel appellet. Pro definitione, sequens verum D. W. in causa *Brsusa G.* contra *Daniel vnnnd Friderich*



chen H. perpendendum. Ex actis in causa *Kauschart* contra *Scharffenato*. Item *Kauschart* contra *Kolben* &c. Item *Geisselheim* contra *Randweiler* apparet, appellatum fuisse vom *Gericht zu Hagenaw* ad *Cameram*, & contra d. iudices non tantum emanasse compulsoriales sed etiam definitiue fuisse pronunciatum, quamuis hæc eadem priuilegia, quæ in hac causa producuntur vel allegantur, etiam tunc iudicialiter exhibita fuerunt.

Quare ob d. præiudicia, & quod *Hagenoenses* his acquieuerunt hætenus, nunc aliter pronunciatum non posse videtur, cum *Camera* in longissimi temporis possessione fuerit, & adhuc sit appellationes recipiendi. Ex mandato *Maximiliani I.* de dato 1516. producto, in causa *Kauschart* contra *Kolben* aperte colligitur voluisse etiam *Hagenoenses* *Maximil.* tempore isto prætenso priuilegio uti, neque *Cameram* tamen id attendisse, sed supra dictas causas & fortasse antehac plures, de quibus iam non constat nobis, recepisse, ex ea forte causa ut coniecturare licet, quod priuilegium *Friderici Imperatoris* nullam plane appellationis mentionem faciat. Et cum iurisdictioni imperii præiudicet, si appellationes non recipiantur, illud minime extendendum. Deinde etiam quod confirmationi *Maximiliani*, tenor huius priuilegii integre non sit insertus. Quod in confirmatione priuilegiorum requiritur. *DD. in auth. Si quis in aliquo. C. de edendo. Bald. in l. falsus. C. de furtis.* neque videtur etiam *Maximilianus Imperator* per d. confirmationem dare voluisse priuilegium de nouo, cum non dixit se tale priuilegium de nouo dare, sed quod tantum confirmare voluerit illud, quod per *Fridericum* datum fuerat. Quæ verba non inducunt nouum ius, sed conseruât antiquum ius. Nihil autem in antiquo dictum fuit de non appellando, ita ut hæc confirmatio non sit attendenda, & qui confirmat, nihil innouat. *c. inter dilectos. §. partim. ext. de fid. instr. Spec. in tit. de instr. edit. §. nunc autem. n. 1.* Imo ex principio huius confirmationis expresse constat, narrasse *Hagenoenses* per legatos sese per *Fridericum* ita priuilegiatos, ut appellari ab ipsis non possit, ad quæ narrata confirmatio subsequuta, cum tamen in priuilegio *Friderici* non inueniatur, ut sic clare appareat, confirmationem per falsa narrata impetratam. Præterea iudices *Hagenoenses* in supra dd. tribus causis, atque etiam in hac nostra causa ad emanatas compulsoriales semper ediderunt acta, & sic prætenso priuilegio, si quod habuissent, præiudicarent. Et quamuis hoc cum protestatione fecerint, fuit tamen hic actus sine dubio protestationi contrarius. Neque refert etiam, quod huius priuilegii insinuatio *An. 71.* facta in *Camera*, cum hæc insinuatio ultra insinuationem siue notificationem nihil videatur operari, & imperio & cuius, si quid habeat, quod opponat contra d. priuilegium sit reseruatam. Quare non obstantibus exceptionibus, lis proputa acceptata compensatis expensis propter priuilegium & insinuationem, quæ fuisset deneganda.

Possunt etiam hæc verba von dem *Urtheil so alda gesprochen vund erkannß be ruffen/ vnd davon entziehen.* Confirmatioque inserta intelligi non de appellationibus à definitiua, sed quis forum declinare & in *Hagenaw* iuristare nollet. Qui intellectus non absonus, si præcedentia narrata diligenter considerentur, & etiam hoc ponderetur, quod plura sub se habent oppida, quibus *Hagenoenses* ius dicunt. præiudicia etiam iusta tanto magis sunt ponderanda, daß die von *Hagenaw* kein *Reuision* darüber angestellt.

Sententia: In Sachen *Brfsula G.* verordnete *Curatorn* in actis benennt wider *Daniel vnd Friderich die Hecker* ist die am 22. *Apr. An. 74.* beschehene *Kriegs Befestigung* vorgewendter *Einreden* vnterhindert pro pura angenommen / die *Gerichtskosten* diß *Puncten* halben auffgelauffen / auß bewegenden *Ursachen* gegen einander compensirent vnd vergleichend 25. *Aug. An. 75.* Recen-



Recentiora præiudicia extant, vbi processus contra d. *Bericht zu Hagenaw* fuerunt decreti in causa *Stofferin* contra die *Münsherrn zu Hagenaw* 5. Sept. An. 91. Et in causa *Hohenburg* contra die *Münsherrn zu Hagenaw* 3. Oct. An. 91. vbi appellationis processus citatio, & compulsoriales, & vtroque casu etiam inhibitiõ decreta. Priuilegium parti aduersæ non legitime insinuaturn, viribus caret, *text. in l. fin. C. de aqua duct. lib. 11. Rom. cons. 330. n. 19.* vt eum allegat *Gail. 1. obs. 1. n. 11.* Quod & vsus & stylus Cameræ confirmat; quo non decernuntur processus, nisi priuilegium parti insinuaturn narretur, cui rationi statur & de veritate eius in processu cognoscitur, insinuatione iudici facta parti cuius interesse non præiudicat, quia eiusmodi insinuatio semper saluo iure tertii, fieri solet. Et ideo cum aliquando *Bemelberg* pro interesse, vnd *Flach* *Juden* *Principal Appellanten* contra *Philipsen von Freyberg* als *Vormünder* *Fraw Ursula von Baumgarten* citationem & inhibitionem peteret in Camera vigore priuilegii, super quo se fundabat.

Illud enim non esse Cameræ insinuaturn, nec allegatum, quod iudici à quo insinuaturn, fuit tantum citatio periculo partis decreta. 25. Ianuarii Anno 88.

In insinuationibus priuilegiorum semper intelligitur clausula, *saluo iure tertii. l. nec auus. Cod. de emancipat. lib. 1. 2. §. merito. Ne quid in flum. publ.* Quod obseruatum in priuilegio Ducum *Holfatiæ* de non appellando ad Cameram mensè April. Anno 81. Et priuilegio Ducis *Wirtembergensis* etiam de non appellando, cuius insinuatio facta 13. Iunii Anno 71. Totius *Domus Saxonix.* 24. Aprilis Anno 60. *Episcopi Leodiensis* in omnibus causis iniuriarum & fo-dinarum *der Steinkolen.* Item priuilegio *Austriæ* & aliorum plurium imperii statuum.

Et licet appellatiõ ad Cameram impediri aut prohiberi non possit: illud tamen est in his casibus & præiudiciis, vbi tota prouincia, omnesque prouincix ordines licet armis subacti, & ita coacti huic suo fauori, & vniuersæ appellationi ad Cameram publicæ utilitatis præcul dubio fatiore illam effrenam appellandi libidinem cohibentes renunciarunt. Et ita illud, quod in illorum fuit facultate à se abdicarunt, quod facere potuerunt, *Mynf. cent. 1. obs. 14.* (vbi tamen *Mynf.* contrarium sentit. Pactis enim & statutis iure communi derogari non potest: quod & ego sentio verum, quod ad imperium attinet, id verissimum arbitror, quod sc. hoc illis permittere possit, sponte autem & statutis id fieri non posse) maxime cum illis partibus septentrionalibus vt opinor iure Saxonico vtantur. Vide *Vitalem de Campan. in clausula saluo iure tertii.*

Insinuatio plerunque priuatis etiam nobilibus denegatur, suorum sc. priuilegiorum. Ita denegata *D. Drechseln* *Assessori.*

Forma decreti priuilegio insinuato. *In Sachen begerter* insinuatione priuilegii, *ist dasselbig doch vorbehaltlich des H. Röm. Reichs Ober vnd Gerechtigkeit/ auch menniglichs interesse vund Einrede dargegen zu jeder zeit vorzubringen/ so viel Recht hiemit angenommen/ darüber der gestalt Brkuntt erkennt/ auch D. N. der collation vnd gebettener Restitution Original halben sein Begeren zugelassen: Ita factum 26. Iun. An. 89. In insinuatione priuilegiorum *Marchionis G. F. B.**

### PROBATIONES.

**S**I duo sunt vel tres testes non valde idonei, & vnus omni exceptione maior, faciunt plenam probationem. Ita domini obseruarunt in causa *Heiß* *Jud* contra *Melchior Conraden* in causa iniuriarum.



In der Beweisung voffahrn. Zu Commissarien bewilligt vnd commission erkant/  
zu beyden theilen / tam in puncto positionalium, quam defensionalium, aber diß  
examen oder commission noch in seine Würcklichkeit nicht gericht / so merck quod  
quis per ordinem contumaciarum ad commissionem & secundam dilatio-  
nem adigi possit, so begibt es sich aber bißweilen / daß etwa actor reum in puncto  
defensionalium contumacirt, vnd reus ein terminum in selbiger Ordnung an-  
nimbt / aber reus etwa nit wider in puncto positionalium contumaciren kan / wie-  
wol er der Ordnung geleben muß / so kan doch idem reus, wann terminus accepta-  
tus sich schier enden will / obtenti termini prorogationem bitten vnd mit folgenden  
verbis formalibus: Domine iudex: Cum actori in puncto positionalium seu  
principalium, zuvor mit seiner Beweisung zu voffahren incumbat, so bitt ich als  
reus, prorogationem dessen am 3. Julii nechst erhaltenen terminis / biß actor sein Be-  
weisung anstelt. Et si actor der Lebendigen Rundschaft nicht renuncirt, cogitur ei  
admittere petitam prorogationem. Si vero renunciat, cogitur certum tem-  
pus reus nominare, & illi conceditur ab actore ad conficiendam commissio-  
nem, Vnd wann die Partheyen mit ihrer Beweisung voffahren / welcher vnder ihnen  
sein Rotul erstlich vorbringt / der bitt es ad acta verschlossen zu halten / dieweil pars ad-  
uerfa noch in seiner Beweisung stände / vnd würd jedem Theil ex cancellaria seines  
vorbrachten Rotuls auch seines Gegentheils Copeny zugestelt / darauff stelt actor auß  
seinem Rotul seine probationes, cum annexis exceptionibus wider rei fürbrachte  
rotulum. Itidem etiam reus respectiue facit.

Probationi viuę vocis renunciāns, non censetur per hoc renunciāsse ei, quę  
fit per ocularem inspectionem. Ita decisum in causa Sulzer contra Flecken-  
stein / mandati pro relaxando captiuo Anno 89.

Non releuat, si quid in processu causę probetur, quod non est articulatū,  
aut in libello deductū. Ita obseruatum in causa Pfullendorff contra Zollern.  
Anno 89. M. Aprili.

Regula: non probata probabo, non deducta deducam, non habet locum  
in interlocutoriis. Guid. Pap. *cons. 124. n. 3. & cons. 119. n. 7.*

Probationes & instrumenta, etsi post conclusionem in causa amplius pro-  
duci non possint. Iaf. in l. admonendi. nu. 62. de iure iur. vbi per multas extensiones  
tamen iudici nunquam concluditur. c. Ioannes. de fid. instr. vbi Panormit.

Probationibus productis quot producta admittenda, vide supra *Conclusio  
in causa.*

Probatio exceptionum in mandatis sine clausula non ordinaria via admit-  
tenda, sed pro omni dilatione concedendus terminus. Vide mandatum sine  
clausula.

Si quę confessio eruitur vel ex Probationsschrieffen / vel exceptionibus, quę  
personas & testium dicta respiciunt, vel ex aliis productis, quę prius exhibita  
sunt (sæpe enim incauti aduocati, nec semper sui similes sunt) & si ita confes-  
sum quid sit, quod facit ad fauorem aduersarii, tunc eo ad probandum vti po-  
test, etiam post terminum probationum.

Probationsschrieffe sæpe producitur, etiam si nulla fuerit commissio, vt in li-  
bris censualibus.

Probationsschrieffe optime formantur, si secundū requisita actionis intentā-  
tę dirigantur, vt tamen ostendatur, illa puncta satis esse probata, daß gibt dem  
Referenten gute information zu seiner relation, reliquę Probationsschrieffen nach  
einem jeden Articul / sein eitel nugę, vnd vnnütz Geschweß / merę repetitiones di-  
ctorum testium.

Publicatis attestationibus, wann auff Probation vnd Exceptionsschrieffe zu  
handeln



handen tunc debet comminatio dari non sub conclusione in causa, sed pœna præclusionis. R. d. Anno 83.

Libris rationum vt fides adhibeatur, necesse est, quod mercator solitus erat scribere, & pro viro honesto publice reputatus sit. Item quod manu sua scripserit in d. libro rationem & debitum, de quo agitur. Item quod ipse consueuerit scribere veritatem. Item quod in tali scriptura causa debiti sit expressa. Item quod in eo libro scripta sint debita contra se. Boër. *decis. 108. in 1. part. n. 4. & 5. & Dec. c. Talis. n. 496.* vbi plenissime. Item quousque libro rationum credendum sit pulchre declarant Ias. & Bart. in l. admonendi. n. 27. & n. 127. cum seq. Bal. in l. 2. n. 11. C. de edendo.

Quare Iudex non modo ob instrumenta de nouo reperta rescindere conclusionem potest, c. *pastoralis. de except. Ias. in d. l. admonendi. num. 50.* Verum etiam quodcumque in factò allegato in actis aliquid desiderat, quod maxime locum habet, si intelligis cognita causa rescissionem conclusionis non malitiose peti, & si adiecta clausula in conclusione: *cum oblatione si quid facti.* vt factum est in fiscali, in sua conclusione in quadam causa: magna enim est vis eius clausulæ, & ita rescissa conclusio in causa fiscalis contra Würzburg Mense Iulio, Anno 75.

Probationem in instantia appellationis non probatam probabo, non deductam deducam, licet locum vt probetur in instantia appellationis de nouo circa prius petita in causa principali: non autem vt de nouo aliquid petatur vel deducatur, quia non pertinet ad Iudicem appellationis. Vide Dob. in *re-pertorio, in verb. de probatione per scripturam. & infra in verb. testes.*

#### PROCVRATOR.

DE præclusionione viæ ad probandum & cautela eius, in cuius præiudicium via præcluditur. Wann dem Sempronio sub comminatione præclusionis viæ probandi mit seiner Beweisung zu volzuführen Commissarios zu ernennen vnd commission bitten / angesetzt wer worden / oder selbst præiudicialiter angenommen hette / vnd also die Zeit purificiren vnd in rem iudicatam ergehen lassen / aber erst nach purificirter Zeit nominationem Commissariorum einbringen wolle. Vnd Titius darauff replicirt / dieweil die Zeit purificirt / vnd dem Sempronio nun mehr via probandi præcludirt, so bitt er den Sempronium mit jesigem seinem vorbringen nicht zu hören / sondern ihn Titium bey Iudicis Bescheidt / so in rem iudicatam ergangen gn. zu handhaben. Sempronius duplicirt / er were nicht geständig / daß der Bescheidt purificirt / mit Wiederholung der Nomination / vnd submitirt darüber / wird ihm also sein begeren abgeschlagen der probation halber / vñ ad concludendum 6. Wochen / oder dergleichen angesetzt / so kan er sub prætextu conclusionis, was er mit brieflichen Brkunden beweisen kan / nachmals animo concludendi vim probationis eyngeben / recognitionem sigillorum bitten / vnd cum oblatione si quid facti, zu Iudicis gn. Erkenntnuß setzen. Vnd ob gleich Titius auch darüber concludirt / dem Sempronio die Beweisung abzuschneiden / also seine eynlagen / cum oblatione in vim probationis eynkommen / nit an zu nehmen / sonder zu verwerffen bete / so releuert solch eynstrewen nit in tam fauorabili puncto, vnd wird also zugelassen / vñnd ihm Titio auch pure vnd simpliciter darauff zu beschliessen / angesetzt.

#### PROCESSVS



## PROCESSVS.

**I**N decernendis processibus attendenda verba constitutionum, & stylus antiquus Imperii, nec disputationes multæ admittendæ, ne sensus per hoc dubius fiat.

Si processibus denegatis denuo supplicetur, & præiudicia ac stylus & obseruantia contraria allegetur, Iudex vel vicarius plures, vsque ad 6. 8. vel 10. styli peritos adiungere debet, qui rem etiam atque etiam perpendant, & ad æqualitatem perducant.

Processibus, ob supplicationis quendam defectum, qui possit corrigi, denegatis, clausula solita, *auff vorbrachte narrata abgeschlagen/ vel, wie gebetten abgeschlagen/* similesque aliæ adiungendæ decretis. R. Anno 70. §. *vnd auß sondern/ 2c.*

Processus decreti si intra annum è cancellaria non redimantur, expirant, rescriptum tamen eo nomine petere licet. Dies sollicitatorum & obtentorum è cancellaria processuum per magistrum nunciorum annotetur.

In decernendis processibus Iudex qualitates Camerae obseruare debet, ita vt super similibus factis & narratis similes & æquales processus decernat, R. Anno 70. §. *als dann auch.*

Cum decernuntur processus, pœna non definitur à decernente, sed protonotarii pro qualitate facti certam taxationem pœnarum habent, quas ipsi inferunt.

*So einer gute Sachen zu haben vermeint/ vnnnd stracks libello porrecto & lite contestata in vim probationis documenta produciren wolte/ vnd darauff concludiren/* potest procurator ex aduerso ad differendum processum necessitate desiderante, & exceptionibus deficientibus, informationem Iudicis *produciren/ & tunc agere cogitur.*

Cautelæ abbreviandi litem. Si quis velit cito causæ definitioni consulere, det articulos statim primo termino, & statim nominet commissarios, renunciet *Probationsschrieffen/* quæ tantum fiunt illustrandi dicta testium gratia, & parum iuuant. Nam aut dicta testium per se sunt plana, & non opus est illa deductione *der Probationsschrieffen:* aut sunt vacillantia, & tum non multum fidei adhibetur scriptis illis probatoriis. Sæpe etiam ipse Ref. negligit *die Probationsschrieffen/ wo er auß den dictis testium sich genugsam kan informiren.*

Vel: Si quis producat literas censuales, quibus velit intentionem suam probare, potest intra paucos menses causa finiri, *kan er actionem & literas, damit er probiren/ vorbringen/ vnd bald darauff beschliessen.*

Vel: Exhibeatur libellus, petatur lis super eo contestari, & se ad probandum admitti. Commissarii nominentur, & petatur dilatio prima ad probandum, intra primam dilationem curet testes examinari, petat attestationum publicationem, renunciet *Probationsschrieffen/* super quibus longe & statim concludatur.

Causa vero protelationis litium est in personis, cum moritur vel actor vel Reus, vnus consortium, Procurator, Aduocatus actoris vel Rei, Iudex, Referens, quibus casibus citatio ad reassumendum est petenda. Item, si Referens *läßt die Ordnung fürüber gehen/* item *so offti Mangel an den Gewalten.* Protrahitur etiam lis ratione interessentis, si quis litigauerit 20. vel 30. annos, ita vt fere peruenerit ad sententiam, deinde se aliquis intromittat, pro eo petat sibi edi actionem, & tunc quæritur, an sit audiendus nec ne. Contingit interdum



dum, vt litigetur 20. annis, antequam lis contestetur, tum de competentia excipiatur, replicetur, duplicetur, dum commissio decernatur, probationes vtrinque dentur, excipiatur contra possessoris probationes, replicetur, duplicetur, triplicetur, in commissione priuilegia disputentur.

In decernendis processibus in Camera regulariter statur narratis supplicationum, & hic stylus fundatur ex l. cum quædam puella. §. quoties. ff. de iurisd. not. Gail. 1. obs. 1. & obs. 14. n. 4.

Socio contra socium quando processus decernantur, & an fiat? Resp. quod sic. Ita in causa Nassaw Sarbrücken contra Veldenz 20. Septembr. Anno 60. Et in causa Sponheim contra Churfürsten zu Erier. Item / Masenhausen contra Biernenberg 12. April. Anno 69. Item / Schweinfurt contra Würzburg 28. Junii Anno 49. Item Wormbs contra Pfalz / des von Efferm Verstrickung betreffend. Item postea inter eisdem Anno 88. Inter eisdem mandati der Pfändung / 1. Aug. Anno 89. Jacob Neuhellers Verstrickung betreffend. qui Neuheller fuit propter realem iniuriam, vxori cuiusdam illatam in Heidelberg (licet fuerit ciuis Lautenburgensis) citirt, & ibi sine præscitu Episcopi incarceratus, data Bræphed. & 100. fl. liberatus.

Et in causa Straßburg Episcopi contra Straßburg / des gemeinen Amptmañs zu Friedelsheim Verstrickung betreffend / vbi ciuitas Argent. ei mandauit, da der Bischoff des newen Kalenders halben etwas gebieten würde / vt Argentinensibus significaret, quod cum non fecisset Præfectus, haben sie ihn cyngesetzt: decreti igitur processus Anno 86.

Processus contra Reum contumacem. Contra Reum contumacem primo agitur ad bannum, secundo petitur immissio ex primo decreto. Tertio proceditur in causa principali. Hic nota, quod sententiæ banni non concipiuntur sub conditione vel in euentum: illud tamen interdum licet, & ex magna causa fieri solet, vt sententia condemnatoria quidem pure feratur, effectus vero banni ad tempus aliquod in sententia expresse suspenditur.

Quando in iudicio Camerae reus est Latinogallicus, vel Gallogermanicus, vt sunt Verdun / Metz vel Leodienses, tunc latine agendum vel procedendum: quando d. loco sunt agentes vel imperantes, contra aliquem statum imperii Germanicum, Germanice agendum est. Ita decretum 23. Oct. An. 84. in causa Decani & Capituli Metensis contra Iacobum Comitem à Bitsch.

Processus an sint decernendi ei, qui habet saltem vogtthelige Obrigkeit / & fuit in possessione exercitii religionis, & postea turbatus à Principe vel Episcopo sub prætextu meri imperii? Quando sic, extant præiudicia in causa Truchsessen von Wezenhausen contra den Bischoff zu Würzburg. 4. Aug. Anno 74. Si am Altenstein contra Würzburg An. 88. Münster cōtra Würzburg An. 88.

#### PROCESSVVM REPRODUCTIO.

**P**R O C E S S V S appellationis si intra tempus fatalium 5. vel 6. menses reproducantur, licet breuior terminus in citatione præfixus, tamen causa non habetur pro deserta aut circumducta: potest tamen contra Appellantem non comparentem proclama decerni.

Processuum verbalis reproductio, fatalibus iam elapsis, cum protestatione diligentia non prodest procuratoribus, si processus lapsis fatalibus demum in iudicio reproducant, sed eo non attento causa deserta habenda. Ord.

p. 2. 1. 30. §. 1.

Nn

Quid



Quid si etiam vna cum ista verbali protestatione etiam prorogationes petant, & postmodum cum reproductione processus causas iustas prorogationis in scriptis proponant, & desuper ante omnia submittant? Resp. si id ante litis contestationem non fiat causa deserta, in quacunq[ue] parte iudicii ex officio pronuciari debet.

Ante realem processuum reproductionem protestatio de diligentia & prorogatio vsque ad euentum nuncii sine expressione causæ nouæ releuantis interdicta hodie An. 92.3. S. D. 1.

Si appellatus in termino reproducendæ citationis & processus compareat, aut saltem de diligentia protestetur, & post lapsum terminum demum processus realiter reproducat, animo appellationem prosequendi, tunc causa non habebitur pro deserta, sed appellatio erit firma & valida, & poterit in causa vtrinque procedi.

Termino reproducendæ citationis incidente in ferias, iis elapsis, salua adhuc est reproductio.

Reproductio processuum realis, si culpa iudicis fieri nequeat, & demum post lapsum fatalium processus reproducat, & vterque appellationem prosequatur, sine exceptione desertionis, an noceat hoc parti? Et certum est, culpam iudicis parti non nocere in reproductione processuum.

Si cancellaria terminum vltra fatalia produxerit, parte in termino comparente, factum cancellariæ partinocere non debet: decisum in pleno Anno 48.8. Ian. & factum in causa *Amelmachen* contra *S. Martinus Stiff zu Münster* Anno 74.

In reproductione processuum iubeantur procuratores abstinere à verbis superfluis, præfatione titulorum partis & aliis repetitionibus odiosis, neque dicant, quam reproducere se emanatos processus, citationem in causa NN. vigore mandati adiecti, vel cautionis simul, aut in primo termino omnia exhibeant producta, nec distractione multiplicent recessus, & audientias distineant. Similiter citati ex aduerso non faciant prolixas protestationes exceptionum, sed sufficit, cum protestatione solita comparuisse, & exhibenda produxisse.

#### PROCLAMA *Kuffen*.

QVANDO plures aut singuli citati in contumaciam non compareant, & proclama factum, tunc pro singulis vnus soluendus florenus Anno 92.1. S. d. 17.

Si vniuersitas citata, & proclama in contumacia decretum & factum, plerumque 5. vel ad minimum 3. fl. ita vt non vltra 5. & non infra 3. in contumaciæ poenam pendantur, pro arbitrio iudicis, quod iudex statim in margine annotari facere debet.

Proclama quando petendum, an arbitrio partium hoc permittendum, an vero certum tempus præfigendum? Anno 92.3. S. D. 48.

An proclama decerni possit intra dies circumductionis termini præfinitos. ordinatio expresse includit illum tantum casum quo neuter comparet *p. 3. tit. 12. §. fin.* sicut & sex iuridicas requirit post factum proclama, vt deinceps in contumaciam vltius procedi possit. *p. 3. tit. 42. in princip. & tit. seq. in prin.*

An statim ab initio proclama peti & fieri possit & debeat? Non dubitatur Anno 92.3. S. D. 13.



Sex iuridicæ à tempore proclamatis, vt in contumaciam procedi possit, quando numerandæ, & an vltima saltem vtilis esse debeat? Anno 92. 3. S. D. 12.

Quo tempore proclama decernendum, an statim quando citatus non comparuit, an expectandum ad proximam? An. 92. 3. S. D. 16.

Quando tempus præfixum in citatione est terminus, ob executionem tardius factam, vt citatus non facile comparere potuerit, tunc proclama non est decernendum. *ibidem.*

Proclamata pure, non in euentum decernenda.

Ruffen non decernitur, quod in termino non pareatur. Ita Ruffen/ als vñ formlich abgeschlagen in causa Solms Laubach contra Hanaw Münsenberg 25. Octob. Anno 88.

Proclama quando decernatur: quando appellans comparet in termino citationis, puta quando ter nouem dies statuti sunt ad comparendum compareat 27. diè, vel sequenti iuridica, & videat appellatum non comparere, neque per se, neque per procuratorem, tunc potest petere sibi decerni proclama in contumaciam, & illud ei decerni potest, & deinde facto proclamate, & postea lapsis tribus diebus iuridicis, & adhuc si non compareat appellatus, potest appellans petere, vt lis in contumaciam habeatur pro contestata. Et hoc etiam sibi admitti debet, & vltior processus iuxta Ordinationem & stylum iudicii.

Proclama decerni potest procuratore etiam nondum sufficienter legitimato. Cautio enim præstita legitimationis vice fungitur, satisque contumaci postea comparenti consultum est per expensarum refusionem, si procurator se non legitimet.

Proclama decerni non debet, quando copia processuum citato non relinquitur, vt in causa Stroffors & consorten contra Bremen & consortes 5. Sept. An. 87.

Proclama denegatur, cum executio facta per nuncium (domesticis recusantibus) parcho loco, in causa Bischoffen von Würzburg contra Johan Baptistæ Breunung & consorten 6. Dec. An. 87.

Proclama denegatur, quando non ad domum fit executio in causa Niclaus Mügen contra Wilhelm Freyherr zu Nixingen vnd Püdingen 5. Decembr. Anno 87.

Contra filiumf. Ruffen non decernitur. Ita Domini censuerunt Ruffen denegandum contra Georgium Detz filiumf. primo quidem, quia filiusf. sine patris consensu in iudicio stare non potest, nec etiam procuratorem constituere, vbi exercitium actionis principaliter patri, & non filio quæritur. Secundo filii procurator in prima instantia, licet habuerit mandatum, tamen illud per interpositam appellationem videtur extinctum: neque procurator tenetur profequi appellationem, nisi velit. Tertio appellans sibi ipsi contrariarividetur, qui filium pro patre ad hanc causam citari fecit, cum tamen eum dicat minorem esse, & sub patria potestate constitutum, quia igitur non habet personam standi in iudicio ex assertione ipsiusmet appellantis, ad hanc causam citari non debuit, & ita est denegatum in causa Spilmann contra Bezist Lt. R. seindes Ruffens halbenbeschehen begeren abgeschlagen.

Etiam si procurator nondum se sufficienter legitimauerit, tamen proclama decerni potest contra absentem, quia cautio præstita vice legitimationis fungitur, satisque contumaci postea comparenti consultum est per expensarum refusionem, si procurator se non legitimat.

Nn 2 Appel-



Appellato comparente, in term. app. per cancellariam præfixo, licet tempus ordinationis 6. Mensium nondum effluxerit, & petente Ruffen contra Appellanten illud decernitur. Ita factum in causa Eugen contra Rosenbecker. hoc casu nec circumducitur terminus, quamuis quoad desertionem omnino aliud sit: nam causa ideo non deseritur. Mortuo Reo, antequam citatio emanata ei infinuatur, euanescit, nec proclama decerni potest, quia executio ei facta non est. Imo ne fieri quidem potuit. Nec sufficit in domo eam exequi, quia sua amplius non est, sed potius sepulchrum, sed nec vxori relicte recte fit, quia in citatione non est comprehensa, quod tamen requiritur iuxta Marant. *in pract. t. de citat.* Citatio enim neminem arctat, præter eum, qui in causa descriptus est, & ideo denegatum est proclama 20. April. Anno 69. Idem obseruatum in causa quadam pignorationis contra Comitem Hoheneimbs impetrata. vide Bart. *in l. Pactum. §. Pater. n. 2. de pact.*

## PROCVRATORES.

**P**ROCVRATORES generalia habentes mandata, si se absque legitima causa intromittere detrectent, non amplius sub pœna Ordinationis, sed arbitraria puniendi. vel, se legitiment ad proximam statim, illata pœna ordinationis, *daß sie solches biß dahero vnderlassen.* An. 92. 4. S. D. 1.

Procuratores in pleno recipi debent, vis. Spir. Anno 87. causas sibi commissas aliis Aduocatis iunioribus subdelegare non debent, aut subdelegatas cum partium consensu diligenter reuidere.

Procuratori supplicanti pro processibus, sed non cauenti de rato, aut non offerenti mandatum imponitur, *daß er vermög der Ordnung caution thun / also dann werde geschehen / was recht ist.*

Procurator vel tutor in iudicio constitutus satisdare non compellitur. Hodie enim satisdationes ex consuetudine non præstantur. *gl. & Dd. in §. sed hodie. Inst. de satisdat.*

Confessio procuratoris in positionibus facta præiudicat partibus, nisi in continenti reuocauerit. *l. certum. §. sed an & ipsas. ff. de confess. l. vn. C. eod. cap. 1. eod. tit.*

Procurator per litis contestationem dominus litis effectus, etiam si principalis eius decesserit, nihilominus potest causam in iudicio prosequi. *l. nulla. §. si procur. ff. de except. Boer. decis. 285.*

**Wann ein Procurator den Partheyen etwas versäumbt / mag sich die Parthey deß halben an ihm erholen.** tenetur enim procurator dolum & culpam præstare per probatos text. secundum quos in Camera iudicatum est, *in l. cum per procuratorem. & l. à procuratore. C. mandati.* Nec tantum de gestis, sed etiam gerendis tenetur. *l. procuratorem. C. mandati.* **doch nur in dem Fall / si est soluendo.**

Si procurator constituatur à prælato cum capitulo, moriente prælato, an is possit in causa procedere? *Archid. inc. si duo. de procur. in 6.*

Procurator ad vnã certam speciem constitutus, præter hanc, in aliis non præiudicat domino, etiam si iudicata sit. quod enim sic actum est, rescindi debet: si non sit plene constitutus procurator ad totum negocium. Bartol. *in l. si procurator. ff. de procur.* quod per hæc verba fit in procuratoriis, **und alles zu thun / daß der Principal / so er gegenwertig thun köndte.**

A præsentem in iudicio non est opus procuratorem constitui ad sustentandum processum, sed sufficit eius præsentia. *c. pen. de procur. in 6. Castr. l. licet. C. de procur. maxime cum is omnia per alios acta ratificet. l. 3. ff. rem rat. haber.*

Maritus



Maritus non potest constituere procuratorem nomine vxoris, sed bene potest ipse vxorem defendere sine mandato, sed cum cautione de rato.

Procurator si recipiat mandatum sine protestatione, tunc tenetur defendere, *clm 1. de procur.*

Infamis non potest esse procurator in curia Principis, Imperatoris, vel cuius Regis, quia talis Curia ab infamibus defendi non debet. Bald. *in l. 1. §. ait prator. ff. de postul.*

Procurator cauens **Gewalt vorzubringen** vsque ad litis contestationem ad agendum admittitur, si tamen interim diligentiam non adhibet in producendo mandato cum ratificatione, tunc parti ad expensarum, damnorum & interesse emendationem tenetur. nunquam tamen haecenus obseruatum esse Ord. Ratibon. An. 1507. fol. 87. §. **in dem** procuratores & noua. 1555. p. 1. tit. 21. *in pr. & §. 1.*

Procuratoris litem protelantis poena duarum librarum auri esse potest. *properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic.* Quod nota propter causam **Schmalz** contra **Fischer** / quae per aliquod temporis spacium referri non potuit, licet in ea definitiue esset conclusum.

Procurator & Aduocatus ad suscipiendum patrocinium & causam compelli possunt. Dec. *in l. inuitus. in pr. ff. de Reg. iur.*

Procuratores sine mandato submittentes puniuntur. Ita decisum in causa **Lothringen** contra **Strassburg** appellationis 29. Ian. An. 1579.

Procuratores cum allegant sui principalis mortem, tenentur simul documentum fide dignum producere, **vermög** Visitationis **Abschied** / alioquin puniuntur. Ita factum in causa **Klingenberg** contra **Becker** 4. Feb. An. 79.

Die Procuratores sollen prorogationem prorogationis, oder anstatt derselbigen nouum terminum ohne Bescheinung erheblicher Ursachen zu bitten bey straff nach Ermessigung sich gänglich enthalten / vermög eines gemeinen Bescheids 10. Iunii An. 88. ergangen.

Kein Aduocat soll sich bald besteiffen / daß er viel puncten eynnische. Dann es gibe grosse Unrichtigkeit im referiren / wie auch in Handlungen vnd Recessen / davon etwan in einem puncto wird procedirt, der ander bleibt stecken.

Wann ein Procurator supplicirt contra die Officianten, wird er allweg gewiesen an seine ordentliche Obrikeit. Si vero contra Officiantem & dominum eius simul, tum quia illi diuersi sunt, & sub diuersis Iudicibus & capitibus, accedendus est eorum superior ac dignior Iudex, werden also die Sachen am Cammergericht nit angenommen wider **Ambtleut vnd Proc. Fis.**

Quando procurator condemnatur vt principalis, vt fieri solet in act. iniuriarum, ad euitandam infamiam, tunc adhuc executio fit in partem. Ita 4. mensis D. V. dati ad auisandum partem in causa **Reuter** contra die **Landschafft zu Röttingen** 3. Nou. An. 92.

Quando procuratores in Camera volunt satisfacere priuilegiis inferiorum iudiciorum, necesse est, vt habeant ad hoc speciale mandatum: generalis enim constitutio non sufficit.

Mortuo procuratore prius, quam terminus à se obtentus plane elapsus erat, & priusquam sibi agere licebat, an nouo procuratori terminus de integro concedendus, an vero ad proximam tantum? An. 92. 3. S. d. 31.

Mortuo procuratore principales denuo citandi sunt ad reassumendum causam, vel ad videndum procedi in causa. Ita constitutum in conf. 17. Aug. An. 49. Et ita in Camera obseruatur, etiam si ille in mandato clausulam substituendi habuerit, & interim alios substituerit, iuxta reformationem.



Procurator Iudæi non admittitur ad iuramentum Iudæorum. Ita conclusum 5. Jun. An. 51. in causa **Gemund** contra **Jacob Juden**. Ita quoque obseruatum memini in causa **Merle Juden** contra **Leiningen** Citationis ad videndum se relaxari à iuramento ad effectum agendi 27. April. An. 96.

Neque Iudæus potest iuramentum Christianum præstare, si tamen præstiterit, cogitur ei acquiescere.

Procuratore mortuo, dubitatur, an sententia in principalem ferri possit? Et pronounciari posse argumento est vis. **Abschied** Anno 76. iuxta §. **Vnd demnach sich oft zuträgt**. Ibi enim expresse disponitur, quod sententia in principalem procuratore mortuo, etiam si citatio ad reassumendam causam, vel audiendam sententiam neque petita neque decreta sit; bene ferri possit. Et ita factum in causa **Holzhausen** contra **Johan Holle & Consorten** Appellaten 20. Ian. An. 82. Et ita pronounciatum in causa **Prænter** contra **Barner** 9. Maii An. 86.

Procurator se exonerans, si factus sit dominus litis, etiam si citationem impetrauit ad audiendum se exonerari, tamen debet iudex eum cogere, vt causæ inferuiat, vsq; dum per sententiæ exonerationem impetrauerit. vis. Mem. §. die Procuratores. de An. 70.

Wenn ein Parthey zween gemeine Procuratores apud acta gehalten/deren gleichwol ein jeder seine sondere vnderchiedliche Sachen sub certa delignatione zu verwalten gehabt/ist mortuo vno der ander schuldig/ auch in den Sachen/die der verstorbene vnderhanden gehabt ad instantiam aduersariorum seines gemeinen Gewalts Copey zu legen. Nec debet tum, quoad illas causas, contra defuncti constitutionem citatio ad reassumendum decerni, quia propter viuentis alterius procuratoris generale mandatum pars adhuc censetur esse ipsius in iudicio, doch wann er hernach superstiti Procuratori nicht gefällig/mag er einen andern/cum ratificatione tamen priorum actorum, darzu bestellen lassen/vt pronounciatum in causa **Brandenburg** contra **Nürnberg** 21. Aug. An. 87.

Quando quis ex officio deputatus est procurator, vt sit in causis pauperum, tunc videtur satis legitimatus, nec opus est aliqua cautione. Ita cautio remissa fuit in causa pauperis per interlocutoriam latam 23. Oct. An. 48.

Si duo Rei litis consortes in Camera constituunt procuratorem ad litem in Camera prosequendam, & vnus ex his moritur, quæritur, an mandatum procuratorium sit solutum, adeo vt actor teneatur citationem impetrare contra reum superstitem ad reassumendum litem? Resp. quod sic. Et ita citatio est facta in Camera in causa **Otto Grothausen**/ contra **Heinrich vnd Friderich Zwisten/Gebrüdere/** Friderico mortuo. 25. Ian. An. 1566.

Procurator Dominus litis efficitur post litis contestationem, adeo vt alium procuratorem constituere possit. glo. super verb. *lis contestata*. §. *cum causam circ. medium. ext. de appellat. Bart. in l. legatus. n. 3. de offic. proconsul. Recept. imperii* An. 70.

Procuratorum multorum in solidum constitutorum si vnus causam suscipiat, & deinde moriatur, quæritur, an deinde reliqui sine nouo procuratorio ad causam admittantur? & respondetur quod non, sed opus est noua citatione ad reassumendum. Dann plurium procuratorum constitutio anfänglich dahin dienet/ so einer der Sachen sich nicht vndernemen wolte/ das es der ander thun möchte/ so bald aber sich eyner eyngelassen/ so verlegen die andern mit constituirten Anwalt Gewalt/ es were dann/ das einer den andern expresse constituirte in casu mortis.

Ad reassumendam causam principalis hæredes citandi mortuo principali



palis: secus vero interuenientis hæredes, quia Iudex nihilominus pronunciare potest.

Procurator habens Clientes longè absentes, & illi causã merita non sint nota, quibus vti possit cautelis, ne quid in præiudicium sui principalis sententietur: so zu kurzer Zeit sub comminatione confessatorum vltra articulos zu respondiren auffgelegt / vnd desselben præfixi termini prologationem albereidt erhalten / vnd ihme von seinem Clienten noch kein Bericht zukommen / kan er wol vltorius respondiren, so ers so gut haben kan / vnd produciren, vund interea Annahmung thun / das ihm förderlich Bericht zugeschickt werde / kompt ihm dann Bericht / so verfaßt er andere / gibts cyn / vund bitt die hinfür producirte von den Actis zu thun / das es besser ist / er werde in expensas moræ condemnirt, denn das die articuli pro confessatis angenõmmen werden / der gleichen kan er auch wol libelliren, aut ex narratis citationis vel instrumentis, aut impetrantis processibus, vnd kan darnach wann ihm Bericht zukommen / aut Correctionem libelli, aut alium libellum cyngeben antequam lis contestetur, Dann darnach hat Correctio nicht mehr statt / vnd were besser in expensas moræ & dilatae litis condemnirt, dann das sein Gegenheit von angestellter Klage absoluirt werde / Item so einem Commissarios zu ernennen ex officio zum Uberschluß præfigirt were / vund ihm kein Bericht zukommen / kan er wol etliche / so ihm bekandt / vnd hievor nicht wider seinen Parthey hernachmals Bericht zu thun / kan er dieselbe der vorigen Nomination addiren, vnd sie sampt vnd sonders zu verordnen bitten.

Procurator an substituere possit ante lris contestationem? Hoc mouit D. N. in iam d. relatione, vbi rei scriba substituerat D. D. retro scripta substitutione in mandato quaestionis, quod habebat clausulam substituendi expressam, cuius vigore dicit valuisse substitutionem per Specul. titul. de procurat. §. 1. namer. 23. argum. l. non distinguemus. §. questum. de arb. secus esse dicit, si illam clausulam mandatum non habuisset per l. quod & ibi Bart. & Dd. Cod. de procurat.

Mandatum procuratoris à prælato ecclesiæ constituti, prælato mortuo, etiam si lis contestata sit, expirat. clem. procuratorem. gl. in verb. reuocari. de procurat. Rom. in cons. 373. in causa collegii Haldeshelm.

### PR O D V C T A.

**P**R O D V C T A per Procuratores non intitulanda aliis nominibus, als Anzeig / Gegenanzeig / Ableinung / Hindertreibung / sed vel exceptiones vel Replikas, duplicas, triplicas, &c. inseribant, eaque semper ita nominent. Anno 92. 3. S. D. 48.

Producta in seio iudice ex communi hypocausto domum per assessores non transportanda. V. M. An. 70. §. 13.

Producta quoque priusquam ad referendum dentur, quadrangulata protocollis apponantur. R. D. Anno 85.

Producta sollen durch die Procuratores eyngehefft vbergeben werden.

Producta sollen von den Procuratoribus correct eyngeben werden / bey Straff nach Ermässigung / auch Entscheidung des Standts / da nichts verfangen wolte / M. procur. Anno 86. §. Wollen dennach. non correcta intta triduum corrigenda, iussu iudicis, arbitraria simul infligenda pœna.

Producta merita causæ recoquentia, in puncto executionis, pœna reseruata



seruata reiicienda. Insinuationes petitionesque confirmationum, vel pro decretorum impositionibus *sollen nit mündtlich sondern schriftlich geschehen.*

Productorum copia aliquando denegata in causa sequestrationis, &c.

In causis mandatorum sine clausula nulla solent vltra duplicas regulariter admitti scripta. Sic reiecta fuere in causa *Lewenstein* contra *Mittelheimger* *den/mandati de edendo, als vber die Ordnung vorbracht* 14. Nouembris, Anno 94.

#### PROMOTORIALES.

**D**E reproductione promotorialium, & quis ibi seruetur processus. Mynf. 5. *obs. 56.*

Quando quis obtinet in Camera promotoriales ad consequendam iustitiam contra principem vel alium statum, tunc post lapsum terminum, etiam si docuerit, promotoriales esse principi vel statui per nuncium Camerae insinuat, non decernitur citatio à Camera, nisi alleget, se post insinuationem instituisse apud principem pro iustitia administranda, & si postea in processu requisitionem per se, aut suum ad hoc deputatum procuratorem factum fuisse non probauerit, remittenda est causa ad declinationem & petitionem principis seu status. Et ita fuit obseruatum iudicando in causa ciuitatis *Goslar* contra *H. D. B. S. Zinsgelts schulden betreffende*. 16. April. Ann. 39. ad quod videntur facere not. *las. in l. vniuersa. vers. 7. facit. C. de precib. imper. offerend.*

Promotoriales quando non habent effectum deuolutiuum, seu quando non contra iudicem, sed partem petuntur, tunc non decernuntur. Ita denegatae promotoriales *Hoffwart* contra *Brandenburg* tanquam dominum feudi 27. Ian. An. 92. quia petiit promotoriales contra *Brandenburg* tanquam dominum feudi detrectantem ipsum inuestire, quo in casu *Brandenb.* pars est, ideo debebat illum requisuisse, vt aut pares sibi sisteret, aut coram ordinario rem diiudicandam permitteret, quod si detrectasset, habuisset effectum deuolutiuum.

Sic denegatae promotoriales *Annæ Selserin* contra *Eßlingen* 18. Iunii Anno 88. pro alimentis decernendis, quia decretae effectum deuolutiuum non habuissent, & quia promotoriales tantum decernuntur, quando quis aditur, vt iudex, pro administranda iustitia, non quando aditur, vt pars, pro præstando debito.

Sic denegatae promotoriales in causa *Jacob Zöllers von Heinsfeldt / an die F. Statthalter vnd Rath zu Fulda* An. 87. II. Octob.

Promotoriales non decernuntur absque documento requisitionis, *wann die Partheyen vermög der Ordnung / Auftrág haben / vel denegatae iustitiæ causa allegetur, dann die promotoriales nit an die officiales, sondern an die rechte Obrigkeit erkannt werden / & per eas causa ad Cameram deuoluitur.*

In decernendis promotorialibus attendendum, an habeant effectum deuolutiuum, id est, an inferior iudex, post insinuatam sibi promotoriales, si negligat facere officium suum, possit superior iudex illud ipsum, quod inferior præstare, vt in causa *Zoln* / quia à magistratu oppiduli *Hirnsfeld* petiit sibi dari documentum *seines wolhaltens* / illi remisit eum ad iudicem superiorem. Iudex hic rursus remisit eum ad inferiorem. Tandem hic in Camera petebat promotoriales, quæ ei fuerunt denegatae 10. Octob. An. 88. Et hoc obtinet in omnibus causis voluntariæ iurisdictionis: non item contentiosæ. Obtinet etiam in omnibus causis criminalibus.

Promo-



Promotoriales si petantur contra iudicem inferiorem, super administralia iustitia, vel definienda aliqua controuersia, siquidem non modo causa valde diu pependit, verum etiam in ea per aliquot annos conclusum fuit, tunc promotoriales decerni possunt, modo Camera immediate sit superior, quoad iudices, ad quos petuntur promotoriales. Nam si Camera non sit immediate superior, tunc decerni non debent, sed responderi, *daß sie an gebührenden Orten ansuchen mögen*/id est, apud mediate superiores.

Sic etiam quando promotorialibus non paretur, intra terminum, tum non semper Camera iurisdicatio fundatur, sed decernitur mandatum pro publicanda sententia.

In *Sachsen Hudenburg* contra *Sachsen Lauenburg* decreuit D. C. cum aliis promotoriales non obstante, quod duo senatus contrarium sentirēt. Quod sc. quando lis pender, promotoriales non sint decernendæ super protracta, vel denegata iustitia, sed quod appellari debeat, per ea quæ tradit *Gail. 1. obs. 28. n. 2. & Myns. in obseruationib.*

Nam si istis in casibus appellandum esset, & in causa appellationis super grauamine sit cognoscendum, eueniret, quod principalis causa appellationis interim suspenderetur, donec appellationis causa decideretur, & ea decisa, demum partes ad priorem iudicem per appellationem offensum remitterentur, quod nimis durum esset partibus. Quare decreta promotoriales. 24. Septembris Anno 91.

## PROROGATIO.

PROROGATIO, quando petitur intra terminum, debet semper missiuâ uelliteris doceri, *sol intra terminum bescheint werden*/ aliâs si in termino peteretur prorogatio, sed post terminum primum offerretur *die Bescheinung*/ tunc terminus haberetur pro purificato. Ita in causa *Weidt* contra *Nassau* mandati *der Pfändung die Jägerrey zu Salsenbergr betr.* cum ad producendum Rotulum impetrasset D. C. decem menses, & in ultimo die termini petiisset prorogationem, *aber die nicht bescheint*/ sed post paucos dies *ist das Rotul*, tanquam purificato termino *verworffen worden*. Dec. An. 92. Prorogatio denegata, & nouus terminus datus. Cum in causa *Trier* contra *Kriechingen*. 26. Ian. An. 80. prorogatio quartæ dilationis petebatur, prorogatio quidem concessa non fuit, quia intra terminum quartæ dilationis prorogatio petita non fuit. At uero non entis nullæ sunt qualitates. Quia tamen causæ iustæ impedimentum tam ratione Commissariorum priorum, quam etiam ipsius reuerendissimi allegatæ fuerunt, & ob id petita noua commissio. hæcque cum totum imperiū concernat, maximique momenti sit, & in tali casu probatio coangustari non debeat, Domini pro qualitate huius causæ ex nobili offic. terminum pro omni dilatione probandi ex allegatis causis releuantibus (quorum nomine prorogatio concedi non potuit) ex superabundanti potuisse præfigi, & iniunctum ut intra sex menses Rotulus producat referente D. I.

Prorogatio ante lapsum terminum petenda est, cum aliâs id, quod non est, prorogari non possit, licet aliâs superesse in nouis tempus utile sit, id est, ab eo demum tempore computetur, quando procuratorem ordo attigit.

Prorogationis tempus, stante submissione, si sit elapsum, procurator agere tenetur, & prorogatio non à tempore habiti recessus, aut publicati decreti numeranda, *sondern ist mit dem vorigen prorogirten termino zu continuiren*. M. V. An. 77. R. D. An. 83.



Si primi termini obtenti vel præfixi per iudicem petatur prorogatio, eius comminatio in prorogatione repeti non debet.

Prorogatio non petenda, man bescheine sic dann. *B. Abschiedt Anno 75. G. B. Anno 90.*

Prorogationes semper in nouis petendæ.

Prorogatio non debet peti coram deputatis, aliâs pro non petita habetur, & terminus purificatur. Ita prorogatio denegata multis casibus *Passaw contra Passaw.*

In duabus tamen per incuriam prorogatio termini inter easdem obtenta. Ita in causa *P. Herzog zu B. S. contra H. J. B. S. mandati 8. abgepfändte pferd betr. domini noluerunt prorogationem dare 7. Apr. An. 89.*

Qui semel termini præiudicialis prorogationem obtinuerit per decretum, ei aduersarius prorogationem vltiorem sine submissione permittere non debet. *l. sed etsi. ff. de precar. Ordinat. Cam. Ratisbon. Anno 1507. fol. 85. §. das aber mag/ze.*

Si prorogatio petatur, nec iusta causa subsit de præiudicio, hunc in modum pronuntiandum: *Yst D. N. die gebettene prorogatio hiemit abgeschlagen/ sondern läst man es bey seiner selbst am N. Tag begert vnd erhaltener præiudicial commination (puta litis contestatæ, confessatorum) bleiben.*

Prorogatione termini præiudicialis petita, si ante interlocutionem tempus effluxum sit, procuratores intra eam, vltro sine probatione iustæ causæ, agere coguntur.

Prorogationis prorogatio, vel eius vice nouus terminus sine probatione iustæ causæ, sub pœna non petendus.

Tempus in omnibus causis pro termino & prorogatione simul petendum & concedendum, nec vltius ohne Bescheinung erheblicher Ursachen sub pœna Ordinationis postulandum. *B. 82.*

Prorogationes fatalium vel aliorum terminorum sollen ohne genugsame Bescheinung erheblicher von neuem fürgefallener Ursachen nicht begert werden.

Prorogatio quartæ dilationis conceditur in Camera, quando partes relevantes allegantur, & petens prorogationem iurat, tales causas esse veras, adiecta tamen solennitate legali, qua ipsa quarta dilatio fuit concessa. Ita iudicatum in Camera in causa *Medingen contra N. 8. April. An. 1541.* Item in causa *Passaw contra Warh Mandorffische erben 31. Mart. An. 42. per not. Paul. Alex. & alior. in l. fin. & in l. oratione. ff. de feriis.*

Wann Titius 3. Monat ad litis contestationem præiudicialiter erhalten vnd hernacher derselben angenommener præiudicial Zeit abermals prorogationem 3. Monat bitten wolt/ vnd die exceptiones deuolutionis oder andere/ so sich ante litis contestationem einzuwenden gehören/ allbereit vorbracht vnd erördet were worden/ So kan Sempronius einwenden/ weil allein lis zu contestirn were/ vnd Gegen theil allein 3. Monat erhalten/ so bete er solche lange Zeit/ darumb zuvor gebeten/ gn. abzukürzen.

Nachmals vnd zum Uberschuß/ oder zu allem Uberschuß. Hinc colligitur, datam esse Prorogationem prorogationis Audiui per quandam interlocutoriam *D. C. tali tenore tempus assignari.*

NOTA: Wann die Ursach darumb prorogatio gebetten/ notoria, ist nicht von nöhten/ dieselbige mit einem Instrumento zu bescheimen. Ita prorogatio admilla, non obstante, das die Ursache mit keinem Instrumento bescheimt gewesen. Et procur-



procuratores wegen vergeblicher Recess gestrafft / in causa Efferri contra Cornelii Münster in puncto citationis ; ein Mühl vnd Wasserbau betreffende.

### PROTESTATIO.

**N**OTANDA est communis practica de protestatione, quæ à primâ com-  
paritione à Reo proponi solet, de non consentiendo vel prorogando, nisi  
quatenus & in quantum, contra illam exceptionem sic replicari solet, aber in  
specie wider den Anfang angeregter Exceptionsschrift zu repliciren, in welcher Ges-  
gentheil protestirt de non consentiendo in E. G. Gerichtszwang / läßt Anwalt  
dieselb protestation auff ihrem Vnterth bleiben / vnd zeigt dargegen an die gemeine  
theoricam iuris, qua vulgo traditur, protestationem factam super his, quæ  
dependent ex iuris necessitate, non à voluntate protestantis, non releuare.  
quandoquidem iudicium redditur in inuitum & reluctantem. l. inter stipulan-  
tem. §. 1. de verb. obl. Bart. l. non solum. §. morte eius. n. 1. ff. de oper. noni nunciat. ibique &  
Ias.

Si copia iudicis haberi non possit, de hoc protestandum, & de alio quouis  
impedimento. Alex. l. si pronuntiatio. §. si quis. ff. de oper. non. nunciat. So solten  
auch die Bürger in Braunschweig protestirt haben / daß sie des Mansfeldischen  
Kriegsvolck halben die Proceß in gebührender Zeit in Sachen verwürckter Lehen nicht  
reproducirt haben.

Protestatio procuratoris eius, contra quem producuntur testes ; quomodo  
& qualiter fiat : Wider die vermeinte vnschließliche beweiß Articul / so  
Anwaldt Klägers procuratorio nomine eingebracht / vbergab Beklagter nach-  
folgende interrogatoria, mit Bitt / vermeinte angebene Zeugen darauff mit Fleiß  
zu befragen / vnd ihre Aussag darauff extense, vnd wie sie es reden / zu registriren / vnd  
sonsten mit dem examine allenthalben wie solches recht vnd gewöhnlich zu gehen / Wo  
aber etwas in dem vberschritten / vnd die Zeugen nit völkömlich befragt werden solten /  
so wollen sie hiemit de nullitate examinis protestirt, vnd sonst all ihr rechtliche Not-  
turfft insonderheit irer Principalen Gegenbeweisung / auch nach eröffnetem Gezeug-  
nuß wider der jenen Sag vnd deposition nottürfftig excipiren, ihnen hiemit vorz-  
behalten haben / dauon sich zierlich thun bedingen.

Quando actus qui sequitur ex præcedenti præstatione est contrarius, nihil  
operatur præstatio. Bald. in l. i. C. de lit. contest. Dd. in c. cum magna. extr. de appellat.  
Ita pronuntiatum in causa Degenhart contra Michel Frigen 25. August. Anno  
78.

Practica de protestatione : Solet Reus in initio proponere de non consen-  
tendo, nisi quatenus & in quantum de iure tenetur. Vide Felin. in cap. cum M.  
Ferrariensis. n. 66. ext. de constit. contra illam solet talis fieri replicatio.

### PROTOCOLLVM.

**P**ROTOCOLLA manualia Notariorum sollen niemand auß dem Gewalt  
zu tragen geben werden / sub pœna, &c. R. 66. §. ferner setzt er.

Protocolla iudicialia singulis sabbathi diebus inspiciantur per iudicem M.  
Anno 70. mature per Notarios compleantur, & citra moram per lectores ad  
quotidianas expeditiones promoucantur. R. D. An. 85.

Prot. iudicialia in sabbathinis reuideantur, durch diejenige so bescheid machen /  
Do 2 ob die



ob die Procuratores vngewürliche Receß gehalten vnd da sich das befünde/ sollen sie gestrafft werden. R. D. Anno 85.

Protocolla iudicialia sollen zum wenigsten hinten an dem Rücken in Pergament eingestochen werden. R. D. An. 83.

## PVNCTVS.

PVNCTVS incidens concernens iurisdictionem spiritualem, remittitur in Camera ad iudicem Ecclesiasticum.

## PVPILLVS.

IN alienandis prædiis pupillorum hæc potissimum interuenire debent. 1. Auctoritas tutorum. 2. Examinatio causæ. 3. Decretum iudicis. 4. Subhastatio. Bald. in l. Margini. super Innocen. in verb. contractus tenet. Fab. de monte in tract. de empt. & vend. quæst. 5. princip. num. 95. Rol. à Val. conf. 33. & 99. vol. 1. & hæc striete obseruantur in Camera, præiudicium exstat in causa Stollingen contra Meyern 30. Aug. An. 75.

Debent ergo tutores narrare, daß sie bey ihrem Eyden erhalten könten/ quod hæc alienatio cedat in vtilitatem minoris. & ita obtinet in Camera.

## R.

## RATIFICATIO.

**R**ATIFICATIO appellatiõis, si illa per tertium interposita, ratificanda intra decendium, aliàs non valet. Vide votum in causa Rosin contra Belgarten in Sabbathin Anno 92. & antea in causa Zacharias Billerbeck contra Ruffawen & consorten. 26. Iunii Anno 88. vbi deferta pronunciata appellatio, quod intra decem dies non ratificata. Guid. Pap. decis. 436. nu. 103. & decis. 13. per totum. Item in causa Johan von Högstein contra Herman von Wolen. 20. Iulii Anno 92.

## RATIONVM REDDITIO TUTORVM.

SI quando à quibusdam supplicatur, vt tutores curatoresve rationes reddant, solet Dominus iudex absentibus, quorum præcipue interest, scribere, vt ad certum tempus præstitutumque diem compareant, rationes reddaturi, vel audituri, quomodo reddantur, &c. Terminus vero pro distantia loci qualitateque negotii assignatur.

RECE.



## RECEPTATORES.

QVANDO ratione receptatorum processus auff die constitution des Landfriedens decernendi, necesse est narrari, non quidem violentiam, sonder dz vnder schleiffen / Essen / Trincken / &c. narrandum, daß solche Thaten offenbahr / & quod iste violator pacis kündlich vndergeschleiff: quando enim tantum de auditu & rumore narratur, processus denegandi.

Pater vel filius receptator, si notorie constet, non excusatur à pœna fractæ pacis.

## RECESSVS PROCVRATORVM.

SINT breues, sub pœna arbitraria, aut reiectionis. M. V. An. 70. §. es ist fern. Die Procuratores sollen allweg ihrer vnnötigen langen vnd vnbescheidnen Reccessen / auch wann sie die Partheyen nicht recht distinguirn, incorrecta producta vbergeben / oder vngbürlliche dilationes ad proximam vel secundam bitten / süßros hin jederzeit nach Ermessigung gestrafft / vnd also in diesen Fällen die visitation Abschied Anno 86. vnd 87. obseruirt werden An. 92. 4. S. d.

Quando procurator mulctatur wegen seiner vngbürllichen hitzigen Wort / seihen vbergebenen Producten einuerleibt / nec vero ipse, sed principalis eius promissione pœnæ impleret, quæritur an possit, & sit admittendus? Resp. quod sic. Anno 92. ibid.

Als bald vngbürlliche Reccess gehalten / soll iudex in ipsa audientia einreden / vnd die mit vorbehaltener Straff verwerffen. M. Anno 70.

In recessibus verbalibus audientiarum per procuratores super vna & eadem re siue in eadem, siue in diuersis audientiis nunquam triplicetur, vel etiam duplicetur, sed breuiter ad exceptiones replicandum, Anno 92. 3. S. d.

Procuratores non debent in recessibus quicquam repeterè ex productis, nisi per mere generalia, contenta documentorum & productorum, aut aliàs prolixè agere, sed iubeantur, quod prolixius est, & vltra 3. vel 4. lineas, in scriptis proponere, ad quod aduersa pars ad proximam agat, neque replicet, nisi causa cognita, & iussu iudicis, in specie agendum arbitrantis, fac. Ord. p. 3. tit. 10. §. 4. Et si sæpius contraueniant, per præsidem obiurgentur Anno 92. 3. S. d. 4.

So offte ein Reccess also gehört würdt / sagt generalia, repetirt dagegen seine duplicas den 10. Nouembris einkommen / toties submittitur & concluditur in eodem puncto.

Handlung in cãusis appellationum Ord. p. 3. tit. 31.

## RECONVENTIO.

RECONVENTIO etiam post litem contestatam proponi potest, quando sc. Reus non intendit, vt reconuentio cum principali causa conuentionis simul tractetur, sed talis habeatur, vt secundum naturam & modum simplicis conuentionis in eadem procedatur Bar. in auth. de executor. & iis qui conuen. coll. 7. §. vlt. in fin. vbi eleganter hæc distinguit. Et idem Bart. in d. auth. consequenter. C. de sent. & interloc. om. iud. num. 12. gl. in clem. sape. §. verum. in verb. Exordium. Et Io. de Imol. ibid. num. 38. in fin. & Butr. in cap. 1. de mutuis petit. vers. venio ad quartum.

Oo 3 quando



quando locum habeat reconuentio, &c. Atque ita talis reconuentio ex interuallo post litem contestatam proposita procedit, quoad effectum prorogatae iurisdictionis, licet non procedat, quoad simultaneum processum. Et hoc etiam in ordinatione *p. 3. tit. 30.* ordinatum esse apparet. Et hoc habet rationem, ut siquidem non procedat illa reconuentio quoad simultaneum processum, tamen quoad ipsam prorogationem locum habet, ut separatim tantum per modum conuentionis in tali reconuentione procedatur, iuxta *Bart. in praell. loc. & d. libro tit. in ord. allegatis*, Et sic articuli reconuentionales ad respondendum & probandum admissi in causa *Anhalt* contra *Stolberg* II. Aug. Anno 74. Ad hoc saltem, ut separatim in illa causa procedatur, ne principali conuentioni fiat prauiudicium.

Processus in puncto con- & reconuentionis. Hic non contestari litem constat: tamen litem contestatam in causa con- & reconuentionis in causa *Brandenburg* contra *Winsheim* turbatae possessionis. Nota in puncto reconuentionis super duplicis concludi, siue conclusiones in scriptis exhiberi, quia etiam in causis reconuentionis non habet locum exceptio incompetentiae.

Aliquando dilata in puncto conuentionis, vsque ad decisionem causae. Ita An. 61. 10. Sept.

Reconuentio denegata in causa iniuriarum Anno 69. 19. Sept. An. 1548. 14. Septemb. & An. 44. 20. Iun. An. 63. 15. Feb. decreta tamen citatione. Admissa in causa *Neidhamer* contra *Hagenaw* iniuriarum 2. Mart. An. 93. ist articulite reconuentio *vnd zeit 4. Monat* ex aduerso *darauff gebeten vnd erhalten*. Item aliquando dilata vsque ad decisionem in causa in puncto conuentionis An. 1560. 10. Sept.

Reconuentio in causis fractae pacis locum non habet, si ciuilitur agatur. Ita reiecta An. 1567. 20. Iun. etiam si in puncto mandati restitutio petatur. Anno 1550. 3. Ian. reuocatur reconuentio, defensionibus alia via proponendis.

Reconuentio in causis criminalibus locum non habet. Ita decisum in causa *Helfenstein* contra *N.* 16. Octob. An. 57. Nam causa fractae pacis est criminalis. ubi reconuentio non admititur. *l. 2. §. sed si. de iudi. c. prius. 3. quest. i. c. & si clerici. ext. de iudic.* Itaque tales reconuentiones in causis fractae pacis in Camera non recipiuntur: prauiudicia extant in causa *Steinaw* contra *Osten* 27. August. An. 71. *Stralendorff* contra *Stralendorff* 7. Ian. An. 67. *Hamburg* contra *B. S.* 19. Iunii. Anno 67.

In modum mutuae petitionis quoad simultaneum processum non admittitur in Camera sed bene in modum defensionis. In *Sachen Georg Sebastian & Ulrichen Graffen* reos ist die fürbrachte Reconuentionklag nicht angenommen/ sondern der Bescheid/ wolten gemelten Beklagten ihren Gegentheil Spruch vnd Förderung nicht erlassen/ das sie dieselbig als den darzu laden lassen sollen. *Compenlatis expensis.* 16. Octob. Anno 51.

### RECUSATIO IUDICIS.

**Q**UOT & quibus ex causis iudex recusari possit? vide *gl. ord. in c. accidens. ut lite non contestat.* si iudex delegatur, arbiter, consultor ac assessores recusari possunt, tanquam suspecti, *wie dann die Protestirende des Cammergerichts recusirt.*

Intra quod tempus exceptio recusationis opponenda? Debet autem exceptio recusationis esse prima omnium, sicut declinatoria; fallit, nisi causa suspi-



suspicionis vel recusationis, primum in processu causæ superueniret. quia tunc quodcumque opponi potest. Et sciendum est, quod recusatio in continenti, vel intra triduum arbitri, *wilfürliche schiedes Richter* eligendi, & causa suspicionis docenda, vel testibus vel iuramento. *D.D. in l. apertissimi. & l. fin. C. de iud. & c. suspicionis, de offic. deleg.*

Sententia recusationis iudicis, quando sc. recusatione non obstante iudex se competentem, & non suspectum pronunciat, est tantum interlocutoria, & æquiparatur sententiæ competentis, ideo non inhibetur, nisi prius testibus vel iuramento suspicionem docuerit. Ita inhibitiō denegata in causa *Heinrich von Rauchbern* contra *H. Herman Hornburg*. 27. Sept. Anno 92. Vide votum in causa *Bulaw* contra *Brandenburg*.

## REDUCTIO.

**C**UM in causa reductionis *Baden* contra *Baden*/quæsitum esset num à sententia arbitri, vel arbitratoris reduci posset, nec ne? Eo tandem inclinavit Dominus Referens O. quod attenda iuris communis dispositione, & communi DD. sententia iurisdictionem Cameræ fundatam existimaret. Sicque Marchionem E. à Laudo reducere potuisse, maxime cum non obstante reductione ista E. executionem Laudi (præstita per Tutores reductorum cautione) pati coactus fuerit. Fuit autem in illa causa ad modum crassa & affectata reducentis ignorantia lata sententia An. 82. Causam reductionis *Troisshagen* contra *Münster* de Anno 82.

Appellatio ab arbitramento admittitur, quando à iudice reductionis sub arbitramento appellatur ad Cameram, reiiciuntur huiusmodi appellationes, contra opinionem *Bart. in l. 1. de leg. 2.* & aliorum quos enumerat *Panormit. in cons. 38. vol. 1.* & obseruatur opinio *Baldi*, quem *Roman. in cons. 261.* in tribus locis ita tenere allegat, pro qua fuit iudicatum in Camera & appellatio recepta 24. Ianuar. An. 37. in causa *Hansen Inboett vnd Gangeloff zu Vnderschmerach* contra *Margreten Biermannin & consorten*, in qua causa fuit etiam definitiue pronunciatum in Camera & prior iudicis reductionis sententia confirmata 7. Maii An. 40.

Reductio ad arbitrium boni viri, fit non ad iudicem arbitratorum, sed iudicem causæ & partium: item non aliter, nisi edocta læsione enormissima. Ita processus denegati duobus Polonis, qui ab arbitris ciuitatis Hamburgensis ad Cameram appellarunt 22. Sept. 91. in causa *Marin* contra *Cassel*.

## REFERENS, EIVSQ. OFFICIUM.

**R**EFERENS prius videat nullitates, formalia & merita causæ: item factum & intentionem actoris. 2. Exceptiones Rei seu defensiones. 3. Argumentum Rei, *vnd das ist eben das factum*. 4. Argumentum actoris: tum quæ actio intentata, & quid sit probatum contra Reum. Deinde responsiones Rei, tum responsiones Actoris. Postremo, vter foueat meliorem causam.

RELAXA-



## RELAXATIO IURAMENTI AD EFFECTVM AGENDI.

**S**inus X. fuit captus per præfectum C. P. in MB. & antequam dimitteretur è carcere, iurauit *ein Vrphed* de non vindicando, nec querelando, *mit oder ohne Recht* / & quod sententiæ contra ipsum latæ parere vellet, & appellationem interpositam antea non prosequi, &c. petiit citationem contra præfectum I. LS. ad videndum relaxari iuramentum, cui præfecto scriptum fuit *ymb Bericht* / qui obtulit, se velle stare iuri, & ideo denegata citatio contra eum, tanquam non necessaria, si ipsum conuenire vellet. Sed si velit prosequi appellationem, quam non prosequi iurauit, fuit illi citatio petita ad relaxationem contra eundem præfectum denegata, & remissus supplicans ad iudicem ecclesiasticum ordinarium, ad petendum relaxationem ad effectum agendi, & hoc propter consilium Pauli Castr. 259. in 2. vol. & eundem in *auth. Sacramenta puberum. in fin. C. si aduers. vend.*

Relaxatio à iuramento ad effectum agendi hunc habet processum. 1. Scribit Camera ad priorem iudicem *ymb Bericht*. Mynsing 3. obs. 99. Couar. 1. resol. 4. Gail. obs. 12. 23. & seq. lib. 1.

2. Decernitur citatio ad videndum relaxari, vel denegatur hæc eadem citatio.

3. Absoluitur supplicans ad effectum agendi, nisi propter maleficium vel delictum *der Kläger verurphedet sey*.

4. Supplicans *gibt Gegenbericht*.

5. Citatur Reus, vel aduersus eundem decernitur mandatum in causa principali.

6. Relaxatio iuramenti ad effectum agendi per iudicem ecclesiasticum fieri debet. Paul. de Castr. in *conf. 196. vol. 2.* qui allegat *c. fin. de foro compet. lib. 6.* & vide eundem in *conf. 259. vol. 2.*

Quando quis turpiter recepit iuramentum ab aliquo, potest recipiens etiam per iudicem laicum compelli, vt relaxet iuramentum, quando non dubitatur de turpitudine seu viribus iuramenti. Pañorm. in *cap. peruenit. extr. de iur. iur.*

Citatio pro relaxatione iuramenti ad effectum agendi etiam decernitur, quando vtraque pars mediate imperio vel reus saltem subiectus mediate, ita vt inferior in illo casu, quamuis aliàs iudex ordinarius non sit, ita processus decreti in causa *Eychberg des armen Manns* contra *Memmingen* / qui fuit nobilis mediatus ducis Bauariæ. Anno 69.

An absolutio & relaxatio iuramenti dari & concedi possit per iudicem ad effectum agendi parte non citata, & quid de iure canonico.

Quæstio est: an qui dedit vrphedam de non vindicando, neque de facto neque de iure possit, si vigore eius vrphedæ citatur ad sistendum, & satisfaciendum vrphedæ (puta quia promisit sub iuramento nulli soluere) & si id recuset, incarceretur, possit mandatum de relaxando captiuo impetrare? Casus est in terminis in causa *Keller* contra *Württemberg* / mandati de relaxando captiuo An. 92. 24. Nou.

Pro parte affirmatiua facit, quod mandatum impetrans de relaxando captiuo non impugnet directo, nec vrphedam, nec obligationem, & sic videtur actus separatus ab vrpheda. Deinde, quia videtur potius exceptio quam actio: fauorabilior autem videtur exceptio quam actio & defensionès nullo iure, ne iuramento quidem constringi possunt, in partem negatiuam facit, quod



quod d. incarcerationio sit etiam tantum executio prioris vrphedæ, nec nouis actus aut separatus, sed omnino connexus: imo, quasi necessarium consequens antecedentis. Deinde etiam si per modum exceptionis deducitur, & in modum defensionis, tamen adhuc relaxatione opus est, quia non tantum necessaria est absolutio ei, qui agere vult, sed etiam ei, qui excipere vult. Pulchre Couar. *variæ. resol. c. 4. n. 6. S. quarto est notandum. lib. 1.* vbi plura de hac materia vide votum in causa *Helm* contra *Augsburg* vbi disputatum, an excommunicatus possit mandatum sine clausula maxime de relaxando captiuo impetrare. Ex quo voto videtur etiam decisio tantum puncti dependere.

### Religionfriedt / & quædam singularia von der Freystellung.

**C**ONSULTATIO pacis religionis isti bis auff der Visitatorn fernere resolution eyngestellt. *R. D.* Religionfriedt ist auff dem Reichstag zu Regenspurg Anno 57. widerumb erneuert vnd geordnet worden / daß / im Fall die Vergleichung der freitigen Religion sich etwas verweilen / oder endlich nicht getroffen würde / der selbig Friedt in Religion vnd Propphan Sachen beständig in seinen Kräfften bleiben / vnd immerwährendt gehalten werden soll.

In Religionsachen regulariter decernitur citatio, vt in causa fractæ pacis, non mandatum: & si quid sit destructum vel ablatum, tunc mandatum non simpliciter, sed per accidens decernitur. Obicitur *Ortenburg* contra *Bayern* vbi decretum est mandatum sine clausula: Resp. ibi ratione facti & principaliter fuit petitum mandatum: quod autem ratione religionis, id per accidens, seu accidentaliter in eo disputatum est de religione, non principaliter.

Augustana confessio omnino exempta est ab Ecclesiastica iurisdictione per declarationem statuum factam *Naumburgi* Anno 60. & *Augustæ* Anno 66. in causa *Electoris Palatini*.

In Camera in casibus des Religionfriedens / Ecclesiasticis statuum dignitatem sibi minime arrogantis, processus retro concessos, ad hæc, etiam post fori declinatorias aut cassationis propositas exceptiones, litis contestationem decretam, argumento sunt causæ *Matthiæ de Monte*, *Visitatoris* & *provincialis des Cartheuser Ordens* / contra *B. vnd Raht der Statt Erfurt* 30. April. An. 1567. Item / *Herrn Hansen Maieri* / *Carmeliten Ordens Prouincialm* contra *Herrn Herman Grauen zu Neuenar vnd Nörtsch* 30. Maii An. 67. Item inter eosdem 5. Octob. Anno 68. Item, *Herrn Wilhelm Brand* / contra *Marchionem Badensem* (erat hic *Brand Prouincial Prediger Ordens*) 9. Ian. Anno 1561. in qua processus in Camera reproducti 12. Febr. subsequents, & fori declinatoria exceptio exhibita 15. Iun. An. 62. in qua religionis constitutionem ad solos status pertinere allegatum: litis tamen contestatio 9. Nou. An. 64. cum expensarum condemnatione nihilominus imperata, quæ etiam 27. eiusdem mensis Nou. subsecuta. Item *Priorin vnd Conuent des Priorats vnd Clösterlins zu Lawingen* / *Cisternenser Ordens* / contra *Herrn W. P. G. vnd die Statt Lawingen* 16. Oct. An. 63. in qua 10. Ianu. An. 64. reproducti in Camera processus, & 13. Nou. eodem anno exceptiones fori declinatoriæ probatæ, in quibus constitutio religionis, & ex ea causam ad *Austräg* pertinere allegatum, & 25. Iun. Anno 65. vt rei *beschehener Eynred vnuerhindert* / *den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig* à Camera nihilominus decernitur: morem autem gerentes Rei 27. Iun. prædicti, literæ contestantur.

Notandum autem in hisce allegatis exceptionibus ab ipsis reis narrari

Pp

causam



causam eam à Cæsare ad Cameram fuisse reiectam & remissam, quod in nostra hac causa *Grünaw* contra *Setingen* factum actor asserit, reclamante tamen reo. Vnde sane non exiguum huic causæ præiudicium, quippe cum eius sit constitutionem interpretari (si forte obscuritatem in ea velit quis causari) cuius est condere. *l. vlt. C. de ll.* Item, *Grünaw* contra *Inhaber der Herrschafft Wertheim* 16. Oct. An. 76. in qua 16. Dec. deinde reproducti processus 21. Maii An. 77. datæ exceptiones pro cassatione, in quibus inter cætera bona ibi controuersa ante Patauiensem transactionem occupata allegatum, quo tamen non obstante, litis contestatio iniuncta. Vide votum D. F. in supra alleg. causa *Grünaw* contra *Setingen* / ex quo manifeste apparet, Ecclesiasticis, etiamsi status imperii expresse non sint, processus in Camera decerni posse, quidquid plerique contra sentiant.

An turbatus contra pacem religionis habeat etiam alia remedia, nempe supplicandi *auff die Pfandung / Landfrieden*. D. S. in causa *Wildberg* contra *Gülch* dixit, concurrentia esse remedia, *Landfried / Religionfried vnd Pfandung*: ita vt pro qualitate vnum ex illis supplicans eligere possit. Sicut in causa *Brandeb.* contra *Setingen* / ob abductum parochum, & controuersiam religionis processus decreti *auff den Landfrieden*. Ita late aliquando deduxit D. C. & D. L. plura remedia ex vno facto competere posse consensit, vti ex constitutione pignorationis reperiuntur præiudicia in causa *Wolffstein* contra *Pfalz Veldens* / vbi ius patronatus, collatio, institutio parochi fuit controuersa inter diuersæ religionis dominos. Et similiter in causa *P.* contra *Wolffstein* / vbi esset paritum.

Cum 31. Iul. An. 94. Ciues 4. Treuirenses, quibus ab Archiepiscopo mandatum erat, vt sub vna specie communicarent sub certa pœna, peterent mandatum in Camera contra d. Archiepiscop. hi non fuerunt auditi, sed petitio denegata. S. F. M.

Iudicis Ecclesiastici iurisdictionio an sit suspensa in Augustanæ confessionis homines, census & redditus dare detrectantes.

Super religione processus decreti ei, qui saltem habet *Bogtheyliche Obrißheit*, & fuit in possessione exercitii religionis, & postmodum turbatus à principe vel Episcopo, sub prætextu meri imperii. Eius rei exstat præiudicium in causa *Truchses von Weishausen* contra *Bischoffen zu Würzburg* An. 88.

Ita mandata simpliciter decreta in causa *Bischoff zu Wormbs* contra *Churf. Pfalz* / in qua causa agebatur etiam de mutando & impediendo exercitio religionis. Imo de Anno 76. *Behelin* contra O. R. decreti processus pignorationis ob eandem causam. In mandatis vero ex constitutione arrestorum, quotidiana sunt exempla, quibus expresse conqueruntur partes contra religionem se grauari, aut impediri tam in censibus & redditibus, quam etiam exercitio religionis, & in specie *auff die Pfandung* / & arresta reciproce *Bayern* contra *Pfalz*, ob redditus quosdam contra *Religionfrieden* detentos, nec adeo magna est ratio differentiæ, siue de exercitio agatur, siue de sustentatione eius, sine qua non facile potest aut debet suscipi exercitium, si dicatur præiudicari causæ principali per relaxationem Parochi, tamen id non potest magis attendi, quam in aliis causis, quibus statur narratis, quod in possessione fuerit. Nam & contra se non relaxetur, & si ipse Dux in possessione fuerit, facilis erat probatio, & exceptiones aliæ saluæ. Nec obstat, quod distinctæ sint constitutiones, quia quoad *Landfrieden* / & arresta, sunt distinctæ constitutiones: & tamen vnum & idem factum ad diuersas constitutiones adaptari potest, & processus obtineri indifferenter solent, cum idem possit factum ad plures

con-



constitutiones qualificatum esse, nec ordinatio seu recessus imperii restinguit, nisi ad *gebürliche Proceß*. Minus obstat quod quidam dicunt, religionem non possideri, quia secus est, quoad vsum & exercitium eius, aliterque obseruari, plusquam notum est: & quia tamen hæc controuersa sunt inter Dominos, & facile paria fiunt, forte consultius, si res exitum habere non possit, vt denegetur maxime, quia non verisimile est, ex loci qualitate, quod immediate sit supplicans, & quia captius relaxatus narratur citra tamen præiudicium.

Terminus concessus subditis ad migrandum in causa religionis. Quando petitur prorogatio termini ad migrandum, & mandatum pœnale sine clausula, consueuerunt Domini terminum ad sex menses prorogare, & mandatum cum clausula decernere, ita factum in causa *Post contra Passaw* 23. Augusti, & in causa *Stickenböcks & consorten contra Passaw* Anno 85. 3. Nouembris.

In causa religionis solent duo dari pro Commissariis, etiamsi vnus tantum nominatus sit: vnus Catholicus, alter Augustanæ confessionis, vt in causa *Bischoffs zu Augspurg vnd Stiffes Weissenstein* contra *Helffenstein*. 18. Septembris Anno 66.

## RELVTIO.

**R**ELVTIONIS pactum. Nota: Das bis hieher zwischen den beyden contracten hypothecationis & venditionis wenig Vnderchieds in Germania gebraucht worden ist/ das man nur fast eines für das ander gebraucht habe/ in dem Fall da dem hypothecanten oder venditori ius reluitionis & soluendi precium vor behalten vnd da die hypothecca, also wol als res vendita in des hypothecarii Hände kommen vnd bezahlt worden/ wie in des emptoris, also das im Reich mehr oder nicht viel gehört worden/ das in den beyden contracten, wie in die clausel reuenditionis oder iuris offerendi precium gewesen/ das sich jemand dem widersetzt habe.

Nec obstat, das etliche sagen/es sey kein pignoratio, sed venditio, ex eo quod in pignoratione possessor non faciat fructus suos. *l. 1. 2. 3. C. de pignor.* Dann es hat ein ander Meynung in diesen hypothecis, das Schloß/ Landt vnd Leut verpfändet/ die dem Creditori frey mit aller Nutzung/ Obrigkeit/ Herrlich vnd Gerechtigkeit zu Handen geben werden.

Hi enim sine dubio fructus faciunt suos, vnd ist alle Nießung deren/ ex conuentione scilicet facta. Darumb wird inter præfatos contractus parum differentia seyn/ nemblich quoad illud ius offerendi precium, also wenig als in dem/ quod possessor faciat fructus suos. Idem quidem in contractu hypothecationis, wie das Dominium nit von den Obliganten kompt/ also komptes auch nit gantzlich von den in contractu venditionis zu ganz & in totum, vti illa clausula reuentionis, cynuerleibt. Paul. Castr. *in l. si cum venditor. de pignoratit. act.*

Reluendi ius: In reuentione vel redemptione alicuius rei, non sufficit tantum verbalis oblatio pecuniæ in marsupio facta, sed requiritur consignatio & depositio in numerata pecunia, per text. *in l. si à te. & ibi gloss. Bartol. & Salicet. Cod. de pact. int. empt. & venditor.* *Viuius in communibus opinionibus. in verb. oblationis. libro primo.* quamuis in Camera contrarium quandoque decisum meminimus.

Supplicatio in causa reuentionis castri. In supplicatione ad extrahendos



processus vt magis vrgeat, addere potest, quod iniuste denegetur restitutio pignoris, attento quod id Reus tam diu possederit (sc. castrum cum pertinentiis) vt fructus inde perceperit summam capitalem excedentes, qui sortem extenuauerint, atque sic debitor siue actor nõ obligatus esset, den Pfandschilling aufzurichten: attamen ne videatur aliquid velle contra ius facere, derhalb ben hab er den Pfandschilling coram notario & testibus consigniren, vnd hinder etliche verordnete des Aufschuß seiner Landschafft (qui notabuntur in specie) hinderlegen lassen/cum repetitione prædictæ protestationis, vnd darauff auch cum Rei sint ipsius Ducis subditi, & ipse Dux sit Reorum Ankläger/nullumq; alium iudicem quam Cæsarem & Cameram erkennen. Petit igitur Ladung vnd rechtliche Hülff. Nota darauff ist Citatio endlich erkannt.

#### REMISSIONES, ET DE REMISSIONE CAVSARVM.

**S**I Princeps rescribat potestati ordinariæ in forma communi, vt in causa inter Titium & Iohannem existente iustitiam administret, vel ius exequatur, per hæc verba solum intelligitur excitata iurisdictio ordinaria, non autem delegata, nisi adiiceretur, iure vel auctoritate nostra. Pan. *in c. in singulis.* & ibi addi. *adeund. num. 7. de statu Monach. Alex. Ias. & Dd in l. mora. ff. de iuris. om. iud.* Hæc nota zu der Remissionsach/ so durch die Kayf. rescripta an das Kayf. C. huc remissa sunt, in causa Latorff contra das Münster zu A. *Ma. ant. 4. p. disput. 3. n. 12.*

Licet Princeps rescribat potestati, vt quis processus causarum in aula Imperatoris contra aliquem impetret, deinde eam causam ad hoc iudicium Cameræ discutiendam remittat, debent nihilominus illæ partes, vigore der Reichs Ordnung/ vnd darinn bestimbtet Aufsträg conueniri, aliàs non acceptatur, sonder erkannt/ wollen die Partheyen einander Sprüch vnd Forderung nicht ers lassen/das sie solches/ Vermög der Reichs Ordnung/ an gebührenden Orten thun solten. Bamberg contra Wallenfels.

Imperator licet in iurisditione Cameram præueniat, causam tamen aliquam ad eam remittere solet, quod potest. Bald. *in l. si vt proponis. 1. num. 12. C. quom. & quando iudex.* Idem *in c. 1. ad fin. tit. si de feud. fucr. contr. int. dom. & agnas.* Idem *in c. 1. tit. de pace iuram. firm.*

#### REMISSORIALES.

**I**N quibusdam Episcopatibus seu ciuitatibus, vtpote Münster & Bremen/ quamuis appellatio ad Cameram spectet, tamen id non procedit, nisi prius petant ab Episcopo loci vt causam ad Cameram remittat. Ita factum in causa Guldenemeister der Cramerambts zu Münster contra Herman Bamiger 9. Dec. (quamuis ex alio capite, nempe quod ab interlocutoria viua voce appellatum sit An. 57.

Aliquando tamen, vt in causa Bitters contra Hausbecke/ quamuis remissoriales ab Episcopo Monasteriensi non dati, tamen processus periculo partis decretis. Decemb. Anno 81. reproducti 14. Nouembris. Ex hac causa denegati processus in causa Johann Hinderlinghoff & consorten contra Heinrich Modersam 28. April. Anno 91. & in causa Bernhardt von Bona/ Bürgers zu Bremen contra Raben/ Bus vnd Claus Meyern/ eo quod remissoriales non  
annex



annexæ appellationi. Decretum, wo fernder Supplicant iurisdictionem fundi ren wird/7. April. Anno 89. Tamen quia postea in supplicatione narravit, quod à Brema directo ad Cameram appelleretur, processus periculo partis decreti sunt 9. eiusdem.

Remissio non exspirat remittente causam ad superiorem mortuo, re integra. Nam si viuens iudex causam semel remissam, etiam re integra, renunciare non potest. Speculat. in tit. de iudi. c. deleg. §. excipiendo, nu. 9. multo minus per mortem eius, vel per successorem renunciari potest, vel expirare, maxime, si remittens propter dignitatem, in qua est constitutus, iurisdictionem habeat. Dignitas enim nunquam moritur, etiam in delegato. Abb. c. licet. nu. 7. extra de offic. iudic. deleg.

Nec bonum est argumentum à remittente ad delegantem hoc casu propter rationem diuersitatis, quia iurisdictione delegati omnino à delegante dependet. Superioris vero ordinarii, ad quem fit remissio, iure proprio nititur. Vnde sufficit remittentem semel à se omnem iurisdictionem abdicasse. Ita obseruatum in causa Reuter contra Graffen vnd Hauptleuth des Landes Rostinger. 30. Ianuarii Anno 67. vt latius in protocollo Notarii Geisselbechs eodem & sequenti die.

## RENUNCIATIO.

**F**ILIAM renunciantem iuramento bonis paternis & fraternis, seque deinceps volentem immiscere hæreditati, mandato pœnali coercitam in Camera constat ex praiudicio Holdingshausen contra Holdingshausen 28. Iulii Anno 91.

Renunciatio fori bene fieri potest in sui fauorem: sed illa renunciatio debet esse specialis, vt in specie suo foro renunciatur, vel exprimat, vbi conueniri velit, aliàs si diceret, daß er ihnen vor allen Gerichten vornehmen möge/id tantum intelligeretur de competentibus, & Cameræ iurisdictione per hoc non esset fundata. Ita obseruatum in causa Christoff von Knöringen contra David Zuden / & in causa Trier contra Scherlin ante multos annos, prout habetur in Ord. Cam. lib. 2. tit. 1. §. es sol auch.

Limita tamen prædicta, si quis in priuata scriptura & missiua extra iudicium renunciasset vel promississet, quod in Camera conueniri deberet, potest postea pœnitere, & ad competentem iudicem prouocare, ad not. Cam. Ora. part. 2. tit. 1. §. es sol auch. Mynsing. cent. 1. obseru. 88. Sic etiam in causa Kentsorff contra Sachsen Lawenburg 13. Februar. Anno 88. quia renunciatio fuit generalis, executoriales fuerunt denegatæ: quamuis sciam, in causa Christoff Hencklin von Steineck contra C. F. M. 18. Septemb. Anno 90. decretam citationem, vbi narrabatur, daß er auff der Graffschafft RS als hypothecca, 1400. fl. emptos reditus hette/ dauon ihm aber in 16. Jahren kein Zins worden. Diemeil dan RS. an W. cum omni onere kommen / vnd sich debitor, Graff von SB. priuilegiis fori verziehen / vnnnd Cameræ vnderwürffig gemacht / als bat er citationem contra M. Oriebatur dubium, an renunciatio intelligenda eatenus, quatenus causa statim ad Cameram pertinere deberet? Renunciatio autem ita sonabat: Wir verziehen vns aller Geistlichen vnd Weltlichen Freyheiten (tenor clausulæ renunciationis) auch all vnser Erben vnnnd Nachkommen / sampt vnnnd sonders mit Außländischen oder Inländischen / Geistlichen oder Weltlichen Rechten / (vnnnd in specie in Camera, oder wo es ihm am besten geliebt) vns fürnehmen / oder



beklagen würden / wie sie das gut Zug vnd Macht haben sollen / daß dieselbige Richter sollen auff diese Verschreibung / oder glaubwürdigen transumpt daruon ohn ordentlichen Proceß in dem ersten Termin vns gleicher gestalt verdammen / als ob wir in eigener Person zu gegen gestanden / vnd solche Schuld öffentlich vnd gerichtlich bekennet hätten / vnd auff solche Brtheil nach Anruffung als bald ohn länger Verziehung / executorial, Bann / Aecht oder Zwangbrieff erkennen / vnd daß sie / die creditores vns / wo vnd an was Enden sie wolten / beklagen mögen. Et in fine post longum interualum: Item wir verzeihen vns aller declinatorien vnd Rechts Wolthaten. Et quātmuis quidam ex dominis putauerint, expresse opus esse renunciatione fori primæ instantiæ, aut quod addi debeat, quod statim in Camera conueniri possit, tamen maioribus placuit, per d. renunciationem censeri Comitum renunciaße primæ instantiæ, das waren die Aufsträg. Ergo iam succedit Camera. Sic decreta est citatio contra M. als Inhaber der Graffschafft R. S. 18. Septemb. An. 90.

Sed quid si renunciāns omnino mediatus sit? an in præiudicium ordinarij sui iudicis se Camera submittere possit?

Iuris est, quod quicumque renunciat liti siue expresse, siue tacite, vt ratione renunciationis, quæ illum confessorem constituit siue appellans sit, siue appellatus, condemnetur in expensas, &c. idque in omni liti parte, iuxta ea, quæ tradit Lud. Rom. in l. postquam lit. C. de pact. & ibi Angel. & Bartol. in terminis Ph:lip. Franc. num. 11. renunciantem præcise semper ad refusionem teneri. Et ita 11. Februar. Anno 72. pronunciatum in causa Hohen Gerolseck contra Brasser / läßt man es bey beschehener Renunciation verbleiben / vnd Renunciāns dem Gegentheil in die Gerichtskosten condemnirt.

## REPLICÆ.

Non re- plicatur in puncto		Responsionum ord. p. 3. tit. 15. §. so auch. Et an etiam in puncto expensarum? Et quidam domini putant. arg. tit. 60. p. 3. Contumaciæ. tit. 10. §. 4. 5. 8. & 9. p. 3.
----------------------------------	--	---

## RESCRIPTVM.

SI scriptor Apostolicus per errorem, culpa abbreviatoris commissum, literas reficit, expensis abbreviatoris (nondum impetrantis) id facere debet. Extrauag. cum ad sacrosancta. sin. de sent. excom. Felin. c. 1. n. 9. in med. ext. de libel. oblat. Quod nota pro Rege H. P. contra Berwalter Camera, à quo Rex rescriptum priuilegij sui petiit, in quo aliquot lineæ omisæ fuerunt.

Rescriptum executorialium vel aliorum processuum non solet expedire cancellaria, si in iis vel dies vel aliud quid mutetur. Et hoc putant domini fieri propter sumptus. Non enim tantum cancellariæ, quantum pro nouis processibus perfoluitur, ideoque vel ex officio nouæ executoriales hoc casu decernuntur, licet aliud olim ob-  
tinuerit.

Respon-



## RESPONSIONES.

**I**N puncto exceptionum contra responsiones non replicandum, sed statim submittendum, nec ad proximam vel ulterius tempus petendum, sub pœna Ordinationis p. 3. tit. 15. §. so auch. M. procur. An. 75. R. d. Anno 85.

Responsio ad articulos (negat ut ponitur) non admittitur in iudicio Camerae, quando in genere vel in specie exceptum est contra responsionem. Et hoc non solum est de iure communi, sed etiam ex Ord. imperii, quæ vult articulis simpliciter responderi per verbum, *credit vel non credit*: sine omni appendice, vide omnino Papiens. *in forma exceptionis contra oppositionem. super verb. primo quod publica vox.*

In puncto responsionum, die *Anhäng allenthalben* / *ic.* debet responderi per verba *glaub wahr / oder nicht wahr seyn*: sed sæpe ad informandum iudicem aliquid annectitur.

Processus in puncto responsionum. Reus exhibet responsiones ad libellum factas cum defensionalibus, & actor acceptationes responsionum, & conclusiones. Reus iterum exhibet exceptiones contra acceptationes, & etiam concludit, quibus conclusionibus peractis sententia petitur.

Responsiones pro puris & sufficientibus *seynd angenommen* / sed ex aduerso *nicht* in tempore, *darwider excipit*.

*Auff* responsiones *soll nit* replicirt werden. B. 6. Jul. An. 79. 7. Jul. An. 85.

Wann schon ad principales *genugsam* respondirt worden / *kan gleich* Titius *additionalen engeben / vnd wo er verhofft / solche nach Notturnff / den Oberflusß hindan gesetzt / zu beweisen / vnd kan solches sampt vnd sonders / wie auch die principales ad probandum zu zulassen bitten.* Ita obseruatum in causa *Fuckler* contra *Bes hem* Anno 74.

## RESTITVTIO IN INTEGRVM.

**R**ESTITVTIO in integrum non facile concedenda est, maxime in lapsu fatalium & termini, vt in quouis tempore peti possit, & ideo non amplius spacium habeat restituendus ad petendam restitutionem, quam prius ad agendum habuerat, vt si quis petat se restitui ad duos menses elapsos, intra duos menses restitutionem à tempore elapsi termini petat. *Salyc. in l. ab hoste. 15. §. sed quod simplic. n. 2. ff. de in integ. rest. V Vormbsti. de in integ. rest. deci. 4. An. 92. 3. S. d. 5.*

Restitutio si aduersus interlocutoriam petitur, procuratore ex aduerso apud acta existente, per nouam citationem res non differatur, sed illico intra legitimum tempus petitio proponatur, & id quidem arbitrio petentis, vel articulatim, vel summarie. Si vero aduersus diffinitiuam restitutio petitur, tunc peculiare citationes & articuli videntur requiri. *Ord. p. 3. tit. 52. An. 92. 3. S. d. 60.*

In integrum restitutio contra lapsum fatalium, aliorumue terminorum intra tantundem temporis, quantum amissum dicitur, idque continuum postulandum, vel pro præscripto porro habebitur.

Restitutio contra sententiam, & quod minus pareatur executiualibus, non potest fieri, nisi ex nouiter deductis, non ex deductis antiquis.

In causa *Telling* contra *Helmstet* 12. Mart. Anno 74. submissum erat in puncto restitutionis in integrum aduersus lapsa fatalia, propter nuncii Camerae illegitimam executionem citationis, cuius petitionis speciale mandatum extabat n. 12. iuxta *Mynf. obs. 26. cent. 2.* Pendet autem hoc totum ex prætoris cognitione, ita quod officium iudicis impleretur, *l. quod si minor. §. fin. ff. de minor. Causæ* autem iustæ in illa causa allegabantur. 1. quod executio non in personam citati

citati



citati, neque ad domum eius (prout à Syndico mandatum erat nuncio) sed eius Amptmanno facta, idque per iuratum nuncium Camerae, & quidem expresse contra iura & ordinationem *p. 1. tit. 38. §. zum siebenden. & ibid. §. fin.* statuitur pœna non rite exequentis, vnde liquebat, in ea causa impetrantem in hoc omni carere culpa, quod tali nuncio crediderit, quem constituit ipse iudex. *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. pronuncio. num. 1.* Et qui debet iurare, se facturum officium legaliter, & deligitur iudicis eligentis periculo. *Bart. ibid. num. 4. & 5. las. conf. 20. n. 23. lib. 1.* Et quia præiudicium illius causæ tantum erat, quod nunciatus, & post eius obitum vidua & liberi non essent soluendo, iuxta *Cassiod. decis. 5. n. 3. tit. de appell.* Ideo non obstantibus exceptionibus appellantes restituti in eum causæ statum, qui fuit, quando processus nuncio traditi fuerunt: id enim quod abstulit læsio, reponit restitutio. *l. quod si minor. §. restitutio. de minoribus.*

Quando petitur restitutio contra fatalia in causis pupillorum, plerunque decernitur. Præiudicium extat in causa *Osburg contra Lappern*, & in causa *der Eltsischen Vormundschaft vnd Erben contra P. von Reiffenberg vnd M. sein Hausfrau* 8. April. Anno 70.

Quando propter impedimentum legitimum notarii quis non potuit habere instrumentum, & tempestiue producere, restitui debet. *Sfortia Odd. de rest. in integ. p. 1. q. 12. art. 7. num. 29. per ibid. allegatum Innoc. Cuman. Castr. Bartol. & Nicellum.*

Non interuenire tempestiue aduocatum, est iuxta causa restitutionis in integrum, si debita diligentia facta fuit *Sfortia d. loco num. 30. fol. 381. per Fulgos. ibi alleg.*

Si quis desidia examinitoris, qui oportune non examinauit, læsus est in causa, restitui debet ad examen perficiendum. *Sfortia Odd. d. q. 12. art. 7. nu. 31. per Maurit. ibid. alleg.*

Impedimentum infirmitatis vel absentiae, vel aliud, quod accessorium fuerit ipsius procuratoris vel aduocati, vel alterius in causa necessarii, & sine quo expediri non poterat, iustam restitutionis causam præbet. *Sfortia Odd. d. loc. num. 32.*

Restitutionis articulo pendente, si executio facta est, reuocatur: vide *Bredod. tract. de appell. p. 2. tit. 8. fol. 209.* & late *Lancellot. de restit. in integ. num. 10. & seq.* quem bene nota.

Restitutione pendente innouata reuocantur per viam attentatorum: not. *Vestru. in prax. Rom. lib. 8. de restit. in integ. f. 198.*

## RESTITVTIO.

IN communi territorio vni socio contra alterum sepe processus decreti. Ita nouiter in causa Episc. Argent. contra Straßburg des gemeinen Amptmanns zu J. N. Verstrickung belangend/ vbi Ciuitas Argentinensis ei mandauit, da der Bischoff des neuen Calenders halben etwas gebieten würde/ vt sibi significet, quod cum non fecisset, haben sie ihn eyngesetzt. Decreti igitur processus Anno 86. Et in causa Nürnberg contra Maßgersdorff 8. Aug. Anno 89. Hans vnd Jacob Behren Verstrickung belangend.

TESTAMENTA.

CITATIO ad videndum publicari testamentum decreta in causa Winnenberg contra Winnenberg 16. Iulii Anno 89. Et in causa Brandenburg contra Württemberg vnd Hessen contra C. F. P. compulsoriales ad edendum testamentum decreta.

Licet



Licet testamentum solemnne in scriptis requirat presentiam 7. testium: tamen cum aliquando in causa *Vsberg* contra *Vsberg* quaestio incideret, verum testamentum simile in scriptis valeret, vbi testis septimus non interfuisset ipsi actui, sed post aliorum testium subscriptionem, adeoque peracto actu superuenisset? Maioribus conclusum, valere testamentum tale, tum quia testamentorum magnus fauor, tum etiam propter clausulam codicillarem. Et ita pronunciatum 18. Jun. An. 78. Vide quae scripsit D. H. in causa B. B. An. 88. M. Maio.

Commissio in Camera decreta ad videndum publicari testamentum in causa *X. von Eberstein* contra *Ebersteinische* creditores An. 87. M. Dec. in qua causa D. H. Commissarium egit.

Quando tempore pestis correptus eo morbo condit testamentum coram 2. vel tribus testibus, & minori numero, aliàs de iure requisito, & moritur ex tali morbo, etsi se opponant succedentes ab intestato: tamen pronunciat pro tali testamento. Ita iudicatum in causa *Johann Nicolaus Gerlach Agnes* contra *Philipsen Etenbach* & consortes: & antea de Anno 35. in simili causa pro testamento iudicatum fuit.

Testamentum semper in forma authentica exhiberi debet, si citatio ad videndum se immitti desuper decerni debeat. Ita decretum 5. Sept. An. 87.

Publicationis testamenti processus. 1. Citatio ad videndum publicari testamentum ante omnia decernitur contra eos, quorum interest.

2. Datur petitio summaria, vt testamentum publicetur, copiaque sibi detur pro interesse, comparentes audiuntur.

3. Deputantur Commissarii, vt examinent Notarios testesque, prout iuris.

4. Rotulo producto cum causae cognitione publicatur testamentum. Vide causam *Hag* contra *Rechberg* 12. Feb. An. 61.

In apertura testamenti D. C. K. Assessoris, obseruandum iuramentum haeredum testamenti aperturam petentium. *Ihr werdet angeloben vnnnd darauff schweeren einen Eyde zu Gott vnnnd auff das heylige Euangelium / das ihr begerte Fürlegung / Besichtigung vnd Communication Weilandt des hochgelehrten / r. N. ewers Bruders / Schwagers vnnnd Batters seligen nachgelassenen Testaments nicht auß gefährlicher Weiß begeret / sondern das ihr verhoffet / glaubet / vnd nicht anders wisset / dann das ihr / oder von derentwegen ihr vorhanden / darinnen auch bedacht / vnd solches zu begeren Fug vnd Ursach habet / alles getrewlich vnnnd vngesährlich.*

Exhibito testamento iurabunt testes in formam sequentem: *Ihr Lt. S. des Kayserlichen Cammergerichts Beysizer / werdet meinem gn. Herren Römischer Kayf. Mayest. Cammerrichtern bey dem Eyde / damit ihr S. Gn. zugethan vnd verwannt / angeloben / vnd ihr andere drey Zeugen N. N. N. einen Eyde zu Gott schweeren / das ihr auff nachfolgende Fragstück / angeregte Besichtigung des Testaments betreffend / die Warheit / so viel euch bewust / sagen wöllet / alles getrewlich vnd vngesährlich.*

Interrogatoria. 1. Ober Zeug / als Lt. R. S. sein Testament auffrichten wöllent / darzu sonderlich beruffen vnd erbetten sey worden.

2. Ober Testator damals vnnnd so lang solche Auffrichtung gewehret / bey guter Vernunft gewesen.

3. Ob nit der Testator damals einverfaste beschlossene Schrifft fürgelegt.

4. Ober Testator solche fürgelegte Schrifft vor sein Testament gehalten / vnnnd begere / das sie dessen Gezeugen seyn sollen.

5. Ob es eben das sey / das allhie zugegen.

6. Ob



6. Ob Testator solches selbst unterschrieben vnd versiglet/ vñ welches seine Handschrift vnd Besiglung sey.

7. Ob er Zeug dabey gewesen gegenwärtig/ solches auch zu vnd erschreiben vnd zu versigeln gebetten worden/ welches sein Handsigel oder Pitschir sey.

8. Ob er Zeug mit damals vber seine 14. Jahr gewesen.

9. Ob solch Testament noch also allenthalben an Schrifften vñd anhangenden Siegeln ganz verwahrt/ verschlossen/ vnd vnuertwandelt sey.

10. Ob er Zeug von Anfang bis zu Ende bey Auffrichtung solches Testaments gewesen.

11. Ob nicht solches alles in beyseyn des Testirers vnd anderer Mitzeugen / so mit vnderschieden vnd gesigelt/ auff einmal / vnd ehe sie von einander kommen / verrichtet vnd vollendet worden.

12. In welchem Jahr vnd wann solches alles geschehen.

Sententia publicationis testamenti Public. 13. Martii Anno 1551. In Sachen Frau C. weiland Graff A. von HB. nachgelassener Wittib/ contra Herrn W. Graffen zu HB. ist die Publication noch zur Zeit abgeschlagen/ vnd von Ampts wegen Ladung wider HS. N. N. vnd N. in vorbrachtem Testament unterschriebene Zeugen/ an diesem Kay. Cammergericht auff den 28. April. nechstkünfftig eygener Person zu erscheinen/ gebürlichen Zeugen Eydt zu erstatten/ vnd alsdann auff ferner Auffragen den darzu verordneten Commissarien/ wie sichs gebürt/ zu antworten/ vnd erkannt/ das auff jetzt genannten Tag C. von HB. Wittib / auch andere alle weiland Graff A. von HB. ehgemachte auffgerichtete Testamenta, so einige mehr vorhanden/ vnd sonderlich das/ so kurz vor dem / das gerichtlich allhie eyngelegt/ gemacht worden/ an diesem Kay. Cammergerichte verscretirt fürbringen/ soll alsdann ferner in der Sachen geschehen/ was recht ist.

Supplicationem pro citatione ad videndum publicari testamentum paternum, & qualiter eo ipso procedatur, vide in causa S. contra D. V. S. 23. Septembris.

Apertura simplex testamenti quomodo fiat, vide apud lectores in testamento Dietleff Bremers 15. Dec. An. 68. Omnibus enim inspiciendi describendique tabulas testamenti potestatem pollicetur praetor, etiam alieno nomine. l. i. in prin. l. si mulier. ff. quemadmod. testamenta aper. per l. i. C. eo. Nec enim solius heredis sunt, sed omnium, quibus quid illic adscriptum est. d. l. 2. in princ. vt tamen de calumnia iurent, etiamsi filius sit. l. 3. C. eod. Et recitantur ea solum, quae ad petentem spectant. Bald. in l. i. C. eod. Prius tamen sigillatores cogendi sunt, vt sigilla sua recognoscant. l. cum ab initio. ff. eod. saltem maior pars eorum. l. si maior pars. ff. eod. interuenientibus quinque optimae opinionis viris. l. si quis ex signatoribus. ff. eod. l. 2. C. eod. a quibus postea rursus obsignantur, vt ibi dicitur. Vide etiam Specul. de instrum. edit. §. ostensio. n. 34.

Solemnis testamenti confirmatio quando fiat, apparet ex testamento D. V. Regentis Cancellariae ex protocollo apud lectores.

Testamentum a spurio Notario confectum non valet, non tantum quoad institutionem, sed etiam legata singularia.

Si heres meus vel legatarius huic meae voluntati contrauenierit; volo eum priuari omnibus commodis d. testamenti mei; ista clausula quid operetur, & quod ipso iure sit priuatus, vide Decian. consil. primo. volum. tertio. numer. 8. & 9.

Item an per hoc tantum intelligitur contrauentio illicita de facto? Non potest de iure. Vide eund. d. consil. 1. nu. 13.



Publicationis testamenti processus. Citatio ad videndum publicari testamentum, ante omnia decernitur, etiam contra eos, quorum interest. Datur petitio summaria, vt testamentum publicetur, copiaque sibi detur pro interesse, comparentes audiuntur, deputantur Commissarii vt examinent Notarios testes, prout iuris. Rotulo productorum causæ cognitione publicatur testamentum. Vide causam Hag contra Rechberg. 12. Febr. An. 61.

Supplicatum pro citatione ad videndum publicari testamentum paternum, & qualiter eo in casu procedatur, vide *lib. Ratf. B. fol. 249.* in causa Schönberg contra Diez von Schönberg 23. Sept. An. 88. Et eodem *lib. fol. 256.* in causa Catharina Graff A. von HB. hinderlassene Wittib contra Herrn W. vnd Herrra E. von HB. 17. Sept. An. 50. vbi habetur forma sententiæ publicationis testamenti. Et supplicationem pro commissione, cum articulis probatorialibus & nominibus testium, aperiendo & publicando testamentum, & quando illa decreta in causa Jßen von Saldern contra Fronsberg/in causa Nechsetrein contra Fugger.

Cohæres in testamento institutus sub conditione, si conditionem implere nolit, potest mandatum monitoriale ex authen. *hoc amplius. C. de fidei commiss. decerni.*

Fecit quidam testamentum, adhibitis solemnitatibus & 7. testibus, postmodum vnus ex testibus inscriptus instrumento dicit se non interfuisse, queritur: an derogetur testamento? Quidam volunt, quod illud instrumentum probet codicillos. Bart. Salic. & Iat. quia per instrumentum publicum, in quo sunt descripti 7. testes, probatur testamentum absque eo quod testes examinarentur. Quidam vero, quod non: quia si vnus testis contradicat instrumento, eius fides vacillat, ita vt nec probet codicillum. Et hoc verum est, nisi aliquid aliud adiuuaret instrumentum. *l. fin. & ibi gl.* Et in hanc vltimam opinionem iudicatum in Camera in causa des Klosters zu Meding contra H. W. von Habßberg / wie recht darthun vnd beweisen / daß S. in dem vorbrachten benennet / vnd anzuzeigen geführt / oder ein andern des Namens bey Auffrichtung Weilandt L. von Habßberg Ritters Testament gegenwertig gewesen sey / oder sonst ihres Zustiftung vnd Bekräftigung fürbrachts Instruments erheblich vnd dienstlich seyn mag / fürbringen / das solches gehört werden soll / vnder thue das also oder nicht / soll darauff ergehen was recht ist.

Supplicabat D. C. V. vt sibi confirmaretur testamentum, in quo vxor eum hæredem instituerat, quo frater vxoris D. D. impugnare nitebatur, quod illud contra pacta dotalia (quibus prouisum, vt si vxor V. sine liberis decederet, bona vxoris post mortem mariti redirent ad hæredes vxoris (esset conditum: petebat V. testamentum confirmari, & Droelio perpetuum silentium imponi. Processus decreti ex *l. fin. Cod. de edict. Diui Adrian.* licet & silentium impositum.

### TESTES.

NOTA bonam cautelam, si testes sint in loco iudicii. Si testes sunt in loco, vt hic in Camera, & vellem ego statim ad finem producere causam, peterem à Camera, vt non decerneret commissarium, dargegen noch viel kan excipirt werden / sed specialiter, vt Camera decernat aliquem omni exceptione maiorē, vel ex procuratoribus, vel Notariis cancellariæ, qui testes examinet.

Testes



Testes in turba deponentes: Hi non probant. Spec. in tit. de teste. §. nunc tractandum. num. 9. Si tamen culpa commissarii testes non sint sigillatim rogati, id parti commissarii non videtur debere esse nociuum. arg. c. per tuas. de test. eorum tamen testimonium sæpe valet. Spec. de teste. §. nunc de teste. vers. sed pone maxime si id moris. Alex. conf. 65. lib. 1.

Testes in vrbe, vbi Camera degit, per pedellum citati, & per Prænotarios examinati 19. Mart. An. 44. Sayer. An. 43. 21. Nouemb. Testes in loco, vbi Camera est, per pedellum coram solita audientia citari soliti sunt, cum requisitis solemnitatibus Sayer.

Testium relaxatio necessaria in tantum, vt etiam mandatum sine clausula decretum contra magistratum ordinarium, vt testes relaxet ab ipsorum iuramento, exceptis tamen arcahis consiliorum 7. Iul. An. 1525.

Testium productioni post obtentam 2. vel tertiam dilationem probandi renunciantes, deprehensa fraude, præter pœnas retardatæ litis ex officio insuper mulctantur, C. 85.

Per publicationem testium, non rite receptorum, vtriusque partis consensu factam, non confirmantur eorum dicta. Mynf. 4. obs. 52. n. 9.

Testis productus coram Camera, recusans iurare in forma solita & vsitata per Camera, non est recipiendus, nec examinandus, etiam si producens contentus sit, vt iuret per Deum tantum. Et pars contra quam producitur, referuet sibi exceptiones post publicationem opponendas. Et ita fuit obseruatum cum Ephem. V. de Flehingen præfecto in Maulbrun 7. Maii An. 93.

Testes quod in priori instantia producti sunt, in Camera non attenditur. Ideo quod super iisdem articulis non admittendi videantur: iuxta c. fraternitatis. 17. ext. de test. & attest. Hoc in Camera locum non habet, prout extant præiudicia, quorum vnum in causa Dieterich Scheppenberg contra Bernhartten Harnstein iuxta not. Dd. in l. per hanc. 4. C. de temp. & reparat. appell. Dies præiudicii 20. Sept. An. 65.

Amicus, modo non sit magnus amicus, recte in causa amici deponit. l. testium. 3. ff. de testib. Fel. in c. quoties. 5. ext. de testib. 3. q. 5. c. accusatores. 12. la. 2. Alex. conf. 78. incip. in causa & lite. vol. 1. col. 2.

An testes singulares admittantur. Item quod etiam per vnicum testem probetur, atque etiam ex cōiecturis, vide Ia. Phil. Porc. conf. 94. n. 6. 7. 8. & seqq.

Testes domestici, qui dicantur, vide late Aym. Publ. in consuet. Aruern. 1. 26. art. 8. n. 7. cum seq. An etiam frater dicatur domesticus, & pro fratre testificari possit. Vide ibi n. 9. vbi dicit, posse, si non vnum ex tribus concurrat, de quibus ibi n. 9.

Testis mediate imperio subiectus, quomodo à Commissariis Cameralibus cogi possit ad perhibendum testimonium: Comites ab H. B. commissionem ad perpetuam rei memoriam impetrarunt contra Wilsleben / nobilem Ducatus Sax. & ipsosmet Duces, ratione sui interesse, propter continentiam, nominatus ibi fuit in testem quidam priuatus S. K. & citatus à Commissario deponere recusauit, & denitio sub pœna 160. fl. citatus contumax fuit. Ideoq; extracta citatio ad videndum se incidisse in dictam pœnam declarari, aut allegandas causas, insuper illi mandatum sub pœna 2. marc. auri, vt ipse nachmals / si citetur à Commissario, compareat, & præstato iuramento deponat. Quare non comparuit, & pro sua excusatione dedit exceptiones & causas: similiter iuniores S. Duces pro suo interesse dederunt exceptiones.

In Sachen Herr G. E. vnd B. Graffen vnd Herrn zu H. B. Klägern contra S. K. beklagten / auch Herrn J. W. H. S. als Interessenten, ist erkannt / daß ges



dachter beklagter/beschehener Einred vnuerhindert/auff des Kayf. Commissarii weis  
ter vertagen vnd fürheischen gehorsamlich erscheinen / vnd Kundschafft der Warheit  
seines wissens geben/mit dem Anhang / wo er solchem also mit nachkommen würdt/das  
er jetzt als dann / vnd dann als jetzt in die Pœn der 100. fl. desgleichen dem außganges  
nen verkündten vnd reproducirten Kayf. Mandat einuerleibter Straff N. declarirt/  
ferner Proceß auch erkannt/ das er gedachten Klägern die Gerichtskosten derhalben  
auffgelauffen/ nach rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnd zu bezahlen schuldig  
seyn sol. lata 11. Mart. An. 96.

In pœnam 100. fl. non condemnatur, quia absque dolo propter Duces in-  
reruenientes esse videtur, tum quia omnis pœna est in principem arbitraria.  
Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. vers. 7. specialiter.

Quando timetur de festinantis discessu, testis potest ille recipi, etiam par-  
te non citata. Innoc. in c. Albericus. 43. circa princ. ext. de testib. & attest. non cogni-  
to quoque de grauamine. Rota decis. 2. n. 1. de testib. in antiq. Et ita decreta com-  
missio in causa F. contra F. 30. Iul. An. 72.

Testes etiam inhabiles & non idonei admittuntur, quoties res aliter pro-  
bari non potest. vt per Myns. 3. obs. 16. sed an si quis producat testes, & ita appro-  
bet eorum personas, an postea contra eorum dicta nihilominus excipere pos-  
sit? Et respondetur, quod sic. per l. si quis testis, & ibi Castr. C. de testib. Natta cons. 31.  
n. 2. & 3. Fel. in c. veniens. n. 19. de testibus.

An etiam frater dicatur domesticus, & pro fratre testificari possit in in-  
stantia deductis aut directo contrariis de iure communi? Res videtur plana,  
quod non possit, nisi in iis, quæ in prima instantia nesciuit, vide Dober. in re-  
pertorio ad tit. de probat. in instantia appellationis. Myns. obs. Gail. 1. obs. 105.

Testis etiam parte non citata examinari potest, quando de eius festinato  
discessu timetur.

Mandatum pœnale, vt quis testificetur. Testes immediate imperio subie-  
cti cogi possunt, per mandata pœnalia, vt testimonium dicant, ad requisitio-  
nem Commissarii inferioris iudicis, non à Camera dati. Ita factum in causa  
Stehingen contra Gemmingen. 29. Aprilis Anno 70. Et denegati processus in  
causa Nassau contra Catharinam von Eiß & consorten 14. Decembris An-  
no 91. Quia alium nominabant Commissarium. Fallit si isti testes essent me-  
diati. Ita denegatum mandatum in causa Episcopi zu Wormbs contra etliche  
Bürger zu Wormbs/ Item Bischoff zu Wormbs contra J. J. vnnnd E. M. Bür-  
gern zu Wormbs. Vbi Episcopus petiit mandatum executoriale contra d. ci-  
ues, vt testificarentur coram suo Hoffgericht, sed fuit denegatum 8. Nouemb.  
Anno. 91.

Testis an recipi possit in Camera super articulis in prima instantia dedu-  
ctis, aut directo contrariis? De iure communi res videtur plana, quod non  
possit, nisi in iis, quæ in prima instantia nesciuit. Vide Dobbertin in repertor. cit.  
de probat. per scriptur. priuatam. §. omnino. vlt. vers. de probat. in instantia appellationis.  
Myns. centur. 1. obs. 41. Gail 1. obs. 105.

Literæ mutui compassus si iudici Camera exhibeantur, solet is pedello  
eas tradere & testi examinando legendas per eundem mittere, ac iubere, vt in  
causa illa testimonium veritati perhibeat. Ita factum 18. Februarii Anno 67.  
in causa matrimoniali, in qua Et. H. deponere iussus est, & paulo ante ancilla  
quædam. Etsi nobis tales literæ transmittuntur ad examinandum testes no-  
stra iurisdictioni subiectos, tūc ex officio deputatur commissarius per decre-  
tum, ne datur dilatio: quemadmodum nec in examinibus ad perpetuam rei  
memoriã, & quoniam vbi fertur, non moris est ex cancellario commissionem  
extra-

extra-



extrahere, idcirco nec ea decernitur, sed hoc casu decretum (cui implicite inest) commissionis instar est, quo asserto testes deponunt, vti Quæstor noster in causa quadam Francofurtensi fecit Notario GB. Commissario. Et quia tum Iudex oretenus iubet, vt in causa deponant, sicuti mandatum est T. lectori, licet ad instantiam Commissarii à Iudice implorante huc misso. Ita conclusum fuit per sex dominos senioribus astipulantibus in causa *E. S. Müllers Wittib* contra *H. E. H. Sohn* 11. April. Anno 69. per doctrin. Specul. tit. de test. §. qualiter. à num. 16. & seq. Decreti autem formula erat, *wie gebetten/abgeschlagen* (quoniam pars Commissarium nostræ iurisdictioni non subiectum nominabat commissionem & tempus pro prima dilatione probandi petebat) *sondern ist auff fürbrachte inuocatorios* (sic etiam literæ mutui compassus appellantur) Lt. P. de K. des Kayf. Cammergerichts Protonotarius zu Commissarien verordnet. Neque ex officio diximus, quia Officialis Confluentini implorationem respiciebamus, ad cuius non ad partis ineptam petitionem Commissarium ordinauimus, prout latius in protocollo.

## TESTIMONIUM.

**T**ESTIMONIUM dicere quoniam excusentur, ne scilicet inuiti dicere, vel ad dicendum venire cogantur. Ad testimonium dicendum consanguineus inuitus contra consanguineum compelli non potest, si aliter veritas haberi nequeat, *Johan H. von Baskendorff/ J. vnd C. D. Gebrüder* contra *E. D. Sohn Vormünder/ D. vnd H. Berner*.

Sententia. *Ist der Bescheide/ daß auß vorbrachten Ursachen in dieser Sach Zeugnuß zu geben verschont werden soll/ von Rechts wegen.* Hæc sententia lata 12. Ianuarii Anno 85. à Duce Megapolitano. Rei seynd der Zeugen Brüderkinder/ Appellatus contra allegat, *er hab sonst keine Zeugen/ & ex defectu horum testimonium müß er seine ganze Sach verlieren:* supplicat pro citatione & compulso-rialibus, decretum erkant.

## TEUTONICI FRATRES.

**Q**UIDAM Teutonici ordinis defunctus. Voluit ei succedere nepos ex fratre & Magister Ordinis. Magister ordinis ex *Auth. ingressi.* & literis vniuersalibus, *da er versprochen/ daß alles wjer bey dem Orden erobert/ darbey zu lassen/* quæ est personalis obligatio, cuius conditio post mortem extatura. Bart. *conf. 212. las. in l. fin. nu. 6. fal. C. de pact.* Item ex statuto & consuetudine. Reus nititur iure communi, & sic est actum officio Iudicis, non petitione hereditatis, quia Reus non possidet ex doctrina Innoc. *inc. presentia. de probat.* Intentio Actoris fuisset fundata, si defunctus fuisset religiosus. *d. Auth. ingressi. Auth. si qua mulier. C. de SS. Ecclesiis.* & ibi Bart. sed dubium, an Teutonici ordinis sint religiosi, *gloss. in c. quia contingit. de relig. domib.* confert illos cum aliis religiosis domibus. *And. Bar. in tr. de prest. si non sunt religiosi, sunt quasi religiosi. Panor. in c. quamuis. de decim. sunt religiosi minus fratres ordinis Teutonici. Alb. de Ros. in verb. Templarii.* Religiosi sunt, qui vouent tria vota, obedientiam, paupertatem, & continentiam. *Signorellus de Homod. in repet. d. Auth. ingressi.* habet 4. status religiosorum. 1. nihil habent proprii, vt fratres: & de talibus non loquitur *Auth. ingressi. 2.* Clerici, qui non possunt habere proprium, sed in communi, vt regulariter



lariter Monachi, & de ipsis loquitur *Auth. ingressi. 3.* qui habent in proprio, & nihil in communi, vt fratres militiae S. Mariae, & fratres S. Francisci, & putat illos esse de fraternitate aliqua, wie man hie aussen Bruderschaft hat/ vnd müssen elende seyn/ de his loquitur *l. Sacrosanctam. C. de Episc. & Cler. & non d. Auth. ingressi. 4.* possunt habere proprium & in communi, vt sunt sacerdotes, & de his loquitur *d. l. Sacrosanctam. & l. quis presbyter. C. d. tit. de ordine Teutonico* (Polydorus de inuentione rer.) fratres appellantur: non tamen sequitur inde, eos esse Monachos. Panorm. in c. causa qua. in princ. de iud. Igitur *Auth. ingressi.* habet locum in iis, quæ tria vota vouent secundum Iaf. ibid. gl. & Dd. ibi extendunt d. *Auth. ingressi.* ad omnes ingredientiæ capellam, & dicantes ei sua.

## TRANSACTIO.

**T**RANSACTIONES causarum conclusarum, sub pœna, Iudici significandæ. *Ord. part. 1. tit. 16. Anno 57.*

13. Ian. An. 92. exhibita supplicatio pro mandato de non turbando contra laudum homologatum. Decretum: *ist* mandatum cum clausula de non contraueniendo transactioni *erkannt/ das vbrig begeren abgeschlagen* 20. Ian. An. 92. In causa *der Statt X.* contra BB. sed in causa *der Statt M.* contra Episcopum eiusque consiliarios ibi, quia d. transactio remittendi causas appellationis ad Camera[m] est Camerae insinuata & q. notoria, contra quam fecit Episcopus, nolens eas remittere, & sic altiore[m] indaginem non requirere, mandatum sine clausula fuit decretum. 15. Sept. An. 92.

Post latam sententiam rescinditur transactio in Camera, quam victor ignorans sententiam pro se latam inuit, & aduersus illam transactionem restitutio peti potest. *l. si causa cognita. C. de transact. l. de iis. ff. eod. tit.* si post rem iudicatam quis transegerit & soluerit, repetere potest, per *l. eleganter. S. si post rem. & S. seq. de condict. indeb.*

## TRANSUMPTIO, TRANSUMPTVM.

**I**n transumptione seu exemplificatione instrumentorum, quibus fides adhibenda, requiruntur plures Notarii requisiti, citatio partis aduersæ, publicatio eiusdem per Iudicem, & alia formalia, vt tractatur per *Odofr. in l. quicumque.* Item facit *gl. nos autem. in Auth. Tabell. col. 4. & in Auth. si omnes. C. si cum.* vt hoc similiter per *Spec. in verb. ostenso. de instrum. edit.* Copia seu exemplum etiam in archiuo repertum non probat. *Gabr. de probat. conf. 5. num. 19. lib. 1. ex Dec. in Auth. si quis in aliquo. vbi communiter Dd. Cod. de eden 10. & Bertrand. conf. 7. ex themate. & conf. 23. col. ult. lib. 1.* vult tale exemplum probate contra producentem, non pro eo. Vide *Molin. in consuet. Paris. §. 2. num. 18.* Fallit in copia *Vrphedæ.*

Quæsitum aliquando, an copia producta *Vrphedæ* probet, præstitum esse iuramentum de non vliscendo. Et dato, copiam nullam vim probationis facere, *l. 2. de fide instrument. Franc. Marc. quest. 439. num. 5. part. 1.* maxime si pars sese opponat. Aliàs enim interdum simplex copia probat propter difficultatem habendi originale. *Grammat. conf. 151. p. 1.* At his non obstantibus contrarium decisum. Nam allegata iura verba faciunt de scriptura, quam quis pro semetipso scripsit, quæ nullam fidem seu probationem efficit, nisi roborata sit duobus testibus. Sed quando copia est talis, quæ pro alio est scripta, & in

Actoris



Actoris obligationem ad quietandum reum de non faciendâ ultione. Huiusmodi scriptum quod quis partim pro se, partim pro alio scripsit, si à scribente producat, probet. Damhud. *in prax. rer. ciuil.*

Tantum de consuetudine huiusmodi scriptum den Brphedi probat. Si autem casum habemus. *in c. dilectus. 9. ext. de fide instrum.* Quæ propria manu à priuatis hominibus scribuntur coram Iudice, consentire tanquam instrumenta publica & in authentica forma confecta, singuli casus. *in l. ne in arbitris. 4. C. eod. Bald. Damhud. c. 174. de probat. per lit. script. num. 18. & seq.* Quare concluditur illam copiam seu priuatam scripturam in hoc casu probare & Actorem ad effectum agendi, non obstante exceptione, relaxandum. Ita decretum 10. Iun. Anno 70.

Regulariter omnium productorum copia danda Procuratori ex aduerso. Verum hoc fallit in causis momentaneæ possessionis, quia talis processus est plane summarius: & ita obseruatum in causa sequestrationis & litigiosæ possessionis Coln contra Waldeck 28. Aug. An. 66.

Nota: In transumptione documentorum hæc sunt obseruanda. Tenor nominum scribi debet integraliter, *Wie es mit den Sigeln beschaffen/ ob sie ganz/ verschnitten/ zerbrochen/ abgerissen / ob verifimilia vestigia daruon vorhanden gewesen/ oder nicht.*

3. Soll allweg post finem copix das Sigel abgerissen werden per pictorem iuratum, mit Vermeldung/was das Wachs/ Schnur/ Pressel vor ein Gestalt habe.

4. Sollen auch die Sigel/ so gleichförmig zu seyn gemeint werden/ mit dem Circel abgerissen werden.

Transumptio seu vidimus, ad hoc, vt valide in Camera fiant, solet ad instantiam supplicantium decerni citatio per edictum ad omnes status interesse prætendentes. Also hat Episcopus Spirensis Anno 1528. etliche Priuilegia vidimiren lassen/ præuia huiusmodi citatione.

Idem factum in causa der gemeinen Ritterschafft vnd Adel beyder des Rheinischen vnd Wetterawischen Bezircks/ vbi per edictum vocati comparuerunt aliqui Principes, & dederunt ein Probationsschrieff/ protestantes se non aliter in dictam transumptionem consentire, quam quod illis suæ exceptiones contra dicta priuilegia omni tempore sint saluæ. Et fertur super huiusmodi vidimus sententia, vnd darauff nach allem fürbringen vnd von Amptswegen der gebettesnen Transumpten fürbrachten Freyheiten auff gehabte Besichtigung derselben/ doch männiglich sein Recht derhalben vorbehältlich/ hienit zugelassen vnd erkennt/ das solchem Transumpt oder vidimus allenthalben gleich dem Rechten original vollkommener Glaub gegeben werden soll/ auch hierüber gerichtlich Decret interponirt.

TRIPLICATIO.

NON vltra triplicas admittuntur quadruplicæ in puncto peremptorium, *Ord p. 3. tit. 29. §. fin.*

Item in puncto attestatorum Recess. Imperial. Spiræ Anno 70. §. wo aber 2.

Non



Declinatoriarum & dilatoriarum. *Ord. p. 3. t. 26. §. wo aber.*  
 Deuolutionis aut desertionis. *p. 3. tit. 32. in prin.*  
 Non triplicatur in puncto  
 Attentatorum, ita reiectæ cum reseruatione pœnæ Ordinationis Anno 98. 31. Aug. in causa Dortmündt contra Schoten appellationis.  
 Supplicationum *arg. Ord. p. 3. tit. 26. & 32.*

## Türckenhülff.

**E**ilender Türckenhülff processus. 1. Quoad legitimationem, conclusum quod executione contra citatos legitime facta, ad petitionem Fiscalis, in primo scilicet termino contra contumacem, vt in aliis causis statim decernendum sit. 2. Facto proclamate, si citatus in contumacia perseverat, procedendum ad declarationem banni in termino suspensiuo denunciationis, vt antiquitus factum est Anno 31. 8. Februarii. 3. Si citatus non sit contumax, sed compareat & petat tempus ad docendum de solutione, tunc illi petitum, vel arbitrarium tempus præfigendum, cum comminatione finali, quæ sequitur: *Ist N. gebettener zeit glaublich Anzeig gebührender Erlegung zu thun zu allem Uberschuß zugelassen/ vnd angesetzt/ mit dem Anhang/ wo er solchem also nicht nachkommen würd/ daß alsdann auff des Fiscals ferner anruffen der gebetten declaration pœnæ der Acht halben nachmals endlich ergehen sol/ was recht ist.* Nota, hoc tempus semel datum procuratori non esse prorogandum, sed purificata sententia procedendum ad declarationem banni cum termino suspensiuo. 4. Si compareat, & exhibeat exceptiones, cur non teneatur soluere, tunc submissione hinc inde facta causa statim ad referendum danda, vt cum causæ cognitione fiat, quod iuris est. De ista contributione vide recessum Imperii. fol. 194. 216. 242. 271. 291. 303. 319. part. 1. & fol. 216. 198. part. 2. & Anno 1566. fol. 18. Anno, & c. 67. fol. 10.

Hunc processum 17. Domini approbauerunt: alii autem volebant vt processus olim in eiusmodi contributionibus seruari solitus, iam quoque obseruaretur, sed nullus extabat 29. Nouemb. An. 1567.

Exceptiones in der Eilenden Türckenhülff ad probandum admissæ sunt in causa fiscalis contra Nidereisenburg Bronsaw 17. Aug. An. 69. Contra vero non admissa in causa fiscalis contra Montfort.

Hic est Processus, des Restans zu Wormbs Anno 64. beharrlichen Türckenhülff An. 66. Gottischen expedition Kosten.

1. Termini præfixio fit Endlich.
2. Nachmals endlich der declaration pœnæ banni halben.
3. Declaratio banni fit cum termino suspensiuo.

Ita conclusum per omnes senatus. 16. Dec. An. 1572.

In der Türckenhülff possunt retardantes ad pœnam dupli conueniri, secus quoad Kraishülff/ quia in his non agitur ad pœnam dupli. Ideo mandatum super pœna dupli impetratum in causa der Fränckischen Kraishstände/ contra die Herrschafft Wertheimb Inhaber fuit cassatum, quoad pœnam dupli, aliàs paritio iniuncta, quoad solutionem. 9. Ian. An. 93.

Sententia priuationis ob non solutas collectas imperii, quæ tamen suspenditur ad sex septimanas ex officio.

In Sachen des Kayserlichen Fiscals Klägers wider den Herrn Verwaltern des Gottes Haus M. in S. G. T. beklagten/ deni. 2. 3. 4. 5. 6. 7. vnd 8. Ziel der neuen defensitt beharrlicher Türckenhülff/ Anno 82. zu Augspurg bewilligt betreffende.  
 Nach



Nach dem gedachter beklagter der ausgegangenen Urkunden vnd reproducirten Keyserl. Ladung/ darinn er an diesem Kayf. Cammergericht zu erscheinen peremptorie geheischen/ vnd geladen worden/ Nemlich zu sehen vnd hören vmb seiner Saumnus/ Vngehorsam/ vnd nicht Erlegens willen/ sich aller vnd jeder seiner Regalien, Freyheiten/ Gnaden vnd Gerechtigkeiten/ so er von der Röm. Kayf. Mayest. vnd dem H. Reich zu priuiren/ auch darüber notwendige Process außgehen zu lassen/ oder aber erhebliche in Recht gegründte Ursach/ vnd aber derselben kein Gehorsamb bishero geleistet/ noch selbst oder jemandt anders von seiner wegen Anzeng gebürtlicher Erlegung zu thun/ so ist auff Anlag solches seines Vngehorsambs/ 2c. Doch ist die Krafft vnd Würcklichkeit/ 2c.


Türcken Anlag bewilliget zu Speyer Anno 42. 5. Jul. Supplicat der Herr Johanser Meister contra Statt S. S. narrando, daß S. Gn. Commentheur anlegen wollen cum comminatione, ärgers zu leiden/ 2c. petit mandatum, cum sit super casu ordinationis, vel recessus imperii quod decretum fuit, hodie denegatur, & petens super hoc processus remittitur zu ordenelichen Aufträgen.

TUTE LA ET TUTO RES.

**T**UTORES omnes admittuntur pro pupillo agendo vel defendendo, etiam aduersario nolente. Dd. & maxime Salyc. in l. 1. C. si vnus ex pluribus. Dd. l. de certo. in pr. & S. fin. & ibi Bart. de admin. tut. Quod tamen Bal. intelligit, quod volente & patiente aduersario hoc procedat, sed eo inuito non. Nec enim inuitus cogitur litigare cum pluribus, sed potest vnum eligere ex pluribus, & debet vnus tutor pupillum defendere, alii si volunt, possunt assistere. Si actor agit contra pupillum, possunt omnes tutores interuenire. Si autem agit contra tutorem tutorio nomine, potest vnum eligere, & non admittuntur alii, etiam volentes. An autem vnus tutor conuentus possit alios contutores compellere, vt secum litigent & pupillum defendant? puto quod non. Vt in causa Wappenheim von Zell contra Rheingrauen/ vbi conclusum: quod licet vidua comitissa exceperit, quod tamen teneatur tanquam tutrix litigare, cum alii tutores non essent citati, quod nihilominus ipsa teneatur litem contestari. Et sic etiam iudicatum in causa HB. Item in causa EB. contra EB. Sed si administratio esset diuisa, vnus non posset conueniri in rebus extra suam administrationem. l. fin. C. si vnus ex pluribus.

Pro confirmatione tutorum vt processus decernantur, sequentia attendenda. 1. Narrandum, maritum vel patrem sine testamento defunctum, vel testamento datos tutores, quos petit confirmari.

2. Reliquisse liberos, qui sicut parens, immediate sint imperio subiecti.
3. Petat hos vel hos, tanquam agnatos proximos, ex vtraque linea designari tutores.
4. Eos consensisse, prout habetur im Gewalt/ & documento consensus.
5. Offerre Gewalt ad iurandum, qui Gewalt debet sigillo proprio, aut manu tutoris esse subscriptus & sigillatus, & ideo cum in causa tutelari Pfalzgraff G. H. liberorum Dux würtemb. E. Marchio B. & G. G. filius P. I. G. qui libet pro se daret Gewalt/ qui esset tantum sigillo cancellariæ, & manu quorundam consiliariorum subscriptus & sigillatus, nempe Ducis Würtemb. fuit d. petita ordinatio denegata 7. Decembr. Anno 92. Quia putauerunt domini, quod quidam ex pupillis sint puberes, quod etiam ii citari debeant ad præ-





standum consensus, aut quod debeat consensus eorum bengelegt werden/ cum inuito curator non detur, per iura vulgat.

6. Debent cauere & constituere se sub hypotheca omnium bonorum.

7. Si mater petat se vna ordinari, debet illa renunciare secundis nuptiis & senatusconsulto Velleiano.

An liberis Nobilium, mediate imperio subditorum, in Camera possint dari & testamento dati tutores confirmari? Resp. regulariter quod non, propter defectum iurisdictionis. Secus tamē in confirmatione *deren von Saldern*. Supplicatio pro confirmandis in testamento paterno deputatis tutoribus & curatoribus *deren von Saldern*/ decretum. *Sondern B. C. vnd H. Gebrüder / von Saldern hinderlassen minderjährigen vnd respectiue unmündigen Sohn vnd Tochter mit Namen B. M. vnd D. zu Vormündern vnd Curatoren*, doch daß sie zuuor gewöhnlich Gelübd/ Endt vnd Obligation thum/ hiemit confirmirt. 26. Febr. An. 90. Quamuis ex narratis supplicationis non certo constet: tamen in dubio propter moræ periculum, & ne pupilli indefensi relinquuntur, tum etiam quia bona eorum sub diuersis iurisdictionibus sita, & aliis rationibus domini putarunt confirmandos.

Quando tutores petuntur, viuo adhuc patre, denegantur processus, quia iuramentum tutorium in euentum præstari non potest. Ita denegati in causa *Lorenzen Groß von vnd zu Treckaw* 15. Jun. An. 81. noch zur zeit abgeschlagen.

Regula: Tutorem habenti tutor non datur: fallit nisi tutor iam constitutus consentiat, & agnati, qui petunt sibi tutorem alium adiungi, quo casu etiam habenti tutorem alius adiungitur. Ita factum in causa *Kellebachs Kinder Vormünder*/ vbi supplicatum pro confirmatione & adiunctione tertii tutoris, 11. Maii Anno 92. vbi petitio istorum fuit admissa: vide *totum titulum Codicis, in quibus causis habenti tut. dari possit. W esemb. §. interdum. Inst. de curat.*

Tutor an possit res pupilli emere? Et quid si contutoris auctoritas accedat? vide *Iac. Phil. Porc. conf. 90. n. 1. & 2.* vide amicabilem contractum in causa *Eysen contra Eysische Vormünder*/ vbi talis alienatio ratificata, auctoritate contutoris accedente.

Tutor tenetur ex pecunia pupilli fundos emere, vel eam dare ad honestum lucrum, aliās tenetur ad interesse. *Porc. conf. 113. n. 3. 4. & 5.* vbi etiam interesse lucri cessantis peti potest. n. 7.

Mulier tutrix renunciat SC. Velleiano. Antequam mater filio tutrix datur in Camera, necesse est, vt secundis nuptiis & SC. Velleiano renunciet, vide causam 18. Nou. An. 56. in qua sic habetur: *D. R. als Iudex vmb Supplication vnd Zulassung der Vormundschafft ihres Sohns S. von R. vbergeben / auff heut. decretum gegeben / so fern er von wegen der Wittwen secundis nuptiis & SC. Velleiano iudicialiter renunciiren werde / c. hierauff in Krafft Gewalts / wolle er im Namen gedachter Wittib secundis nuptiis & SC. Velleiano bester Form Rechtens hiemit renunziert haben. Bitt / c.*

An fœmina tutrix, & quando esse possit? Certum est, fœminam tutricem esse non posse. *l. fœmina. ff. de reg. iur.* vbi Dec. excepta matre & auia. *l. quidam de cedens. §. 1. ff. de adm. tut. l. 2. c. quando mulier.* Cum itaque in quadam causa, nempe des *Edlen N. von Westernachs seligen hinderlassener Kinder Vormünder* nemlich *H. B. Erbmarschalek zu Dappenheim / E. von Westernach / vnd Jungfraw S. Marschalek* in dati tutores testamento petèrent confirmationem in Camera, & narraretur, daß d. *Susanna ihnen den pupillis*, tanquam soror matris liberorum pro matre deputirt, auch in die 10. Jahr / defuncto patre *B. von B. vnd Jungfraw S. M. S.* dati tutores die Haushaltung administrirt, die Kinder als ein Mutter auffgezogen / vnd des wegen als tutrix mit zu verordnen / videbatur dicendum, quod sic.

29. Apri-



29. April. Ann. 89. in supplicatione pro confirmanda matre tutrice, quæ se ad renunciandum secundis nuptiis obtulit, & defuncti patris, *H. B. von E. H.* sororio, vel sororis filio, decreta & confirmata est tutela matri, & sororio cura, ex capite, *dass die pupilli, als Fränckische vom Adel /* immediate Camerae subiecti, *Und ist dabey gesetzt /* quod non requiratur, *dass die vorgeschlagene Tutor* auch immediati seyn. Sic March. Badens. datus testamento tutor *der Cansler /* qui fuit mediatus. Quamvis contrarium alio tempore quidam voluerunt, quod sc. id necessario adesse debeat, sed quod etiam tutores & curatores sint immediati: cui videtur consonare Ioan. de Plat. *Instit. de Attil. tut. col. antepen. §. notabilis, trigesimo.*

Vitricus an possit esse tutor. 2. Augusti Ann. 92. supplicauit Comes ab *Erzbach /* qui duxit Comitissam de Badiis, relictam viduam Comitis à waldeck, vt tutor confirmaretur vna cum Comite à waldeck, simul exhibendo consensum contutoris à waldeck; quærebatur an confirmari debeat: allegabatur pro affirmatiua. *l. fin. C. de contrar. tut. iud. & Glos. Godofred. in verb. priuilegii. lit. S. vbi dicit: vitricus priuigno tutor dari potest, allegando l. 2. C. de interd. matrim. inter pup. l. 32. de ad. pt. in fin. Wurmbs. pract. 1. obs. 38. c. 4. vide l. 1. C. vbi pupillus educari debeat. vbi: Godofred. vide Boer. de. 1. 266.* Et sic hanc opinionem Camera tum temporis secuta est *in d. c. & d. Comitem ab Erzbach ordinauit & confirmauit.* 27. Aug. An. 92.

Tutorum rationis redditio. Si quando à quibusdam supplicatur, vt tutores curatoresue rationes reddant: solet dominus iudex absentibus, quorum præcipue interest, scribere, vt ad certum præstitutumque diem compareant rationes reddituri, vel audituri, quomodo reddantur.

Terminus autem pro distantia loci, qualitateque negotii à domino iudice moderatur.

Et sane si pupillus, vel alii agnati petunt, vt tutor reddat rationes coram *beyderseits Verwandtschafft / wie man sich vergleicht /* tamen potest pupillus, vel eius nomine, propinqui & consanguinei supplicare ad Cameraam, vt deputer commissarium, qui citet tutorem ad reddendum rationes pupillo sub pœna. Et si tutor id recusat, tunc potest à commissario declarari in pœnas. Ita ad instrumentum *Nippenburg* contra *Staden* An. 92. deputatus commissarius M. qui *Stadionem* tanquam declarauit in pœnam. Et licet supplicarit ad Cameraam, tanquam committentem, tamen appellatio non fuit recepta. Sic etiam aliquando commissarius deputatus in causa *Zeusfarn* contra *Steckenstein* Anno 89.

Melius tamen partes facere videntur, si ipsimet nominent commissarios, quos petant deputari ad audiendum rationes, prout multoties factum in Camera, sæpe & aliàs minus idonei deputantur.

An pupillo, cui in loco originis dati sunt tutores, simpliciter à magistratu illius loci, eidem pupillo ratione bonorum in alieno loco sitorum, à iudice bonorum dari possint nec ne, quæritur? Quæstio hæc in *gl. ff. obscure tractatur, sed optime explicatur per Cyn. & Salic. in l. vnica. C. vbi pet. tut. vbi Salic. & Bart. hanc communem esse testantur. Quod si Iudex originis tutorem det simpliciter, extendet se ad vniuersum patrimonium & bona vbique locorum sita. Bart. in l. pupillo. 27. ff. de tutor. & curat. & in l. legitimos. 5. ff. de legit. tut. per Ferrar. in 1 libro. quo agitur ad reddendam rationem tutela, in verb. eadem Iacobo tum pupillo. n. 2. Chassan. in tit. de tut. r. §. generaliter. n. 16. Angel. in §. sed hoc iure. num. 2. in fin. de Attil. tut. Sicque in causa *Weissenburg* contra *Lindaw* decretum, vbi tutori, qui à Iudice originis zu *Weissenburg* simpliciter datus est, administratio commis-*



sa est An. 71. 13. Iulii. Itaque citatio decreta, praesertim quia maiore ex parte bona in illo loco sita, censita & census erant, quae minori difficultate exigi poterant, praesertim cum primi tutores se excusassent. Neque videbatur res consistere in casu legis *propter litem. 2. ff. de excus. tut.*

Sic etiam 12. Octobris Anno 92. in causa S. contra B. K. vnd Werner/ & viduam matrem pupillorum von B. Geborne von WS. supplicat pro citatione ad videndum ipsos ordinari & confirmari in tutores narrando, dass pupilli *sh me vber 2000. fl. schuldig/* quod tutores dare semper recusent sub praetextu, sie *seyen nicht ordinirt* pro tutoribus. Quia vero non narrandum, pupillos esse immediatos, decretum *auff vorbrachte* narrata *abgeschlagen* in consil. 12. Octobr. Anno 91. necessario narrandum, dass *solche fürgeschlagene* tutores *von den Pupillen beyderseits* *Gefreunden darzu erbitten worden / iue in Gewalt iue* in supplicatione. Et quia hoc à M. W. geborne von B. vidua *Eitel A. W. zu K.* supplicatum 2. Ian. An. 91. nec in mandato expressum, qui sc. tutores nominati pupillo ex vtraque linea coniuncti, decretum *auff vorbrachte* narrata *abgeschlagen/* & post 6. Febr. ad secundam supplicationem sententionatum, vt docent, dass *der eine* ex linea paterna proximus agnatus. 3. dass *der Gewalt von beyderseits* *Gefreunden vnd solches tenor also mit sich brächte/ versiglet were.*

In causa *Keipolskirch* contra *Falckenstein* citationis ad videndum se ordinari in tutorem petebat Dn. à R. K. iuuenis 7. annorum Comitem à *Falckenstein/* pro tutore vna cum duobus nobilibus. Mater Domini à R. K. obstabat filio. Verum non obstantibus exceptionibus comitissae, putarunt domini Comitem à *Falckenstein* deputandum, & quia periculum suberat suspicionis. Quia quondam pater Comitis à *Falckenstein* pro rationibus tutelae domino à R. K. obligatus sit, quo nomine iam ipse Comes debitor est minoris, existimarunt domini duos nobiles vasallos Comiti, tanquam contutores adiungendos, praecipue ea quoque ratione quod Comes se sua sponte ingereret, quod suspicionem non caret. vide *patrocinium pupillorum Damhauderi.* Ratio enim deputationis duorum nobilium desumpta fuit *ex l. libertum. de excus. Tutor. in pr. & l. libertos. C. eod. tit.* Argumento sc. sumpto à liberto ad vasallum, quod concludens est, quoties eadem subest ratio: nec contra rationem argumenti ab vno ad aliud vel iure communi, vel iure feudorum respectiue diuersam, expresse non est dispositum. Quod si hoc argumentum non sufficiat, magis concludens illud est, quod saltem vt extranei, licet non vt vasalli, veniant deputandi, siquidem illorum excusatio in alio extraneo pro satis releuanti via haberi posset. Accedit, quod vasallus propter beneficium ex naturali obligatione ad *артидога* ex debita gratitudine magis, quam alius extraneus ad onus curae domini minoris subeundum teneatur.

Coram quo iudice reddere debeant nobiles immediati tutores pupillorum immediatorum rationes, an in Camera aut alibi?

Nota hypothecationem in causa pupillari requirere speciale mandatum. Ita factum in causa *Keipolskirch* contra *Falckenstein.* Tutores quando in Camera ad rationem reddendam conscribantur.

Quae & quot requirantur, vt contractus robur habeat in alienationibus praediorum pupilli vel minoris: vide *Port. d. cons. 113. n. 9. & 10.* Item *Parif. consil. 1. n. 20. vol. 1.* vbi octo coniunctim requirit in huiusmodi alienationibus.

Tutores & Curatores cum pupillis nec per tertium contrahere possunt. Cum asserto & ad alienationis actum tantum dato curatore contrahere non possunt, ne ansa alienandi indirecto tradatur, quae directe prohibita est, per ea quae tradit *Abb. in c. contingit. num. 3. de transact. & M. An. Natta cons. 304. incip.*



*cip. in presenti controuersia. num. 8. alioquin enim leges, quæ prohibent aliquid ex pupillorum bonis in tutorum bona transferri, facile possent eludi, cui repugnat l. contra legem. & l. seq. ff. de ll. darumb dann in etlichen Fürstenthumb vñ Reichs-stätten/ die Vormünder vnder andern schweren/ daß sie weder durch sich selbst/ noch durch andere Personen nichts von ihrer Pflegkinder Gütern an sich bringen/ noch in ihren Nutzen verwenden sollen noch wollen/ wie vnd welcher gestalt solches geschehen/ oder Menschen Sinnerdencken mögen. D. N. in quodam producto. vide Alex. cons. 161. incip. super primo. num. 4. lib. 5. & l. diuus. §. siquidem. & ibi Bart. Cod. quando pot. tut. & l. si filius. C. eodem.*

## V.

## VASALLVS.

ET si in iure feudali nusquam expresse caueatur, ne vasallus dominum sine venia in ius vocet: tamen ex iure communi, quod eas personas, quibus reuerentia debetur, sine iussu prætoris conuenire prohibet *l. generaliter. 13. ff. de in ius voc. nonnulli interpretes statuerunt, vasallo etiam non licere dominum sine venia conuenire iudicialiter, Spec. præcipue in tit. de feud. §. quoniam. nu. 33. Ias. in l. si non sortem. 26. §. libertus. 12. n. 24. ff. de cond. indeb. verum plerique contrarium sentiunt in d. l. generaliter. maxime Alex. nu. 7. qui dicit, Speculatorem non bene probare contrarium: & Molin. falsam esse opinionem negatiuam, multis adductis autoritatibus asserit in consuet. Paris. in tit. 1. §. 1. gl. 4. n. 36. Z. s. in paratit. 1. de in ius voc. §. 14. Clar. lib. 4. §. feudum. q. 25. Myns. 4. obs. 92. Concludatur itaque veniæ petitionem magis ciuilitatis quam necessitatis esse, sequitur gl. ord. in c. 1. de milit. vasal. qui contumax est. in verb. reuerentia. quam plerique omnes sequuntur, teste Affl. in d. c. 1. num. 128. licet sæpius in multis causis venia petita in Camera, præcipue in causa Hanaw contra Lothringen/ Anno 78. M. Nou. vt & aliàs: tamen per decretum impetratum esse non constat, sed ibi cognitio causæ omnino requiri videbatur, per text. in l. sed si hac lege. 10. §. prætor ait. 12. ff. de in ius voc. vbi Bart. n. 2. & Dd. si tamen actio à vasallo intentata infamiam irrogaret, vel aliàs graue præiudicium illatum, tum puto veniæ petitionem necessariam esse: quia vasallo domini persona semper sancta esse debet. Et memini in causa Löwenstein contra Würtemberg fractæ pacis, ita dominos distinxisse: nisi quando dominus vim armatam commisisset in vasallum: vide Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 4. n. 42.*

An liceat vasallo dominum de crimine aliquo violatæ pacis publice accusare? In partem negatiuam concludunt plerique Dd. in §. Item si delator. c. 1. que fuit prima causa benefic. amitt. Zaf. part. 11. de feud. n. 13. & 14. vbi dicit communem opinionem. Verum hoc videtur plurimis modis excusari posse. Nam quod dicitur, vasallo dominum accusare non licere, non est perpetuo verum, pro ut in simili de patrono & liberto in d. l. sed et si hac lege. §. penult. de in ius voc. gl. in d. §. Item si delator. in verb. condit. de excus. inquit: vasallus si suam suorumque iniuriam prosequatur. quam ibi feudistæ approbant.

2. Tradit ead. gl. d. loco, vasallum excusationem mereri, si crimen, quod intendit, probauerit, hoc est, si non iniuste vel calumniose dominum accusaret, per l. eum qui nocentem. C. de iniuriis. quam sententiam pluribus confirmat Affl. Etus. in d. §. n. 8. 9. o. 11. Gratius cons. 1. n. 56. & 66. & cons. 5. n. 31. vol. 1. Licet Dynus & eum secutus Curt. & Sonbec. aliter sentiant.

3. Accedit, quod Iacobin. in verb. Et dicti vasalli. num. 7. optimis rationibus



probat vasallum, spoliatum à domino interdicto vnde vi uti posse. Nam cum dominus non tractat vasallum, vt vasallum, non habebit vasallus dominum vt dominum. Est enim paritas quædã in vasallo & domino *Treuer Herr / Treuer Knecht* dicunt nobiles. Et quod in vno statuitur, in alio locum habet. *Mynf. cent. 4. obs. 91.*

4. Huc facit, quod vasallus, qui non possidet, non tenetur præstare domino ea, quæ aliàs de natura feudi requiruntur. *Guid. Pap. decis. 165.* vbi plures allegat.

5. Facit, quod licet vasallus debeat reuerentiam domino, & ideo in conueniendo verbis modestis vti debeat: tamen id locum non habet, cum vis armata est à domino commissa. Eo enim casu non necesse esse temperare verba, sentit *Molin. d. gl. 4. n. 42.* quem sequitur *Menoch. 1. remed. recuperand. nu. 98.* Vasallus potest etiam spoliantem dominum deprædari, si alia ratione suum recuperare non potest. *c. 1. §. 1. si vero vasallus. de milit. vasallo, qui contu. est.* Multo igitur magis etiam contra dominum iudicialiter agere ad pœnam banni, si ab eo contra imperii constitutionem offensus sit. *Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 15. nu. 10.* Sexto fallit, cum vt supra dictum ex communi opinione *Dd.* hic petitione veniæ opus non sit, quod videatur etiam non curandum, quæ actio vel accusatio est instituta: quia venia vt petatur, id sola causa liberto erga patronum iniunctum, vt prætor cognoscat, an actio famosa sit, nec ne, quæ intentatur per *tex. in d. l. sed et si l. §. prator ait. de in ius vocando.*

#### VECTIGAL, Zoll.

